

Ceres. Iuno. Proserpina. Luna. Venera  
Terre. Mercurio. Diana. Marte.  
Jupiter. Sol. Venus. Mars. Luna.  
Mercury. Earth. Venus. Mars. Moon.

Reg. 7815



RUS n. n.  
7815 OMNIA

# ANDREA

## ALCIATI V. C.

### EMBLEMATA.

ADIECTIS COMMENTARIIS  
& scholiis, in quibus Emblematum  
fermè omnium aperta origine, mens  
auctoris explicatur, & obscura omnia,  
dubiaque illustrantur;

PER CLAVDIVM MINOEM

De colorib. qualitatib. Diuisionem.

Ed. algend. var. post sc. lib. 3.



ANTVERPIAE,  
Ex officina Christophori Plantini,  
Architypographi Regij.

M. D. LXXIII I.



Parole libere, ne  
Inde pugnare  
Manus, nolam  
In primis,

est eroluens, Imperatoris Romanoq  
Imperiale & Pompei Nugae &  
Herculis ab Adolfo Occone

Egmont Plantini 1579.

SUMMA PRIVILEGI.

REGIS Priuilegio cautum est, ne quis  
Emblemata Clariss. viri D. Andr. Alciati, citra  
Christophori Plantini voluntatem impri-  
mat, aut alicubi impressa importet, aut  
venalia habeat. Qui secus faxit, confisca-  
tionis librorum, & quinquaginta floreno-  
rum pœna, fisco Regio exsoluenda, multa-  
bitur: ut latius in Regio diplomate ex-  
pressum est.

Nullus remedij aduersus syracusam  
moyus. Signat I. Fabri.

Nulla tam modesta felicitas & tam  
malumstatis dolus utrare possit

Val. May. 4. 7. 9. 2.



3

# REVERENDO

## IN CHRISTO PATRI AC D. D. ANNÆ COENOBII BE- nigniani Diuion. & Pulteriarum An- tistiti meritiss.

CLAVDIUS MINOS S.

 V M superiore anno Lutetiae a-  
geres (Antistes ornatissime)  
apud me planè constitueram te  
officij causa pro eo ac debebam  
risere, tametsi nulla satis idonea occasio mihi  
oblata videretur, nisi forte quæ à paræmio-  
grapho statim occurrebat, à utóuato iāja-  
doi ἀγαδῶν ἐπὶ dætas iεvtæ. Id vero mihi  
faciendum esse ducebam, ut non modo mei in  
te animi propensionem & obseruantiam stu-  
dio aliquo vel certè mediocri, quantū possem,  
testatam & perspectā redderem, sed & con-  
siliū mei rationem de publicandis in Alciati  
Emblemata Commentariis à me pridem ali-  
quo meo labore confectis, & sub tuo nomine,  
ut in animo habebam, euulgandis apud te de-

ponerem: eoque proptius & alacrius id ope-  
ris à me suscipiendum esse colligebam, quod  
nullum omnino grati animi argumentum ti-  
bi adhuc præbuisset. Sed cùm id totū, quic-  
quid sit, necdum satis maturum paratum que-  
scirem, quemadmodum vnicè cupiebam, teq;  
seriis aliquot negotiis occupatū præsentirem,  
minime que cessatorem agere, vel in summo  
otio, à quibusdam qui te affectantur, accipe-  
rem, & denique me animo ( ut mea natura  
fert ) verecundiore agnoscerem, quām ut te  
tot tamq; arduis implicatum curis aggredi,  
nedum conuenire auderem, totum istuc quic-  
quid esset, in aliud tempus prorogare vel inui-  
tus admodū censui. Nam vt verè apud te se-  
mel & ingenuè fatear, nescio quo sanè rustico  
pudore deterritus animū tunc maximè tem-  
poris inducere non potui, ut me tibi offerrem,  
quanquam tamē cùm me non parum suspen-  
sum ea cogitatio teneret, mihi dubiū esse non  
poterat te, cum ea qua polles grauitate dig-  
nitateq; admirabilem quandam & insignem  
comitatatem adiunxisse, tum ea natura & mo-  
ribus

ribus institutū exultumq; non tam ex alio-  
 rum sermonibus et fama publica, quām aper-  
 ta clarāque obseruatione deprehendebam  
 (quippe qui nemini vnquam te adire cupiēti  
 adiuū præclaseris, sed comem omnibus & af-  
 fabilem vultum sermonēmque præbueris, ut  
 neminem vnquam à tuo congressu, non satis-  
 factum dimiseris) committere tamen ad ex-  
 tremum non potui, ut te verbis duntaxat, &  
 nulla penè occasione (quod dolebam) iibi mea  
 & importuna salutatione molestus essem: ad-  
 de quod propter mei muneris & officij ratio-  
 nem, in quo totus hæreo, cuique me ad tempus  
 aliquod addixi, horas aliquot subcesuas vix  
 ac ne vix quidem suffurari comodè potui,  
 ut quod animo agitaueram consequi possem.  
 Cumq; dies permultos prætermissem,  
 quodque ait ille, rusticus expectaret dum am-  
 nis deflueret, ille sensim non tam lapsus est,  
 quam effluxit, & repente sensi me incidiisse  
 in ea tempora quæ mihi ad te, ut statueram,  
 eundi facultatem penitus eriperent. Itaque  
 cùm nostrum hunc laborem aliquot vigiliis à

nobis partum & suscepsum prælo committi  
curarem, & diligentissimo ex iis quos nostra  
tulit atas, Typographo Plantino credendum  
esse ducerem, in publicum exire non sum li-  
bellum passus, quin aliquem nanciscerer, sub  
cuius auctoritate tutius in manus hominum  
veniret. Quod cùm sèpe diuque animo agi-  
tarem, tu vñus omnium occurristi qui mihi  
adiumenti plurimum & ornamenti hac par-  
te cōferre possis, vt te digniorem vel præst an-  
tiorem, aut magis opportunum plane non ha-  
beam. Cui enim mearum lucubrationum pri-  
mitias & quius hoc tempore consecraro, quam  
ei, quem eius domus archimandritam meri-  
tißimum intueor, in qua primas eius opuscu-  
li lineas me duxisse meminisse, & cui ali-  
quam mei profectus partē reserre iure debeo?  
Ex hac enim, impulsu maximè & consiliis in-  
tegerrimi viri D. Le-pardessus, tui Achatis op-  
timi cùm tantum officij me accepisse gaudeā,  
nunquam profectò committam, quin grati  
animi testificationē aliquam præme feram;  
& vbi cunque dicendi vel scribēdi occasionem  
mihi

mihi datam intellexero, memorē me et gratū  
 ostētare, quantū maximē potero, non desinā.  
 Accedit huc, quod me hoc instituto sperem  
 nōnihil gratiae initurum apud eos potissimum,  
 quibus secundum Deum me penē omnia de-  
 bere prositeor, atque prae me semper feram, ne  
 innumerabilia illa beneficia quae in me quasi  
 sata intelligo, ut solo planè sterili et infæcun-  
 do commissa videantur. Quicquid itaque sit,  
 quod verius obtrudo quam offero, permultorū,  
 & quidem eruditorum quorundam rogatu,  
 qui periclitādas ingenij mei vires esse censue-  
 runt, sub tuo potissimum nomine volui appa-  
 rere, quod ciuibus nostris gratosum esse non  
 obscuris testimoniosis subinde accipio. Est enim  
 sita laus tua in plurimorum, & clarorum vi-  
 torum conspectu excelsō & illustri loco, non  
 modo quod educationem nobilissimæ familiæ-  
 spires (ut ita loquar) & morum egregia faci-  
 litate affectus habeare, qua tuam virtutē &  
 generis splendorem omnibus probatū cumu-  
 latissimē reddis, sed & auitam fidem pietati-  
 emque, qua permultiis aliis, qui similem vel

aqualem dignitatis gradum concenderunt,  
infinitis stadiis antecellas. Ut enim uno verbo,  
tantum in te virtutum cumulum esse nemo  
nescit, ut eae, si ultra progreedi oratione insti-  
tuam, sint omnem meam laudationem longa  
intervallo excessuræ, quippe qui certò sciam  
nunquam ita magnificè quicquam de te dici  
posse, id virtus quin superet tua: proindeque  
non mihi videbor operam lusisse, aut bonas  
horas minus aptè collocasse, si, uti spero, te hic  
mihi patronū præstiteris, & mihi benignam  
tui favoris auram, quam alijs nunquam dene-  
gasti, placidè commodaris. Accipe itaque,  
Antistes ornatissime, nostras hæc commen-  
tationes, quæ tibi quidem fuerint vice symboli  
alicuius, & tāquam arrhabonis meæ in te ob-  
seruantia, cuius fructū locupletissimum vide-  
bor percepisse, si tibi grata omnia esse sensero.  
sic enim frigidam, quod dicitur, suffundes,  
n:éque nos mediocriter inflammabis, vt alia  
grau. & longéque politiora parturiam. Sed  
omniu: totū hoc sic habeto, nihil mihi cōmen-  
datius futurum ijs rebus qua ad dignitatem  
tuam

ruam & præstantiam pertinere arbitra-  
bor, ut mihi tua voluntate nihil esse cognos-  
cas antiquius. Et hæc quidem hactenus sa-  
tis: vereor enim te ista grauitate, amplitu-  
dine, & doctrina virum, tot tantisque  
occupationum quasi fluctibus obrutum plu-  
ribus interpellare. Lutetia Calend. De-  
cembr. 1571.

AS

VIRI

VIRI DOCTISS.  
NICOLAI GVLONII  
LITERARVM GRÆCARVM  
Lutetiae Professoris Regij, de his in  
Alciati Emblem. commentariis.

Εννιαρ<sup>ῷ</sup> μεγάλου δίος τῆς Μήνας ὀκτωτῆς,  
τῆς κνώστης βασιλεὺς, ὁπερερ Οὐμηρ<sup>ῷ</sup> ἐφη.  
Ἐτὶ παρὰ κὴ μῆτην δεδαῶς κὴ ἐπιφρονα βυλήν,  
ἀρχομένης ὅσιας Κρητιν ἔθηκε νόμους.  
Ἐτὶ δὲ ίμὸν μίνω μοῦται θρέψαντε, κὴ ἀυτοῖς  
οἰλίκαν ἐοὶ δάφνης ἕρον ὁζον ἐδειν.  
Ἄκδε πιεῖν κρήνης ἐλικωνίδ<sup>ῷ</sup> ἐν Θεον ὄδωρ,  
τῷ σὲ κορεστάμδηος μοῖραν ἀειρε θεῶν.  
Αύγεκα εἴητερων ἔιτε ἐν θυμήματε φαίνει  
σὲ χρυσές τόματ<sup>ῷ</sup> νάματα λαμπεὶς ἐέσαι.  
Ἐτε παλαιοτέρων ὑπομνήματα φθέγγεις ἀνδρῶν  
οὐ νέ<sup>ῷ</sup>, ἀλλὰ νό<sup>ῷ</sup> γηραλέ<sup>ῷ</sup> φρονέει.  
Ἐτε συφηνίζει κρυφίαν ἀνίγματα μόντων  
μάντης ἀληθείης Οἰδίποδ<sup>ῷ</sup> κρατέει.  
Αἱ δὲ παρέκβολαι ἀλκιαζοῦ ἐις δαίδαλα ἐργα,  
ἀτρεκέως τὸν ἰμὸν μαρτυρέαστο λόγῳ.

ROBER-

# ROBERTI VVIDII

I. C.

Ad Claud. Minoëm ami-  
cum & socium.

**A**rtibus exquis magnæ est excellere laudis,  
Quid summa si sit primus in arte locus?  
Dum studio, ne postremas & iuris & equi,  
Neu' facilis Musæ cognitione feram,  
Ante oculos utriusque duo exemplaria pono,  
Minoëm Musæ, iuris & Alciatum:  
Hic solidam ex reliquo iuris percavuit artem,  
Nil, Minos quicquid scit qz docet qz, leue est.  
Et quos arguit labyrinthos fecerat ille,  
His aditum Minos, non Ariadna, parat.  
Perge igitur, Claudi, qui anigmata docta recludis,  
Instruis ad summum tu tibi lumen iter.

F R A N-

FRANCISCI IVRETI  
DIVIONENSIS.

**A**lcibiati cecinit numeros Pimplæa venustos,  
Quos oculis docti supposuisse solent.  
Posset at ut varios quiuis sentire lepores,  
Huins & ignotas tutus adire vias,  
Minos hicce fuit Latoi numine natus,  
Qui salebras omnes sustulit è medio.  
Sic etenim purgata via est prius inuia multis,  
Hanc securus uti quisque subire queat.  
At miror, quòd ego ardenti percussus amore?  
Non ego, sed voces Pythius hasce refert.  
Quid sperare ansim primos cùm excesserit annos,  
Qui vixdum iuuenis creditur esse senex?

Cura, finis certus.

CLAV-

CLAVDIVS MINOS<sup>13</sup>  
DIVIONENSIS,

Lectori studioſo & candido.

**P**ROTogenem pictorem  
ſua ætate nobilem tam im-  
probo fuiffe studio, tamq; in-  
defessa pingēdi cura diligen-  
tiaque legimus, vt Apelli par  
in omnibus eſſe potuerit, ſi manum de ta-  
bula tollere aliquādo potuiffet: adeò utile  
in omni vitæ humanae iſtituto peruulga-  
tum illud, *μενδες εὔχαρις*, vt Isocratea in com-  
poſitione cura diligentior à plærisque re-  
prehendatur. Quod ideo à me dictum pu-  
tes (amice Lector) ut planum tibi faciam,  
quis meæ commentaryis in hæc Emble-  
mata modus à me ſit adhibitus, in quo ni-  
mirum ē multis quæ facile cogere citra ne-  
gotium poteram, ea quæ duntaxat accom-  
modationora videbantur magisque necessa-  
ria, ſuis quæque locis contuli & digeffi. In  
quo malui, vt fas eſſe ducebā, laconicè om-  
nia perstringere, & leuiter attingere quæ  
nemini eſſe ignota quaſi certo tenebam,  
quām quaſi *ἔργα φωδεῖν*, & locis quibusdam  
communibus expatiari. Sed ne te plurib[us]  
morer, non videbitur alienum, ſi te ab ouo  
(quod

(quod aiunt) repetita, huius mæ lucubra-  
tionis cōsilium explicem, vt eadem via cō-  
pertum habeas quid quantumq; in literis  
contenderim, quosque labores hactenus  
incredibili facultatum penè omnium ino-  
pia perpeſſus sim. Ego cùm sperarem ali-  
quando me liberatum iri difficultatibus &  
miseriis, quibus impeti & quasi obrui pu-  
pillus solet omni parentum ope deſtitutus,  
vt nullis maiorum imaginibus, neque ad-  
iumento alio insignis, manendum ſemper  
quasi aliqua in vigilia mihi statui, neque  
animum ita deieci, vt à liberalium artium  
ſtudio penitus auocarer, tametſi neq; for-  
tuna, neque alia melior occasio hunc mihi  
fructum, quem Dei beneficio videor con-  
ſequutus, haudquaquam polliceri videre-  
tur. Quod i deò certe dixerim, non vt inſo-  
lentius apud alios me efferam, ſed vt intel-  
ligas quām me mei pœnituerit hactenus;  
quippe qui in iis adolescentiæ primordiis  
temporis aliquam partem nescio quo mo-  
do triuerim, quòd duris & plusquam ada-  
mantinis illigatus vinculis, non potuerim  
vt summè cupiebam, niſi tardè admodum  
promoueri, eamque viam & vitæ institutū  
conſectari, quod ab ipsa penè pueritia mi-  
hi delegerā. Nam me per septenniū fermè  
ad miseram pædotribæ conditionem rele-  
gatum,

gatum, & nodis, quibus me expedire non nisi serò admodū potui, detentum cōstrinxit inimica quædam fors, quæ studia mea nescio quo veterno quasi sopita & fermè extincta reddidit. Quibus in miseriis sic animus occalluit, ut septem illi anni citius elapsi sint quàm meū me otium tam malè collocasse senserim. Tamen cùm exantlatos à me labores in memoriam reuoco, est certè quod summo & præpotenti Deo immortales habeam gratias, qui me hoc veluti gyro includi voluerit: atque me quamquam ea ætate impuberem, prouincia suscipere cōcessit, ad quam partim ætatis imbecillitate, partim etiam ingeniali modulo ac captu omnino eram ineptus. Postquam enim linguae Latinæ & Græcæ, Mathematicarū artium, & Philosophiae peripateticæ rudimenta delibassem, earumque disciplinarum cognitionē aliquam percepisssem in palestra viri literatissimi L. Baczæ (cuius in Logicis & Arithmeticis commētationes in lucem editæ certatim ab omnibus doctis commendantur) opportunitatem aliquam sum nactus ea omnia recoquendi seduliùs, quæ per triēnium & eoplus in Philosophico stadio primūm hauserā. In quo quidem multum diuque retexendo hęrendum mihi diutius fuit quàm vnquam cogitassem,

gitasset, ut quasi scopulū Sisyphium toto  
fermè septennio effractis penē viribus vol-  
uerem. Duram proculdubio & intolerabi-  
lem seruitutem. Quod tamen nō dixerim,  
ac si quas in studiis ærumnas pertuli, mo-  
lestè ferre deberem: nihil enim est quod  
tanti faciam labores nescio quos, aut spon-  
taneas illas difficultates quæ studiosos co-  
mitari solent: quanquam tamen dubius sim  
an ratione aliqua cōqueri mihi licitum sit,  
quòd fortunam non tam iniquam habue-  
rim, quam ingeniu inani admodum & ru-  
sticano quodam pudore præpeditum. Dei  
tamē optimi maximi beneficio (cuius gra-  
tia sum id quod sum) recreari paululū oc-  
cepit ingenij mei languor: & ita hucusque  
perueni, ut nunquam me pénituerit tantil-  
lis laboribus adeptum studiorum fructus  
vberiores quam vñquam cogitassem: non  
quòd ingenio valeā ( quod in me quam sit  
exiguum planè sentio ) sed quòd mihi na-  
sci contigerit tempore feliciore, quo inci-  
derim in præceptorē cordatissimū, mul-  
tiplici rerum cognitione locupletem, &,   
quod in maximis duco, mihi beneuolum.  
Ex eo itaque cùm exceſſi, quantum in me  
fuit, bonorum auctorum tam Græcorum  
quam Latinorum pomæriū libero & quieto  
animo peruolitaui, bibliothecas virorū  
aliquot

aliquot eruditorum adij, quantū mihi concessum fuit: & eruditionis alicuius comparandæ instrumenta quamplurima perquisivi, eaque auidè arripui, quasi diuturnam sitim explere cupiens, ut ea mihi nota essent, quorum postea usum aliquem sum diligentia & studio, ut potui, consecratus. In his itaque cum mihi viderer aliquatò implicatus, de que multis multa consultarem, commode incidit in manus meas Alciati liber Emblematum, quem recens nobis Lugduno adiectum, & aliquot annis ante Parisiis excusum, noueram à philologis omnibus nō minimū commendari. Quem cum de manibus ferè non deponerem, & multa in eo perobscura deprehenderem, quod tunc inopia pressus libros non habere, sciscitabar ex Leodegario Agathochronio, Benedictino Diuisionensi, homine verè pio & apprimè in Hebraicis, Græcis & Latinis literis erudito, unde mihi omnes nodi & scrupi dissolui possent. Ille quidem de nonnullis melibet admonuit, sed hoc maxime, ut fontem ipsum, si fieri posset, adirem, ex quo nimirum Emblema quodque sumptum esse cōstaret: & Alciatum Alciato interprete, quoad eius maxime fieri posset, enarrarem: id est Alciati opera, quo id præstarem commodius, sedulò & accurate

peruolutarem: utque ingenij vires periclitari paterer, meque nihilo segnius exerce-rem, cum studia mihi alia grauiora non sup-peterent, ipsa omnia Emblemata scholiis & commentariis illustrarem . Cuius viri consilio primum non leuiter inflammatus, primas lineas (ut ætas adhuc teneila perferre poterat) ducere incœpi : in quo primo impetu satis mihi sum conscius me non se-cus atque vrsinum fætum inconditū planè & informem peperisse . Quod enim mihi hic auctor imp̄fissimè placeret, eum summa perlegi auiditate, cuius opes admirabi-les, ut accuratius & melius excuterē , alios plerosque qui ad hoc argumentū tam plau-sibile facere viderentur, deuoraui, perque multas philologiæ areas locupletissimas summa cū voluptate exspatiatus ad extre-mum id mihi lucrifici, quod nunquā fuīsem consequutus, nisi conatum & diligen-tiam aliquam in hac rerum difficultate ad-iecisem. Qui verò mihi non placuisset Em-blematis ipsa ratio, quæ pr̄ter epigraphen, rei totius animam, duo admirabiliter inter se iuncta copulataque complectitur, pictu-ram nimirum & poësim , artes germanas quæ se ita explicet, ut altera sit alterius in-terpres? Nemo nescit picturam esse poëma tacens, poësim verò picturam loquentem:

*de postura Se poëcia, qd Maiorum. n. phol. Host illa  
Anno 144. b. 10. 20.*

illa quidem refert animū, hæc corpus. quo  
fit vt earum rerum tam multiplicium no-  
nitas, & ingeniosa priorum hominum ad-  
inuentio non possit non esse grata, in qua  
& aures dulci carminū numero delecten-  
tur, & oculi picturæ gratia oblectationem  
cipient. Non potuit itaq; hic liber vel pro-  
pter argumenti splendorem, vel propter au-  
toris nomen clarissimum, & apud omnes  
viros non alienos à Musarum amœniorum  
choro non gratissimus esse: cuius amplitu-  
dinem eò pluris facio, quò video maiorem  
cum voluptate vtilitatem in eo coniunctā,  
quàm aliis infinitis qui quotidie manibus  
teruntur. Quis itaq; mihi iure succenseat,  
aut paulò etiam iniquius frōtem corruget,  
quòd aliquas horas in eo enarrando collo-  
carim? At si quis animo reputet id nullo la-  
bore à nobis absolutum esse, censeatque id  
operis quibuslibet, aut etiam grammaticu-  
lis delegari non minus quàm mihi potuisse,  
vehementer errat. Quotus enim quisq;  
est, qui vel Ethicæ discipline, aut physiol-  
giæ ignarus, ne dicam historiæ aut linguæ  
Græcæ prorsus inscius, qui vnum aut al-  
terum Emblema pro dignitate enarrat?  
At verò quis noster in eo explanando & il-  
lustrando libello conatus fuerit & industria,  
vt eruditos non latuerit, ita imperitis non

potest non esse perobscurū & valde igno-  
 rum, qui nō plus ea de re quām cœci de co-  
 loribus iudicare possint. In quo certè si nō  
 ingenij dexteritas aliqua, vel rerum peritia  
 melior elucescat, at saltem diligentia quæ-  
 dam obseruari non obscurè poterit ab iis  
 potissimum, qui fuerint æqui rerum æsti-  
 matores: quod perspicuum erit in obser-  
 uando fonte & origine cuiuscunque Em-  
 blematis, in comparandis utriusque lingue  
 auctoribus, qui magnum videbantur ad-  
 ferre adiumentum ad singulas notas & ex-  
 plications, ut denique in cumulandis iis  
 locis qui sparsim apud Alciatū in suis aliis  
 prolixissimis operibus habentur. Quæcūm  
 dico, scio equidem quid mihi obiici hoc  
 loco possit: siccine tuam diligentiam ab om-  
 nibus ita cupis approbari, ut nihil omnino  
 cōcedas iis qui in eo libello primū enar-  
 rando non modò elaborarūt, sed quodam-  
 modo suam nobis industriam probauerūt?  
 me Hercle ut verum fatear, modestius de  
 me sentio, quām ut velim incidere in mini-  
 mā arrogantiæ suspicionem: sed ut aliorū  
 ingeniorum sum candidus æstimator, ita  
 velim hoc mihi concedi, ut de me non falsa  
 iactanti, sed vera dicenti mihi credatur. Ut  
 enim redeam: Scio ante annos octodecim,  
 ni fallor, Sebastianum Stokamerum Ger-  
 manum

manū in aliquot Alciati Emblemata scripsisse cōmentariola (sic enim appellat) familiariter admodum & studio facili concinnata: sed an fuerit auctoris mentem , & argumenti splendorem sequutus, aliorum esto iudicium. Loquor de Tornesij Lugdunensis Typographi editione, non de recenti quam ante tres aut quatuor annos adornauit Plantinus hac nostra ætate diligentissimus Typographus: ea enim aliquot accessionibus longè alia est quam prior, quod non erit obscurum ei qui editionem vtranque cōferre nō grauabitur. Sed esto, scripsit Stokamerus ille in aliquot Emblemata, non tamē omnia: siquidem fortè diuinare non potuit quid in aliis auctor sibi vellet, ita quædam perobscura sunt, ut vel multa rerum cognitione , vel Delio nata tore sit opus ei qui ea commodè velit explicare. Ad hęc etiāsi Bartholomaeus Anulus, vir eruditus , breuibus verbis & Laconicis admodum omnium ferè Emblematū sententiam complexus sit, eum tamen non puduit aliquot intacta omnino prætermisssse, quam ob causam nescio, nisi quod verissimum esse video quod vulgo dicitur, Docti est etiam quædam ignorare: vel, ut cum Poëta , non omnia possumus omnes. Nihil enim moror Iesuitanæ familiæ so-

dalem aliquem, quem accipio ante annos  
 sex in hac Academia publicè interpretatū  
 hæc eadem Emblemata: sed tamen quædā,  
 non omnia attigit: quámnam ob causam  
 nescio, nec vt sciam sum admodum sollici-  
 tus: me tamen non fugit si persequuturus  
 esset quod incœperat, eum aliorū quorun-  
 dam industria usurum fuisse, aut certè vi-  
 gilias maximas impensurum in explanan-  
 dis rebus tam variis, tamque ingeniosè ab  
 ingeniosissimo Iureconsulto ex cogitatis aut  
 efformatis: quod non dico, vt Iesuitæ illi  
 quicquam detrahi velim (quandoquidem  
 lubēs faueam literatis omnibus, cuiuscun-  
 que professionis & instituti habeātur) non  
 hoc dico, inquam, vt mihi <sup>cancro</sup> cauere videar,  
 qui nihil aliud possim de me asserere, quàm  
 quod ingenio penè nullo sim: & si quid  
 sit, illud diligentia cuipia velim tribui po-  
 tius quàm acuminis aut dexteritati. Si verò  
 ad ampliorem expositionem multa deesse,  
 aut excidere obiecerit aliquis, est certè  
 quod respōdeam, nihil esse quod omnibus  
 numeris absolutum sit & perfectum. quid  
 enim me ostentem, cùm mearum omnium  
 cogitationū testis conscientia mihi nequa-  
 quam imponere sustineret? Sum equidem,  
 vt verè dicam, quod potui, consequutus,  
 nullumque vñquam laborem in bonis au-  
 toribus

cōtoribus euoluendis, qui in hoc mihi pos-  
 sent esse cōmodiores, effugi, vt ipsam au-  
 cōtoris mentē elicerē; quā aſſequi ſi nondū  
 videar, tamen quantum à me fieri potuit,  
 conatus ſum, vt eo nomine noſtrā qualem-  
 cunque diligentiam doctis aliquando pro-  
 batum iri confidam. Quā ſi grata ſtu-  
 diosis, vt vtilem ſpero, & aliquadignā ap-  
 probatione intellexero, efficient profecto,  
 vt industria noſtra qualifcunq; nescio quo  
 veterno quaſi ſopita excitetur ad id non  
 modō illuſtrandum, ſed & amplificandum.  
 Sed quid desperem ſtudium eiusmodi gra-  
 tum fore, cūm res per ſe grata, & vtilis mi-  
 rabilis amores in animis eorum, qui ſunt  
 ingenui & liberales, excitet? Laudatur à  
 nobis Orator, Poëta, Hiftoricus, Philoſo-  
 phus, aut aliquis alius ſcriptor, ſi γνῶμαις  
 inſignioribus tanquam ſtellulis effulgeat  
 & ſplendefcat: quæ cūm alicubi leguntur,  
 digito aut transuerso calamo notantur, vt  
 memoriæ commodius infigantur, & citius  
 occurrant, cūm iis opus erit. Atqui has ſen-  
 tentias non paſſim, nec ſemper, nec vbiuſ  
 reperire eſt facile, cūm nullum ſit Emble-  
 ma, quod præter ſententiam non afficiat  
 animum rei nouitate & egregia quadā an-  
 tiquitatis cognitione. Adhac γνῶμαιſ ſunt  
 interdū obſcuriores, neq; omnibus peruiæ

esse possunt: Emblema verò aut subiecte pia-  
cturæ gratia, aut carminis sequentia, aut in-  
scriptio aliquā facilitatē habet, in qua possit  
animus cōquiescere. Proinde non mirū vi-  
deri debet, si hoc scribendi genus, & Alcia-  
to, & viris plerisque grauibus impēsè pla-  
cuerit, vt aliquid eiusmodi ludis eruditis  
cōsequi possent, quod studia graviora dul-  
ci (vt ita dicam) lenimento recrearet. Id

*Perrarius*

enim simile præstitere post Alciatum Gu-  
lielmus Petreius Tolosanus, qui Moroso-  
phiam centum Latinis, & totidem Gallicis

*Cogalnus*

tetraastichis conscripsit. Hinc pegma Con-  
stalij habuimus, hinc Bartholomæi Anuli

*Anulus*

pictam poësim egregiè & solerter elabora-  
tam, postremoque omnium optimè post

*Sambucus*

Alciatum, si quid mihi credendum sit, Io-  
annes Sambucus, & Adrianus Iunius sua

*Iunius*

nobis Emblemata cuderunt, quibus nihil  
ingeniosius, aut accuratius adinuētum, ni-

hil diligentius elucubratum aut absolutū  
videatur. Sed vt superior ætate Alciatus

fuit, ita, ni fallor, haberi etiam dignior &  
auctior honore debet: quem si hoc in ge-  
nere primas tenere dicā, quas suo iure mi-

hi repetere videatur, non est quod quis su-  
spicetur me nonnihil famæ doctissimorū

huius seculi virorum Iunij & Sambuci de-

traxisse. Quod studij genus, nisi fuisset li-

*Bocchini*

berale

*Coriolanus*

*Paradiso.*

*Venatio*

My quatuor S. Biblio

My quatuor S. Biblio  
Glorious in S. Strange  
in Lat. Ego

berale censendū , & docto homine dignū,  
noluissent ipsi profecto virti tanti, tamque  
celebres suā industriā contulisse, aut bo-  
nas interdum horas collocasse in iis , quæ  
nihili facienda esse duxissent . Sed de his  
iam satis.

Supereft ut breuiter totam nostræ com-  
mentationis rationem explicem, iisque re-  
spondeam quos ad obtrectandum citius  
quam imitandum paratissimos esse me non  
fugit. In hac tota ineunda ratione nihil  
magis obseruandum esse duxi, quam (quod  
non minimum vtile futurū esset & neces-  
sarium) scrupos omnes & mæandros diffi-  
ciliores, ut locos etiam obscuros enarrare,  
& Emblematum penè omnium originem  
ex suo fonte ductam repetere, postremoq;  
vsum cuiusque loci , & sententiæ facilem  
pro virili parte adhibere. Quam verò per-  
spicue & cōmodè id à nobis tentatum sit,  
non dico perfectum, alij viderint : aliquid  
certè laboris & diligentia obseruari non  
obscure potest, si doctrinæ parum & eru-  
ditionis esse videatur : in quo tamen ab iis  
qui serio docti sunt , & literis politioribus  
exculti, facilius aliquā gratiam impetrare  
mihi videbor, quam imperitis & inquis  
rerum æstimatoribus, qui omnia nō modò

temerè vellicant & improbat, sed quod habet Comicus, nisi quod ipsi faciūt, nihil reatum putant. Nullum adhuc scriptorem legi, qui cuilibet in omnibus satisfecerit: Nam in multis cura aut labor desideratur, in aliis ingenij dexteritas, aut Græcæ linguae peritia, vel Latinæ proprietas: in aliis denique multorum auctorum lectio, aut historiarum cognitio: quasi verò virtutes hæ omnes singulæ in singulis tam facile deprehendi possent. Non enim me latet in Virgilij operibus Seruij Grammatici diligentis & accurati operam sæpen numero requiri: quemadmodum nec desunt qui itidē causentur in Porphyrionis & Acronis commentariis in Horatium: sed certè hi mihi videntur molestissimi censores, qui cum nihil faciant, importunè tamen de aliorum scriptis conqueruntur. Quod non dico ut cuiquam in hac qualicunque commentatione præiudicatum esse velim, quasi meam vnicè probem, ut nolim aliquando vel emendari vel castigari. A qua suspitione quantum abhorream, & scriptis hoc tempore, & semper viua voce profiteri libertè nō desinam, qui nihil aliud à doctis requiram, quam ut hasce minutias sua reprehensione in quibus erratum fuerit, aliquando dignentur: ut in iis recognoscendis parem diligen-

diligentiam atque operam Iubentius apponam. Non enim nostros errores emendari feremus impatienter , neque nos ullo modo piguerit audire potiora suggestente & meliora : ut nec molestū fuerit priorem sententiam commutare , si quid minus accuratē traditum aut expensum quispiam conqueratur. Quod dum facio, videri nolim in publica literarum causa præuaricari, & ea docere quæ aliquando putem dedocenda. Quod tamen nec sine exēplis, nec rationibus me præstare velle certo scient, si modò ad sit aliqua in iudicando æquitas, cùm nemini dubium esse possit , posteriores cogitationes meliores esse : & Hippo-*corr. cels.*  
 cratem artis medicæ principē accipiamus, quædam à se non satis diligenter tradita, primū emendassem, ne cæteri etiā in idem impingerent. Idem factum à M. Tullio legimus, qui, cùm Rhetorici libri, quos adolescens admodum scripserat, non satis placcerent, ut minus emunctos dānare magna parte maluit quām corrigere, scripsitq; accuratiū libros alios oratorios, quos tanti fieri à doctis agnoscimus . Sed & Fabius duos libros à se primū de arte dicendi scriptos, quòd non satis probaretur, expunxit, & duodecim illos utilissimos nobis magno studiorum omnium applausu obtulit, in quibus

quibus videtur & priores emēdasse, & perfectius aliquid reliquisse. Quod illis itaq;  
rantis viris laudi datum est in suis tetta-  
& standis, non debet quidem nobis esse dam-  
no vel iacturæ , vt meminerint quorū ma-  
xime interest, doctiores permulta scire, nō  
tamen omnia. Itaque vt seueriorem om-  
nem obiurgandi ansam præcludam, subin-  
de Horatianum istuc apud eum qui sit re-  
prehensurus, oppono, vt & seipsum norit,  
& errata mea me deprecantem sustineat:

*Si quid nonisti rectius istis,  
Candidus imparii: si non, his viere tecum.*

QVID

# QVID EMBLEMA SIT & quæ eius ratio.



E Symbolis & rerum notis nonnulla plerique scripserūt, eorum tamen nemo est adhuc quod sciām, qui eārum rationem sit accurata disputatione consequutus. Id ut p̄f̄stare quodammodo possim, quod videācas partes hoc loco mihi demandatas, de inuentione symbolorum eorumque usu & fine quādam si non accuratē, ac certē breuiter dicenda mihi videntur, ne subinde cogar anxiē repetere quā semel dixisse satis erit.

Compertum quidem nobis esse potest primos illos homines, sed potissimum Aegyptios ante expressam notarum, aut characterum inuentionē & scripturā usum, inuenisse symbola quādam rudia vel animalium, vel syderum, vel rerum aliarum, quā ἔργον τυφεκά, id est sculpturas sacras appellarūt. quod primum ab his factum esse constat, ne à vulgo & ignara multitudine sacra mysteria profanarentur, utque ab iis duntaxat intelligerentur qui acutiores essent atque ingeniosiores. Harum autem rerum initia prima fuisse admodum rudia & inchoata nemo ambigit, qualia solent esse rerum p̄c om̄nium principia, quā à rebus minimis orta tandem progressum habuerunt ampliorem & maiorem. Quod nobis planum esse poterit, si eam inuentionē quam Aegyptiis referimus acceptam, conferamus cum ornatu, & quasi expolitione, quam huic p̄clare inuentioni Græci addiderunt, tanta cum venustate & apparatu, ut posteriores Græcorum cogitationes prioribus his, & fermè incultis Aegyptiorum signis p̄ferre non dubitemus. Eo enim factum

factum esse cediderim , quod etiam inuenio scri-  
pturæ vsu, à curiosis quibusq; ingeniiis, sed maximè  
philologis, imperatoribus, ducibus , philosophis &  
aliis quibuscumque, exultus sit & seruatus hic *ιερ-*  
*γλυπτον της θεωρίας* vsus : quem etiam in sacris Christianæ re-  
ligionis auctoribus & libris , nedū in profanis ob-  
seruari deprehendimus. Quæ philologi pars cùm  
sit diligentissimè libris *ιεργλυφίσματος* comprehensa,  
& illustrata viri apprimè docti Pierij Valeriani la-  
boribus & studio, nihil est quod à nobis præterea  
sit adiiciendum, si materiam vsumque symbolorū  
& characterum paucis attigerimus. Materiam qui-  
dem repetimus ex antiquitatis penetralibus, & scri-  
ptis auctorum, qui in historia tractantia non modo  
retum gestarum fidem sunt persequuti , sed etiam  
minutias ipsas attigerunt. Huius quidem rei fidem  
faciūt Pausanias, Plinius, Apuleius & aliquot alij,  
cùm pictorum & effectorum statuas ingeniosè , &  
solerter excogitatas memorant, & interdum quid  
sibi eadem velint , explicant. quod Alciatus noster  
primo epigrammate aperiè indicat, cùm ait:

*Hac nos festiu Emblemata cedimus heris,*

*Artificum illustri signa que facta manu.*

*finis, vñjgjz* Finem verò vsumque idem aperit, cùm dicit ideo  
Emblemata esse inuenta , vt quisque possit addere  
torulos vestibus , & petasos parmas , vt etiā *αράρων*  
vti notis atque symbolis in exprimendis animi ta-  
citis notionibus . In quo facile obseruamus differre  
Emblema à gnome simpliciter accepta , vt etiam à  
*parabola*, & ab ænigmate. Potest quidem in Emble-  
mate sententia esse , si modò Emblema μετρυμικώ  
sumamus pro carmine siue epigrammate , quo ex-  
plicatur *χριστός* siue Emblema.

Huc accedit quod *γνώσην* verbis exprimitur , &  
ni fallor , aliter *γνώσην* esse non potest. *εργασία*  
verò sè penumero est *ἀράρων* , nec semper necesse est  
in Em-

in Emblemate esse epigramma. Denique ut uno  
verbo dicam, Sententia & Emblema differunt ut res  
a verbis. Quo loco plerique viderentur ratione ali-  
qua reprehendi, qui quasdam sententias, fabulas, histo-  
rias, apophthegmata Emblematum nomine insigni-  
tas esse volueret, quasi ex re quauis Emblema fieri  
deberet; ut si ex quolibet lapillo, gemma anulo ap-  
tari possit aut deberet. at ne quidem parabola est  
Emblema: ea enim sermo est in ore omniū, vel certe  
plurimorum versans: Emblema sapientum duntaxat.

Denique non est ænigma, quanquam interdum  
ænigmati simile, ratio enim quædam est apertior in  
Emblemate proprie notas quæ aperte debent esse &  
perspicuæ: ænigma verò ambiguitatem quandam  
habet in vocabulis, quam vel doctissimi aliquando  
explicare, vel summa diligentia non possunt. at  
symbolorum ratio apertior esse debet, ut quemad-  
modum ab ea imperiti arcentur, sic docti aliquid ha-  
beant, in quo ingenium exerceant. Sunt enim παρί-  
σηματά hæc siue εικόνες & ἀγάλυτα reconditæ cuius-  
dam eruditionis specimina, quæ cogitatione requi-  
rant, quæque cum nouitate quam præ se ferunt vir-  
ilitatem voluptate conditam non minimam habeant.

Supereft ut Emblematis nomen explicemus, si  
prius Alciati verba ex commentatio in titulum  
de rerum & verborum signif. apposuerimus. Verba  
significant, inquit, res significantur, tametsi & res  
quandoque significet, ut hieroglyphica apud Orum  
& Cheræmonem, cuius argumenti & nos carmine  
libellum composuimus, cui titulus est Emblematæ.  
Hæc ille.

Dicitur itaque Emblema quicquid interseritur  
ornatus causa non modò parietibus & pavimentis,  
sed & rebus aliis permultis, ut vasis, pateris, vesti-  
bus: cuiusmodi sunt claviculi, aut imagines aureæ  
vel argenteæ, yniones & gemmæ, ceteraque generis  
cuiusdem.

**Amon** eiusdem. Id enim nominis deductum esse constat  
ex longa etate etiā ipsius etate aut episcopatu, quod est inse-  
72. rere, interponere, vel iniungere. Antiquitus enim la-  
pillis quibusdam quadratis & minutè sectis politis-  
que, in quibus eicones quædam intertextae essent,  
**Argus** sedes magnatum & principum regiæ ut plurimum  
ornabatur, ut colligere est ex Pausania & aliis plæ-  
**Pegas** risque: cuius etiam rei usum aliquem videmus in  
quibusdam templis, cum ædibus publicis & priua-  
**Fons** tis, ut nostra hæc ætas antiquitatis æmula pridem  
esse coepit. Itaque ~~per se~~ hic Emblemata vo-  
luntur carmina, quibus imagines agalmata, pegma-  
**Centauro**, & id genus alia scitè adiunta varie & eruditè  
explicantur. Adhæc tritum satis illud est M. Tullij  
in oratore ad Brutum ex Lucillio:

Quam lepidè lexeis composta ut tessera omnes  
Arte paumento atque emblemata vermiculato.

**Aquila**, **confusus** Cæterum plætrique vel suspicari, vel oblicere po-  
**Centauri** terunt hic ab Alciato Emblemata impropiè dici,  
**ad finem** cum ea carmina videantur potius expositiones esse,  
**f. 6. 202.** & explicationes Emblematum, id est eorum sym-  
bolorum vel simulachrorum, quæ ab antiquis pe-  
tita hinc representat, & horum rationem tradit. Sed  
**Tacit.** dicimus adiuncta non temerè aliquando subiecto-  
**lab. XI.** rum habere rationem metonymicæ, & sententiam  
**fol. 407.** vel epigramma dici posse, quod Emblema in se co-  
**Plaut.** plectatur. Denique tametsi varia & diuersa sint Em-  
blemata, commode tamen reuocari possunt ad tria  
genera. Cōstat enim alia esse Physica, quæ ad rerum  
naturas, earumque causas attinent; quæque hoc in  
opere per pauca sunt. Alia historica vel mytholo-  
gica, quæ rem gestam vel ut gestam inuolucro quo-  
dam complectuntur. alia denique & quidem per-  
plura, ethica, quæ ad mores informandos accom-  
modata sunt.

**S**or. v. de Autore genita Kuf. b. 7. CLARISS.  
D. Gangmodus, Græcoffus, & q. b. Maerob. 1. 1.  
c. 7.

CLARISS. VIRI ANDR.<sup>33</sup>  
ALCIATI IN LIBRVM E M-  
blematum Præfatio , ad Chonrádum  
Peutingerum Augustanum.

Dum pueros iuglans, iuuenes dum tessera fallit,

Detinet & segnes chartula picta viros:

Hac nos festiniis Emblemata cuditus horis,

Artificum illustri signaque, saeta manu:

Vestibus ut torulos, petasis ut figere parmas,

Et valeat tacitis scribere quisque notis.

At tibi supremus preciosa nomismata Cæsar, *Nobis ad 1. - Propterea  
ad 1. 1. 512.*

Et veterum eximias donet habere manus.

Ipse dabo vati chartacea munera vates,

Quæ (Chonrade) mei pignus amoris habe.

*Ad Chonradum.*) De Chonrado illo Peutingerero, cui hoc opusculum dicatum constat, tantum ea dicam & hue referam quæ scriptorum nostri temporis lectione consequi potui. Andreas Cratander in Epistola quadam quam omnibus Ciceronis operibus præfixit, hęc habet: Chonradus Peutingerus, eximium illud Augustanorum Vindelicorum decus & specimen, qui cum incomparabili auctoritate, quam in gnauiter sustinendis molibus Reipubl. magna nominis celebritate adeptus est, egregiam humana- rum studiorum peritiam coniunxit. Pro quibus quo animo depugnet, vel inde satis appareat, quod mihi aliquot Ciceronianarum orationū reliquias, & ve- nerandæ vetustatis exemplaria transmisit tanquam auxiliatrices copias, &c. Hęc quidem ille. Sed expre- fusi Henricus Pātaleon prosopographię parte 3. eiusdem Chonradi vitam laudesque perfixit. Sic au- tem: Chonradus ille Augustæ Vindelicorū ex ho-

nesta familiâ natus , & in omni genere virtutum ibidē educatus est . Is cùm felici ingenio esset præditus , à teneris annis literis incubuit , & imprimis legum lectioni diligentē operā impendit . hinc factū , ut iuris doct̄or omniū acclamatione creatus fuerit . Accedebat multæ heroicæ virtutes , & rerum agendarum dexteritas . Itaque patriæ vitilis ciuis & singulare ornamentum extitit , atque à Maximiliano Cæsare inter suos consiliarios cooptatus fuit : quinetiam hunc Erasmus Roter . plurimū ob eruditionē dilexit , & inter summos amicos habuit . Scripsit is anno 1506 . Sermones coniuiales , in quibus multa de mirandis Germaniæ antiquitatibus reféruntur ; præterea de gentium quarundam emigratione Epitome , quæ Procopio , & aliis historicis in editione adiecta . Erat enim Chonradus rerum antiquarum singularis æstimator , qui eiusmodi indagare , & posteris proponere magna delectatione erat solitus : tandem ætate confectus obiit , & apud suos honorifice sepultus est . Haec tenus Pantaleon , quæ omnia penè mihi videntur sumpta ex 18 . Epist . Erasmi .

*Dum pueros*) Dissimilitudine suum negotiū cum aliorum otio conferens , tria lusorum genera ponit ex adiuncto tempore quo hoc opusculum scripsit . Pueri nucibus delectantur , hincque vulgo trita proverbia relinquere nuces , & ad nuces redire . adolescentes & iuniores tessera delectantur , quod est aleatorum . Segnes autem quique corporis motum refungiunt , chartulis pictis oblectantur .

*inglans) nux.*

*tessera*) Dicitur tessera quicquid ex omni parte quadratum est . Gel . lib . 1 . cap . 20 . & Cæl . Rhodig . lib . 20 . cap . 14 . & 27 . cubus à Græcis dicitur . Estque corpus ex sex lateribus æquali latitudine planitierū per quadratum . Is cùm est iactus , quam in partem incubuit ,

incubuit, dum est iactus, immotam habet stabilitatem, ut sunt etiam tesserae quas in alveum ludentes iaciunt. Budaeus 5. de assē.

*Emblematā cūdimus.*) à fabris aurificibus, vel aliis sculptoribus à ἀνταγοπίᾳ.

*Festiuī horū*) diebus genialibus, quibus animum remittebam à seuerioribus studiis: vel festiuī horis, id est succisiuo tempore. Sic enim Mat. Tullus, cùm dies aliqui dabantur ad rusticandum, ut etiamnum dantur iustitiorum dies nostris Senatorib. ad eorum numerum accommodabat quæ scribebat.

*Artificum illustri.*) hic versiculus descriptionē continet τεχνην μηδενικων. qua de re iam satis, sed hic aduerte materialem causam.

*Vestibus ut torulos.*) Finalis causa & usus Emblematōn. torulos autem appellat eminentias quasdam in vestibus, corollis & aliis similibus. Cic. in oratore perfecto de mediocri genere dicendi loquēs, Addit, inquit, aliquos ut in corona toros, omnemque orationem ornamentis modicis verborum sententiarumque distinguit. Sunt itaque toruli ornamenta ex auro vel argento, quæ petasis, id est pileis, aut penulis vestibusque adiici solent. Palam est illud ex Amphitruone Plauti: Tum meo patri autem torulus inerit aureus sub petaso.

*Petasis*) pileis, galeris, &c. hinc petasatus Mercurius, quanquam Lactantius petasum, alatum calceamentum interpretetur.

*Parmas*) parma scutū breue peditum, pelta etiam dicta à Pliniō. Nonius in dictione Parma, & in dictione Veles. Varro de lingua Latina, & Alexander ab Alexandr. 6. cap. 22. \*

*Tacitiu notis*) Sic se habet Aegyptiorū Hieroglyphica, ut etiamnū hodie symbola ea quæ armis, scutis, vexillis, & cæteris id genus apponi solent. De quibus lepidū & eruditū scripsit Dialogum Paulus Iouius.

~~Mansuet. 14.~~

~~Hac quia sepe faret vinci, q̄ vincere raro,~~ 18  
~~Parma tibi sentus prædictoris erit.~~

*At tibi supremus*) Optatio ex dissimilibus . idem  
ferè dissimilium locus est apud Horat. ode 8. li-  
br.4. Carmi.

*Supremus Cæsar.* Maximilianus imperator , cuius  
cōfiliarium fuisse Peutingerum paulò antē memini-  
mus ex Erasmo. \*

*Ipsa dabo*) τὸ τρόπιτον in libro Poëtico Poëtæ con-  
secrato. Non enim modò videndum quid, sed & cui  
des. Seneca de beneficiis: Vide ne mittas munera su-  
peruacanea, vt fœminæ arma, rustico libros , & stu-  
dioso retia. Id enim est acsi cani des paleas & ossa  
asino. †

\* *Cæsars & Augus. unde id h. Imperatoris  
regale ex Plauto, &c.*

AD

† *Hic nō meccinæ optulit. Actum de Varro  
lib. 3. c. 20. de Lysandro & aliatis  
eis manerib.*

AD ILLVSTRISS. MAXIMIL.<sup>37</sup>

Ducem Mediolan. super insigni  
ducatus Mediolanen.

i.



*Exiliens infans sinuosi è fauicibus anguis,*

*Est gentilitiis nobile stemma tuis.*

*Talia Pelleum gesisse nomismata regem*

*Vidimus, hisq; suum concelebrasse genus:*

*Dum se Ammone satum, matrē anguis imagine lusam,*

*Diuini & sobolem seminis esse docet:*

*Ore exit, tradunt sic quosdam enitier angues,*

*An quia sic Pallas de capite orta Iouis?*

Proponit arma gentilitia siue insignia ducatus Mediolanensis, in quibus conspicitur serpens cæruleus in auro equore infantem vel anniculum puerum rubore tinctum euomens. Cuius quidem rei ratione adferam, si prius huc transtulero quod idem noster auctor ea de re scripsit ca. 43. de singulari certamine, ut Alciatus ipse Alciatum enarret hac in parte. Sic enim ait: Celebre est in Annalibus Othonis viceco-

mitis cum quodam Sarraceno in Asia certamen, quē  
ille manu captum confosilumque galeæ ornamento  
priuauit, idque gētilitiis insignibus suis addidit, hoc  
est, vipera vix natum, & adhuc manantem sanguine  
infantem ore euomens: nimirum ab Alexādro Ma-  
gno acceptum emblema. Siquidem in eius veteribus  
nomismatis idem sigillum reperire est, quo Ioue se  
natum rex ille per ambages ostendebat. Etenim ser-  
pentis forma pluribus Græciae locis Iupiter coleba-  
tur. Suntque in Asia genera serpentum quos ore pa-  
rere hominum opinione receptum est. Haec tenus il-  
le. Celebratur itaque stemma eiusmodi à diuina &  
antiqua origine, perenniq; nobilitate è fano Sapien-  
tiæ capite promanante.

*Macrob. 6. sinuosi è fauibus anguis) fauces sunt gulae partes intiores. Plinius: Summum gulae fauces vocantur.*

*Macrobius*. 6. *sinuosi è faucibus anguis*) fauces sunt gulae partes interiores. Plinius: *Summum gulae fauces vocantur.*

viii. postremum stomachus. Sinuosus autem epitheton  
Serpenti cōueniens: sinuosum enim dicimus à longo  
sinu, & *μετερφορμας* apud eundem nostrum auctore  
postea, sinuosi in faucibus antri.

*Stemma) Nobiliores erat qui sui generis imagines & stemmata proferte poterant, Budæus Annot. in Pandectas. Vsurpatur plerunque pro corona, deductum enim est id nominis à σεφανθη , ut illud Homericum:*

σέμαντα ἔχων τὸν χέρσον ἐκπλόλες ἀπόλλαγος. Alciat.  
refert 2. Parerg. cap. 30. Lege 6. Miscellan. P. Nannij.

*gentilitius) Pro imaginibus posteriora tempora insignia gentilitia habuerunt, quæ arma vel armaria vulgo dicuntur; quæ ipsa quoque primùm, ut simile est veri, virtutis præmia fuerunt, ac rerum præclarè gestarum decora, Budæus.*

*Pellatum regem) πειρασθεῖς pro Alexádro, ut apud  
Iuuenalem το. Satyr.*

Vnus Pellæo iuueni non sufficit orbis. Sic autem dictus à Peila yrbe Macedoniae, Pompon. Mela li. 2.

~~Ingenus a Pena Vito Macellonius, Compaginarii n. 2.~~

quam etiam Plin. Alexādri patriam appellat. 35.lib.

*suum genus*) Iuslin.lib. 12. ait Alexandrum virum supra humanam potentia magnitudine animi suis-  
se præditum. Qua nocte eum mater Olympias con-  
cepit, visa per quietem est cum ingenti serpente vo-  
luti: nec Dei decepta somnio. Nam profecto maius  
humana mortalitate opus utero tulit, quam cum  
Æacidarum gens ab ultima seculorum memoria, &  
regnuni patris, fratris, mariti & deinceps maiorum  
omnium illustrauerit, nullius tamen nomine quam  
filij clarior fuit. Plutarchus auctor est, quod cum  
Ammonis sacerdos Alexandrum salutatus lingue  
vitio præpeditus pro ~~πατέρινον~~, filiole, dixisset πατέρι δίος,  
id est Iouis filii, hinc cælestis originis gratiam capta-  
tam; cui initia dedisset error. Apud Lucianum autem  
Alexander fatetur utile sibi fuisse ad res gerendas  
quod Iouis Ammonis filius crederetur. Formidandū  
enim erat ne aliquis sibi repugnaret.

*Dum se Ammone satum*) Iupiter Ammon ab arena  
dictus, quod sub arietis forma coleretur in templo à  
Libero patre in arena cōdito: qua de re multa Lilius  
Gyrald. Syntagmate 2. hist. Deorum. Politian.ca. 52.  
Miscellan. Lege & Hygin.lib. 2. de signorum cælest.  
historiis. *Vid. Mag. Myt. 3. c. 1.*

*tradunt sic quosdam enier angues*) Plin.lib. 8.ca. 23.  
& Solinus ca. 30. Polyhist. Amphisbænas ore pare-  
re tradunt: his enim caput est geminum, hoc est &  
ad caput & ad caudam. Obiter adnotarim, serpentē  
in sacris Ægyptiorum literis sapientiam & pruden-  
tiā, principem provinciæ, regem & dominium si-  
gnificare, ut videre est apud Orum Apollin. & Pie-  
rium lib. 15. Hieroglyphicōn.

*enier*) pro eniti *παρεγγωγὴ*. Enixæ dicuntur fœ-  
minæ nitendi, hoc est conandi & dolédi labore per-  
functæ, vel quod vinculis quibusdam periculi, qui-  
bus implicarentur, fuerint exsolutæ. Nexus enim

dicimus arctum & colligatum. Nonius.

*An quia sic Pallas, &c.)* Testis est Pindarus Olymp. Ode 7. cuius rei rationem ( sed aliam atque aliam) reddunt Fulgétius Mythologic. 2. Phornutus de natura Deor. Gyraldus Syntagm. 11. Bud. 1. de astre, & Cælius lib. 14. cap. 18. Ovid. fastorum 3. epimythia etiam sua tradit. Ex his enim alij speculatione physicam, alij ethicen, alij alia considerant. Existimo autem cum Pindari scholiaste figmentum id esse referendum eò, ut dicamus omnes artes & disciplinas, è Iouis cerebro, id est summi & præpotētis Dei mente & sapientia prodiisse. Perspicuum enim nobis esse debet, ut alia omnia bona, sic ipsas quoque ingenuas artes à Deo nobis esse cōmunicatas. Et quamquam Dei beneficio nobis hæc Minerua generetur, ductore tamē & magistro primū opus est. Nemo enim est qui laudatissimam scientiarum ἑξην comparare sibi queat, qui non bonis præceptoribus sese tradiderit instituendum. Hinc enim à minuendo, quod nertuos minuat, Mineruam dictam putant. Pallas autem vel ἀπὸ τῆς πάλλεως τῷ θόρῳ, ab hasta vībrāda, vel à Pallante occiso, qua de re postea fusius.

*de capite orta Iouu)* Imitatus videtur illud Propertij lib. 3. Semina curarum de capite orta tuo.

Mediola-

## Mediolanum.



Bituricis veruex, Heduis dat succula signum:

His populis patriæ debita origo meæ est,  
Quam Mediolanum sacram dixerit pueræ

Terram; nam vetus hoc Gallica lingua sonat.

Culta Minerua fuit, nunc est ubi nomine Tecla

Mutato, matris virginis ante domum.

Laniger huic signum sus est, animalq; biforme,

Acribus hinc setis, lanitio inde leui.

Ex Heduorum & Biturigum schematibus publi-  
cis hic constituit Mediolani ētuμōv. Bituriges enim  
arietem, Hedui suem habere publico stemmate di-  
cuntur: cuius tamen rei fides penes auctores esto.  
Mediolanum autem à sue mediatim lanato deno-  
minationem sumpsit: dum enim prjma iacerentur  
fundamenta (vt præter alios tradit D. Ambrosius)  
aper est repertus media parte lanatus. Sabellicus à

*Enne. 8.*

Medo Insubrum duce nominatum ait Mediolanū.

*lib. 5.*

Vrbs est metropolis Galliæ Cisalpinæ à Gallis Insu-

*Iustin.*

bribus condita 359. annis ante Christum natum,

*lib. 20.*

Sicende Apoll. L. 7. epis. 17 "C 5 quan-  
guas Domus de sue zoomies habet.

quanquam Olanum ducem Tusciae primum ædificasse Mediolanum testetur Cato in fragmento 7. Origin. refert Annius in chronograph. Etrusca & Italica. Hinc docti plerique prodiere, inter quæ non infimum, sed merita gloria satis insignem Alciatum iure ascripserim, qui hac etiam in parte Mediolanum sibi natale solum celebrat. Sic autem Ausonius:

*Et Mediolani mira omnia copia rerum,  
Innumera cultæ que domus, facunda virorum  
Ingenia, antiqui mores: tum duplice muro  
Amplificata loci species, populique voluptas  
Circus, & inclusi moles cuneata theatri:  
Templa, palatina que arces, opulens' que moneta,  
Et regio Herculei celebris sub honore lauacri,  
Cunctaque marmoreis ornata peristyla signis.  
Muriaque in valli formam circundata limbo.  
Omnia que magni operum velut amula formis  
Excellunt, nec iuncta premit vicinia Roma.*

Lege Geographica Volaterr. lib. 4. & Munsteri 2.  
sed maximè Decad. 1. lib. 5. T. Liuij.

*Biturici veruex.) Veruecem hinc pro ariete fortasse posuit, sed parum refert. Bituriges autem (quorum ciuitas metropolis est Biturix) Aquitanæ populi sunt, quorum fines ab Heduis Ligeris diuidit fluuius, de qua lib. 8. belli Gallici Cæsar. Vrbs est Academiâ florètissimâ celebris, in qua per quinquennium magna cum laude ius ciuile professus est Alciatus, quod ex aliquot suorum operum locis colligere est facile, tum vel maximè his versibus (quos mihi lubeti animo communicauit vir eruditus qui Alciatum præceptorem illic habuit) quibus Biturigem donauit cum patriam repeteret:*

*Vrbs Biturix inuitu, amans te deserò amantem,  
Quinque per astates terra habitata mihi.  
Nunc opus ad vitulos est à veruecibus ire,  
Ergo vale, & felix sit tibi lanicium. \**

HIS

His autem alludit ad Biturigum stemma , quod nonnihil adiuuat huius loci enarrationem . vitulos porrò Italos intelligit , cuius rei causam ex Gellio peras licet lib.nempe 11.cap.1. Sed hæc obiter.

*Heduis dat succula signum*) Hedui qui & Augustodunenses Galliæ populi , in ducatu Burgundia & Francorum regno siti , olim fratres & consanguinei à Romanis appellati , Cæsar Comment.belli Gallici lib.1.lege Sebas.Munster.lib.2.Cosmograph.

*sucula*)pro sue diminutiuum.

*vetus hoc Gallica lingua sonat.*) Nimirum Gallicè, Milan,dicimus, à mediatim lanato sue. Veterem linguam Gallicam ait vel propter Gallos Insubres Mediolani extructores,vel propter veterē linguā,quam longè aliam fuisse quam quæ nunc nobis est vulgaris,& verisimile est,& docti plerique autumant.

*Culta Minerua, &c.* Ait olim cultam illic Mineruam fuisse, nunc autem D.Teclam à populo Christiano venerari. Hæc virgo & martyr sub Nerone apud Iconium, Pauli discipula. Volaterran.20.Anthropolog.de cuius mira in tormentis patientia leg. Sabellic.exemplor.5.cap.8.

¶ Hinc ita respondet avorupes quidam  
Non nos, sed nostros nūmos Alzatus amabat. Nun-  
qui facinus spretis venuit hospitibus.  
Ergo abeat felix vitulos pasturus, & illum  
Nostra vob horrem frigore tana + fegat. + feger

## Nunquam procrastinandum.

3.



*Alciata gentis insignia sustinet Alce,  
 Vngibus & undev fert æræbænæ opus.  
 Constat Alexandrum sic respondisse roganti,  
 Qui tot obiuisset tempore gesta breui?  
 Nunquam, inquit, differre volés. quod & indicat Alce:  
 Fortior hæc dubites, ocyor an'ne siet.*

*Principis & patriæ haec tenus insignia quasi depinxit, nunc suæ familiæ gentilitiū stemma proponit & explicat. Alciatos enim ab Alce fera nuncupatos à fortitudine nimirum, & diligentia commendabiles tacite subindicat, sumpto argumento ab Alces ferè natura, quæ equi robore, cerui celeritate, & ni proceritas aurium & ceruicis distingueret, iumento similis habetur, auctore Plinio. Quod quidē apposité illustrat elegati Alexadri apophthegmate, qui quærenti qua tandem via exiguo tempore tanta sibi cōparasset, respondit (quod vngibus Alces insertum legitur) undev fert æræbænæ opus, nihil differendo aut recrastinando. Siquidem optima & accommoda belli comes*

comes est festinatio, quod fit ut qui imperant, quod rerum difficultates, quae nonnihil temorando vltro sese offerunt, arcere facilius possint, necesse est festinent: quam ob rem Alexander ab omnibus fermè laudatur, quod sua veloci in rebus agedis cura principum omnium celeritatem vinceret. Narrant enim eum pedites sic instituisse, ut sua velocitate equorum cursum adæquarent. Itaque cum ab eo Darius vrgetur, maximè conquerebatur nullum sibi satis longum relinqui spatium, quo Alexandrum pro viribus retunderet. Hoc enim præcipue curabat Alexander, ut diu noctuque magnis itineribus confectis improuisum hostem offenderet. Quem animum etiam adolescens habuit: huic enim cum Aristoteles diceret expectandam esse robustiorem ætatem, ut tum bello securius vacaret: At metuendum mihi est, inquit, ne dum æuum perfectius expecto, audacem iuuentutem interea perdam. Hunc Cæsar imitatus ardua quæque quasi temerè & sine cōsilio aggrediebatur, dicebatque de iis consultandum non esse, quod ad ea perficienda maximam vim celeritas haberet. Monemur itaque maxima quæque perfici diligentia, & virium firmitate (quæ duo aperte representat Alce) & assidua tam animi quam corporis cura & contentione feliciter absolui posse. Quò nō inconcinne referemus illud Hesiodi:

*μὴ δὲ ἀργεῖν οὐδεὶς τὸν αὐγεῖν, οὐ τὸν ἔρημον.  
& Lucan. i. bell. ciuil.*

*Tolle moras, semper nocuit differre paratus.*  
cui affine Ouidianum illud:

*Sed propera, nec te venturas differ in horas:*

*Qui non est hodie, cras minus aptus erit.*

*Fortior haec dubites, &c.)* Id est, an fortior velociorne sit Alce, dubium est. quo subindicat vires celeritate pares, & è contrario celeritatem viribus æqualem esse debere: alterum enim sine altero non multum

*Narratio  
anno 1616  
Volumen secundum*

poteſt adferre commodi, imò damna plerumq; ma-  
xima funestumque exitium hinc conſequitur.

In Deo lætandum.



*Aſpice ut egregius puerum Iouis alite pictor  
Fecerit Iliacum ſumma per aſtra vehi.  
Quisne Iouem tactum puerili credat amore?  
Die, hęc Maenius finxerit unde ſenex.  
Conſilium, mens atque Dei cui gaudia praefant,  
Creditur is ſummo raptus adeffe Ioui.*

Vniuersam poëſim ænigmatum eſſe plenam do-  
cet Plato in Alcibiade 2. quippe quæ non ſit cuius  
intellectu facilis, quod rerum veritas quibusdā ver-  
borum inuolucris obtegatur. Huiusmodi autem  
figmenta tribus modis explicari poſſunt, ut plerum-  
que veterum monimentis deprehendimus: quidam  
enim physicen, alij ethicen cōſiderant, nonnulli etiā  
rei Theologicę rationem habent, vti Cælius retulit

Lib. 18. cap. 6.

in libris antiq. lection. Sic enim Homeruſ ingeniorū  
ille vertex quatuor illa prima  $\sigma\tau\chi\epsilon\alpha$  inter ſe pugnā-  
tia, & ſeſe mutuo producentia effinxit ſub nomi-  
nibus

nibus Iouis, Iunonis, Neptuni & Plutonis. Ad mo-  
res autem traducitur allegoria, ut cum Palladē cum  
Marte dissidia & pugnas cīere aiunt, eam nēpe ani-  
mi partem quæ sit rationis expers, cum superiore se-  
se attollere intelligimus, virtutiq; vitium aduersari.  
quo de genere est ea quam nunc sumus explicati-  
turi. Ad Theologicam verò rationem referuntur, ut  
cum cālum suo motu tempus producat, quæque  
gignat perpetuō absumens, imaginem quandam in-  
telligimus esse Deum, Cālum, Rēam atque Satur- *Macrobi-*  
num filios deuorantem : in quibus Cālus (vel Cā- *Saturnus-*  
lius) essentiam diuinam p̄fert, Rēa vitam, Satur-  
nus autem eiusdem mētem. Quæ pr̄libare placuit,  
vt maturius ad nostri Emblematis *ἐπιμόθιον* deue-  
niamus, poētasque veteres, quantum fieri poterit, ab  
iniuria vindicemus. Eos enim tale quippam in fa-  
bulosis narrationibus obseruare voluisse credide-  
rim, quale priores illi *Iurisperiti* (vt M. Tullius in li-  
bris de Oratore memorat) obseruarunt, qui vt au-  
ctoritatē assūterentur & augerent, artem suam  
vulgarem esse noluere, nisi cum Cn. Flauius primus  
eam propalauit, qui eam ob rem dictus est cornicū  
oculos confixisse : eodem planē modo veteres illi  
poētae sub aliquo cortice obscuro fabulosisque  
ornamentis res suas occultarunt, vt imperitam plebe-  
culam à mysteriis illis sapientiæ reconditioris arce-  
rent. Quod & aperitè Lactatius indicat, cum Poētas *Lib. 1. ca.*  
ait quæ verè gesta sunt, in alias species obliquis *11. et 19.*  
figurationibus cum decore aliquo conuersa tradu-  
xisse, & mendacium non in factis, sed in nominibus  
admisisse. Quamobrem inepti & planē *ἄρκτοι* sunt  
ij qui in poēticis interpretandis ipsiis tantum voces  
nudaque vocabula aut etiam simplices γνῶμας con-  
siderant, nec ea potius eliciunt, quæ sensum abstru-  
siorem requirant: vt qui in picturis dijudicandis co-  
lores aliquos, aut operum lineas quasdā conspiciunt:

aut

aut ut qui mercibus inuolutis appositas imaginum tesserulas admiratur, nec quid intus lateat, attendunt. Habet enim diuinum hoc studium nescio quid latens, & reconditum, quod æquè omnibus peruium non sit & apertum, sed ei tantum,

*Ingenium cui sit, cui mens diuinior,*

ut Flaccus loquitur, sicuti non obseure multis in locis tradidit Plato. Sed & ut hoc adiiciam, Poëtas ipsos philosophis sapientia neutiquam posteriores, aut inferiores fuisse, præter alios cōtendit Maximus Tyrius. Hi enim sese videntur populari auræ, & in simæ plebeculae accommodasse, dum fabulosa eiusmodi prodiderūt, quæ diuinis rationibus accōmodarunt, rem quidē aperta ratione abstrusiorem, enigmatis autem clariorem, æqualiter à scientia atque inscītia distantem, fidem sibi facientem propter iucundos numeros, propter admirationē parum creditam: adhac quæ animum ad rerum existentium peruestigationem, & eorum quæ remota sunt, inquisitionem diligentem concitet. Qua in re prestanta hi sane viri magnum quiddam effecere; quandoquidem auribus humanis insidias quasdam sunt commenti, ij quidem re ipsa philosophi, nomine autem Poëtae rem inuidiosam ad eam artem reuocarunt quæ populum admodum demulceat. Sese enim perinde habet erga multitudinem popolarem philosophus, atque diues aliquis erga eos qui pauperie premuntur. Sic autem videmus natura comparatū, ut qui vitio sunt alicui addicti, virtutem contrariam non sustineant, nisi eam superinductus aliquis fucus adumbrarit. Habetur autem Poëta mollis & facilis, propterque delectationem diligitur, & propter virtutem nequaquam, aut saltē raro cognoscitur. Ita enim medici salubre remedium dulci aliquo liquore aspergunt, ne deterreatur æger saporis amaritudine. Eodem plane modo de philosophia illa veteri sentiendum,

Prima  
Poëtæ  
ratio

Sensu

tiendum, quæ sententiis suis figmentorum ac car-  
 minum tanquam ueste tectis priscos illos animos  
 primùm cepit; neque secus id quidē quām diſſimu-  
 lata disciplinæ molestia ad institutionem, & morū  
 feritatem cicurandam illexit. Nec est autem quod *poëſia id*  
 in dubiū reuoces, utri melius de diuinis tractarint, *qui philosophos*  
 Philosophine an Poëtæ, quin potius hæc studia tan- *r̄hns.*  
 quam inito fœdere, mutuo ſeſe complecti eadē non  
 diuersa putes. Cūm enim philosophum aīs, Poetam  
 etiam intelligis: & cūm poetam, philosophum quo-  
 que comprehendis. Hæc & multa alia Tyrius, quæ  
 huic conſerre placuit, ne in ſequētibus repetere ſub-  
 inde cogar, quantum Poëtis debeamus, noſtrumque  
 conſilium in narrationibus mythologicis, & poeti-  
 cis allegoriis planum deinceps faciamus. Si enim fa-  
 bulam nudam aut historiam attexere ſatis fuifet,  
 anſam ſidendi carpendique hæc tanquam poetarū  
 deliria relinqueremus, & maximè hoc de Ganyme-  
 de figmentū quod reprehēdit Lactant. D. Auguſtin. *De ciuit.*  
 & ipſe Plato 1. de legib. ſub persona Atheniēſis ho- *18. ca. 13.*  
 ſpitis, niſirum ob iſtanum pæderastiæ facinus. Ita-  
 que per Ganymedem ab aquila raptum, animā hu-  
 manam intelligimus, quæ, ut ait Plotinus, tum con-  
 dere caput intra cælum dicitur, cūm reliqua quāsi  
 corporis ſecrețione cæleſtia mentis oculo contépla-  
 tur, quod ſanè abſque raptu quodam non fit. Plato  
 etiam in Phædone & Theæteto, quam iubet animā  
 à corpore ſegregare, non loco ſegregare intelligit, ſed  
 monet ne corpori animus adh̄erescat, neque ob cor-  
 poris commercium à mente ſuperiore fiat alienus,  
 coneturq; quātum fieri poterit, ſubditam ſibi ani-  
 mæ ſpeciem ad ſuperiora perducere. Videtur autem  
 ſumptum Emblema ex Xenophontis ſympoſio, qui  
 concinnè & apposite Ganymedis *ἐπολεύ* explanat:  
 Ait enim Deos & Heroas animæ amicitiam multò  
 pluris facere quām corporis uſum. Iupiter enim qua-

rum formā cūm essent mortales) amauit, has ipsas mortales esse siuit. Quorum verò animas est amore prosequutus, hos immortalitate donauit; de quorū numero Hercules, Castor ac Pollux esse dicuntur cum aliis quibusdam. Sic etiam astro. Ganymedem non corporis, sed animi gratia à Ioue in Olympum fuisse raptum. Cuius quidem rei & testimonium ex ipso nomine colligamus licet. Habetur enim alicubi apud Homerum γάρ τε οὐδὲν αἴσιον, letatur audiendo, & alibi etiam πυνθάνεται φρεσὶ μῆνες εἰδὼς, id est, sapientia plena mente consilia sciens. Ex ambabus igitur his vocibus non corporis, sed mentis deliciarū nomen Ganymedes referens, inter Deos est relatus. hæc fermè Xenophon. Cæterū raptum ciusmodi Alciatus traducit ad eos, qui pia cogitatione votoq; Dei quasi domicilium penetrat, tamque sibi placent in iis quæ Deo grata sunt, ut in hac etiam vita non-nihil æternæ beatitudinis deliciarum experiantur.

Lege Cælium Rhodig. lib. 3. cap. 8.

Ious alste) Aquilæ περίφρασι. Han- auium reginā appellant, crediditque antiquitas eam Ioui tela ministrare & fulmen. Horatius 4. Carm.

*Qualem ministrum fulminus alitem  
Cui rex Deorum regnum in aues vagas  
Permisis expertus fidelens  
Iuppiter in Gonymede flauo.*

Phornutus eam Ioui esse sacram vult, quod volandi perniciitate aliis aubus excellat. Ιερὸς δὲ ὄρη, inquit, ἀντὶ ὁρῶντος λεγόμενος εἰρηνή, διὰ τὸ ὀξύτατον τέλον εἶναι τὴν ἀπόστρωσιν πίνεται.

Lege Plin. lib. 10. cap. 4. & 5. Pierium Valerian. lib. 19. Hieroglyphicōn. Sunt qui aliò conuertunt aquilam, per quam legionem intelligunt, cuius insigne aquila esset, aut nauem. Lactant. lib. 1. cap. 10. Fulgentius Mythologic. 1. & Bapt. Pius annotation. posterior. cap. 98.

puerum

*puerum Iliacum*) Ganymedem, ab Ilio Troiae ciuitate qui Troem patrem habuit Troiae regem, & a Poëtis dicitur ab aquila raptus, & in cælum sublatus, ut Deorum pincerna efficeretur. Martial. lib. i. *Homer.* *Iliad. l. r.*

*Aethereas aquila puerum portante per auras*

*Illesum rumidis ungibus hæsit onus.*

*Quis' ne Iouem tactum puerili, &c.)* Puerilem simplicitatem, id est, innocentiam & mentis puritatē Deo gratissimam esse passim testantur sacræ literæ. Quod illud Scrutatoris referendum: *Sinete parvulis ad me veniant: &c., Nisi efficiamini sicut parvuli, &c.*

*Mæonius fixerit unde senex*) Homerus, qui Mæonius cæcutiens appellatur à Martiano lib. i. de nuptiis Philolog.

*Consilium, mens atque Dei, &c μυθολογία est, in qua aduentendum quam graphicè & commode Ganymedi nominis vim exprimat: γάρ ναι enim vel γέρνυμι latet est, responderetque his quæ dixit (Gaudia præstant; & μῆσες consilia, ὅπερα γένεται μηδὲ πέστις, Emblematis & figmenti sensum explanat.*

Sapientia humana stultitia  
est apud Deum.

Funi, ynde.  
 go Costa  
 2600  
 S. Ray  
 1600



+  
 compellam Quid dicam? quónam hoc compellam nomine monstrium  
 Bisforme, quod non est homo, nec est draco?

Sed sine vir pedibus, summis sine partibus anguis,  
 Vir anguipes dici, & homiceps anguis potest.

Anguem pedit homo, hominem eructauit & anguis:  
 Nec finis hominis est, initium nec est fere.

Sic olim Cecrops doctis regnauit Athenis:  
 Sic & gigantes terra mater protulit.

Hac vafrum species, sed religione carentem,  
 Terrena tantum quiq; curet, indicat.

Totum hoc fermē videtur imitatus ex grphis  
 quibusdam monostichis, & disticho quodam, quæ  
 in collectaneis epigramm. Græcorum legimus, quæ-  
 que ascribam. Sunt autem eis Χειρονίτης πανέταιρος,  
 libro 4.

Αρσβότεν χιλέγυνθ' ἵππος, ἀνέσπαυε δ' ἵπποντεν ἀντρο-  
 ςιπνόσφι ποδῶν, κεφαλής δὲ ἄτερ, μονος ἵππος.  
 πανέταιρος

Ἐπωος ἐρεύγαται ἀνθρα, ἀνὴρ δὲ δοτοπέρδεται ἐπωοι.  
Ἐπωος ἔλισ ἀκάρπωας, ἀνὴρ δὲ ἀτέλεσος ἔπειτο,  
ὅτι γὰρ φύσις παῖς ενοσεῖ τοῦτον ἐπεκέντησεν ἐπωοι.  
ad verbum sic effertur:

*Ex viro descendit equus, ascendit autem de equo vir.*  
*Vir sine pedibus, sine capite autem equus.*  
*Equus ructat virum, vir autem pedit equum.*  
*Equus non habebat principium, vir autem carebat fine:*  
*Sed hunc natura ludens acri equo miserit.*

Hoc autem informi monstrō, quod nec omnino formam humanam, nec omnino serpentis habeat figuram, natura quidem duplice, quodque necdum certam appellationem sortiri possit, iij representatur, qui anima rationis compote à Deo informati, terrena tantum sapiunt, & neglecta cōditione sui meliore humi repunt, in naturamque belluinam degenerant. Monstrū enim, ut hīc exprimitur, in hominem non definit, nec est feræ principium, non enim finem iij spectant propter quem homini sit addita ratio, qua miserè abutuntur. Tales fuerunt rigidi illi philosophiæ satellites, qui cùm pergetuō dogmatum philologiæ veteris, & sibi parùm constantis adhæserint, nihil aliud spirarunt quam quæ terræ sunt, tametsi vnum illis videretur esse studium cælestia diuinaque contemplandi: quos ideo exagitat Augustin. in ciuit. & Lactant. Opinor autē hīc Alciatū exempli causa Cecropem apposuisse, nec quidem ab re: Ille enim primus idolorum cultu totam Græciam imbuit, primus Iouem inuocauit, simulachrorum usum introduxit, aras construxit, & sacra diis fecit, (teste Eusebio, Herodoto, & post eos Polyd. Virgil. lib. i.) quæ omnia ante sua tempora omnino fuerant ignota. Quod verò matrimonia primus inter marem & fœminam induxit, diphyes, id est, biforis est, nominatus. Hincque colligere licet mundi sapientiam, quam technis & præstigiis satanicis in-

uexere priores illi principes , meram fuisse stultitiam ,  
 cum perspicuum sit eam longe descipiisse ab institu-  
 tis illis vetustiorum patrum , qui leges diuinas a Noco ,  
 aut eius meliori posteritate hauserant . Hos itaque  
 vasros & religionis expertes , quibus tam curae ter-  
 rena sunt , & quorum Deus venter est , ex hominum  
 albo reuicimus . Neque enim hominis appellatione  
 possunt esse digni , quamquam planum sit eos ratio-  
 nis , scientiae , & humanitatis haud expertes fuisse ,  
 nam ea re caruerunt quae sola differentes homines  
 facit a reliquis animantibus , id est religione , in qua  
 certe nos hominis summum bonum constituimus .  
 Tametsi enim homo sit vera & expressa Dei ima-  
 go , si tamen sic se abiiciat atque prosternet , ut Deum  
 creatorem ignoret , inter bellugas merito reponendus  
 est . Id porro totum reuera potest conuerti in profli-  
 gatos , & perditos huius seculi appetit & voluptua-  
 rios Epicuri affecas , qui neglecta futuri boni spe  
 suas omnes cogitationes abiecerunt in id modum quod  
 adest quodque praesens est . Lactant . lege lib . 3 . ca . 10 .

*Quid dicam? quoniam , &c.)* Quae noua sunt , stupen-  
 da aut admirationis aliiquid praese ferunt , vt quae a  
 communi rerum natura sunt aliena , describi ferent  
 solent quibusdam verborum subobscuris ambagi-  
 bus & rerum inuolucris , vt hic sit ab Alciato in  
 monstri huius *ἐπιγραφή* . Totum autem *σενάστηχον*  
 vt periculosae plenum aetate doctis visum , mihi qui-  
 dem non potuit non videri perobscurum . *Quod si*  
 rem acu , quod aiunt , non tetigerim , tentauit tamen  
 quid hac in parte vires alioqui imbecilles possent , &  
 aliis tradidi lampada , vt maiore tandem industria  
 diligentiam aliquam nostram obscurent .

*Biforme quod non est homo , &c.)* Secundi hi quique  
 versiculi senarij sunt trimetri Iambici . Obiter adno-  
 tarim hic confundere virum & hominem , draconem  
 cum angue siue serpente , &c. quae anigmatum

lex est. Adhæc obscuris verbis de industria videtur vsus, utrem abstrusam, & quasi reconditam insculpere potius quam delineare videatur.

*Anguem pedit homo, &c.)* Hic Græcorū more non absunt vocalem quæ in cæsura hac remanet integræ, idque ferè sit rei difficultatis aut grauitatis ergo. Cæterum nouē videtur vsus his verbis (pedit) & (eructauit) quæ vim magnā habent ad demonstrandam monstri huius obsecnitatem. Rem enim turpem turpia verba decent.

*Nec finu hominu est, &c.)* Non desinit in hominem, quod finem nō spectet, propter quem creatus homo sit: nec habet feræ principium, quod primò anima rationis compote donatum à Deo sit, vt omnibus aliis animantibus excelleret.

*Sic olim Cecrops, &c.)* Cecrops regionis Atticæ rex *Plin. 7.* primus, qui Athenarum arcem extruxit, hinc *Ce- cap. 56.* cropydæ Atheniæs. Pausanias ait cum διφυν hoc est naturæ duplicitis, superiori parte viri, inferiori feræ, quod coniugia primum instituerit in Attica regione, quod & Cælius annotauit lib. 18. cap. 25. Malim tamen referre ad id quod superius attigi, de superstitione nimis, & idolomania, quam primus illic dicitur introduxisse. Lege D. August. de ciuit. cap. 8. lib. 18. Sabellic. Ennead. 1. lib. 3. Iustin. lib. 2.

*doctu Athenu*) doctis, ματροσει epitheti. doctas *Hesiod. in* posuit propter Academiæ celebratissimâ toto orbe. *Theogon.*

*Sic & gigantes, &c)* Gigantes terrigenæ dicuntur à *Catius 1.* Poëtis, id est, terræ filij, ut vi nominis intelligitur γῆ, 3. *cap. 8.* terra, γίγαντες, fio, nascor. fuerunt autem staturæ ad- & 1. ; 10. mirabilis, quorum pedes in serpenti volumina de- *cap. 33.* sinebant, &c in Deorum perniciem procreati: cum *Ouid.* quibus pugnare ausi, fulmine concussi sunt. pugnam *Fest. 5.* & hanc attigit Pindar. in Nemeis. Huius figmenti ra- 1. *Metam-* tionem referunt ad homines quosdam impios, qui *morp.* Deos neglexerent, aut etiam negarent: quorum pedes *Ode 1.*

in draconum volumina desuisse aiunt, quod ni-  
**Saturnal.** hil superum, nihil rectum cogitarent, totius eorum  
 z. ca. 20. vitæ gressu ad inferna mergente. Macrob. & Crinit.  
 de honest. Quod epimythion hexasticho complexus est Bar-  
 dusc. 2. tholom. Anulus in picta poësi:

**cap. 11.** *Tale gigantaum legitur genus, ut nihil altum* Gigantia  
*Cogitat, at spernat, vel negat esse Deum.*

*Vix qui aberna* *Et tantum quantum sensu exteriorē mouetur:* rc. yn'  
*ret a terra* *Commodat ad præsens se, vel ad id quod adest. In*  
*doct'rmis,* *Hoc genus anguipedum mythici finxere Poeta, Palleneis et*  
*cata gigan* *Quorum affectus humi (segnu ad alta) reput. Intri,*  
*In cōmora* *Hieroglyph. & Proverb. apud Hadrian. Iunium, Gi-*  
*Gitan.* *gantizare quod est 94. Centu. 2.*

**proposit. 21.** *Hac vafrum species, &c.) è misericordia.*  
*vafrum) vafrum, callidum, & quasi valde Afrum.*

**libr. 1.** *Nonius. Cicero de Repub. 3. Non sunt in disputan-*  
*do vafri, non veteratores, non malitiosi.*

**proposit. 1.** *(religione carentem) in qua tamē sumnum homi-*  
*nis bonum esse liquidō constat, cætera enim quæ*  
*putantur esse homini propria, in cæteris quoq; ani-*  
*malibus deprehenduntur. Religio autem sola diffe-*  
*rentes homines à belluis facit: quā qui non suscipit,*  
*hic alienus à natura hominis, vitā pecudū sub hu-*  
*mana specie viuit. Laetant. lib. 3. ca. 10. & de ira Dei*  
*cap. 7. & 8. Porrò aduertendū humanā sapientiam*  
*(quæ apud Deum stultitia est) hic potissimum no-*  
*tari, quippe quæ religione caruerit. Vult autem La-*  
*etantius vnam cum altera, id est, religionem cum sa-*  
*pientia inseparabili nexu colligari, in quibus ait ho-*  
*minis officium, & veritatem omnem inclusam esse.*  
*Religio enim quæ sine sapientia sit, non religio sed*  
*supersticio putanda est: sapientia vero sine religio-*  
*ne, mera est stultitia, de qua est illud Prophetæ:*  
*Esa. 29. Perdam sapientiam sapientum, & prudentiam pru-*  
*dentum reprobabo. Lege D. Paulum, 1. Corinth. 1.*  
*& 3.*

## Ficta religio.



Regali residens meretrix pulcherrima sella,  
Purpureo insignem gestat honore peplum.  
Omnibus & latices pleno è cratere propinat:  
At circum cubitans ebria turba iacet.  
Sic Babylon'a notant: quæ gentes illice forma,  
Et ficta stolidas religione capit.

Id ex D. Ioannis ~~αποργάνωσες~~ 17. sumptum esse  
clarum est: quod quidem de ementita religionis ob-  
seruatione, & veræ pietati opposita intelligitur. Ea  
est collectio reprobatorū, quæ meretrix dicitur, quòd  
creatore Deo neglecto, & vero sponso I e s v serua-  
tore insidet, & adhæret bestiæ impuro & illicito  
cultu: Aureum poculum habet, id est hypocrisim,  
qua dissimulatis vitiis & auro sapientiæ fucatæ, pie-  
tatis veræ prætextu, quamplurimis imponit, qui hinc  
ebrietate plus quam fanatica correpti misere in præ-  
cipitum prolabuntur. D. Augustinus lib. 20. de ci-  
uitate

mitate Dei: idem planè interpretatur, cuius verba huc traducam: Quę sit ista bestia (inquit) quamuis sit diligenter inquireret, non tamen abhorret à fide recta, vt ipsa impia ciuitas intelligatur: & populus infidelium contrarius populo fidei & ciuitati Dei. Imago verò eius simulatio eius mihi videtur: in eis videlicet hominibus, qui velut fidem profitentur, & infideliter vivunt. Fingunt enim se esse, quod non sunt, vocanturque non veraci effigie, sed fallaci imagine Christiani. Hactenus ille. Calix autem aureus adagij vice usurpatur à D. Hieronymo: Multa de perfectione dicuntur (ait) vt qui volumen philosophi nesciunt, sub martyris nomine bibant de aureo calice Babylonis. Origen. de vana eloquētia totum hoc intelligi voluit: eos enim qui apud gentiles, inquit, facundia maxima pollabant, pessimorum dogmatum sermones mortiferos, id est, venenum in calicem aureū effusisse manifestū est. Repete quę ea de re commētatur Baptista Pius annotation. posterior. cap. 100. & Cælius lib. 8. cap. 11.

*Regali residens, &c.)* Adiuncta sunt maiestatis & amplitudinis. Turpitudo & impuritas regio in solio locum habet, qui soli virtuti debebatur. Nulla porro vitia præsentiorē inuehūnt perniciem quam quæ splendoris & honesti ueste teguntur. Sedere enim in Hieroglyph. maiestatem & augustum honorem exprimit, vt est à Pierio relatum lib. 43. Vests purpurea pudoris & verecundiæ notam, idem libr. 40. Hieroglyp.

*peplum)* sacrum & solemne vestimentum. De peplo plura Alexander ab Alexandro genial. dier. lib. 1. cap. 22. & Cælius lib. 14. cap. 18. Proverbium hinc fluxit, Peplo dignus, ab Aristoph. deductum de strenuo & insigni quodam viro.

*latces;*) Latex, quod intra aliquid lateat, dictus humor

mor quiuis. hic vinum sacrum, ut apud Virgil. in 4.  
Latices nigrestere sacros.


*illice forma) illiciente & seducente. Illicete est illaqueare. Nonius. vel illice ab illex, id est, sine lege, Plaut. lectus illex est, esca meretrix.*

*capit) decipit & attrahit. Virgil. i. Georg.*

*neque insidio noctis capere serenæ.*

Non tibi sed religioni.

7.



Isidis effigiem tardus gestabat asellus,  
Pando verenda dorso habens mysteria.  
Obuius ergo Deam quisquis reverenter adorat,  
Piasq; genibus concipit flexis preces.  
Ast asinus tantum prestari credit honorem  
Sibi, & intumescit, admodum superbiens.  
Donec eum flagris compescens, dixit agaso:  
Non es Deus tu, aselle, sed Deum vehis.

Sacerdotes, Episcopi, & qui rebus sacratis præsunt;  
in honore sunt habendi, ob id maximè, quod sacra  
tractent, eaque nobis administrent, licet interdum

aut

aut vitiis plusquam vulgaribus implicati, aut ignati & stupidi habeantur. Meminerint tamen se homines esse, nec sibi arrogant impensiūs, quod tantum ministerium gerant, & rerum diuinarum curam, quasi humeris impositam circunferant, ne ut asinus audiuit, Non es Deus, sed Deum fers, illi audiant. Non vobis hæc, sed Deo soli gloria debetur. Itidem dici potest de prefectis imperatorū, & regum, cum popularem applausum excipiūt audacius quam patet in prouinciis vicem regiam gerentes. At tam modestè tamque circunspectè sese gerere debent, ut priuati honoris nomine nihil ipsius principis laudi vel minimum detrahant, & se interea norint quales sint. Est enim operæ pretium τὸς ἐν ἀξιόμετροι πυλώνεσσιν, ὃν ἀπρωποι εἰσίν. Potrò sumptum est Emblema ex Gabriæ apologiæ: Sic enim ille:

Ἄριοις ὄντος περῆγεν ἀργυρεῖς εὐθέτες,  
Ὥπερ πυλῶντες πάσας τὰς αὐτὰς ἐπεροσκύνει,  
τύφῳ δὲ ἐπαρθεῖσι, μὴ θάλαταν μέμειν ὄντος,  
ἴκκουσιν, καὶ θεὸς σὺ, καὶ θεὸν δὲ ἄγεις.

Qui versiculi quoniam commodè (sed πειθαράντες) redditi sunt à Gabriele Faerno Cremonensi, eius versionem lucu ascribere non piguerit:

Simulachrum asellus baiulans argenteum,  
Cum id transentes flexo adorarent genu,  
Sui hoc honoris gratia est fieri ratus:  
Iamque insolenti elatus arrogantis  
Nolebat ambulare, donec aspero  
Probè dolatus fuisse clunes, audijt:  
Ostulste, non es tu Deus, sed fers Deus.

~~Ex diuinis pinguis~~ SE NORIT HOMINEM QVI MAGI-  
43. 7. 60. STRATVM GERIT.

Galle, p. 20 — Potrò non erit à re alienum, si adiecerō, asinum à veteribus Ægyptiis sapientiæ, fortitudinis, laboris indefessi & frugalitatis esse symbolum. Qui enim sapiet sit operam daturus, cum oportet vietu esse tenui,

AayP. fol. III. - 20 offsc. que p[ro]p[ri]o[rum]. 30  
 tenui, omnia quæ in vitam humanam cadere possunt, æquo ferre animo, neque ad villam excandescientiam, aut contumeliam sese conuertere: animo esse paruum, simplicem & inopem, ut asinus est qui nullum inter carduos & lactucā discrimen habeat: nullum denique sit onus quod detrectet: & ubi opus fuerit, pro bove terram proscindat, sitque totius humanæ commoditatis assiduus minister, ut etiam, quod adagio dicitur, portare mysteria compellatur.  
*Lege Pierium Hieroglyp.lib. 12.*

*Isidū effigiem, &c.)* Iphis, vxor Osiridis, Ægyptia dea, inuenit hordei segetem, vnde & Ceres appellatur. *Celina 5.*  
 Eadem autem quæ Io de qua Ouid. 1. Metam. Dio- <sup>cap. 12.</sup>  
 dor. libr. 1. cap. 2. Cuius & meminit D. Augustin. *Gyrald.*  
 lib. 8. cap. vlt. alijsque locis. Laetant. 1. cap. 11. & 15. *Syntag. 12.*  
 Politian. cap. 83. Misc. quidque ea significetur, enarrat Macrob. cap. 20. primi Saturn.

*pando dorso.)* reflexo, curuo propter impositum onus. Ouid. 4. Metam.

*Sustinet, & pando non fortiter haret asello.* Idem 1.

Fastror.

*Venerat & senior pando Silenus asello.* & 3.

*Ut' que piger pands tergo residuebat aselli.*

*habens mysteria.)* Alludit ad parœmiam: ὅντες τὰ μυστήρια. Sunt autem mysteria, arcana quædā vulgo minimè committēda, & iis tantum cognita, qui eisdem sacris initiantur; δοτὸς τῷ μυεῖν τὸ σώμα, ab ore obsignando. omnibus enim mysteriis silentij fides debetur. Vide Cæl. Rhod. cap. 9. lib. 16.

Quà



*procl. Janij: Deo genoto nullus officie obcep  
Erasmo. In triuio mons est Lapidum: supereminet illi*

*Iz. Baroco Trunca Dei effigies, pectore facta tenus.*

*Dongysa Mercurij est igitur facies. suspende viator  
Danic Serra Deo, rectum qui tibi monstrat iter.*

*„ Omnes in triuio sumus, atque hoc tramite vita*

*„ Fallimur, ostendat ni Deus ipse viam.*

*Vel procl. 100. Ezel. 4. cont. 3. de h. genom. 1. Mun  
Mercurius interpres Deorum, princeps orationis & sermonis, viatorumque numen credebatur, vnde eius statua in biuiis triuissque constituebantur, ad indicanda viarum discrimina. Viatores itaque statuis solebant lapidum aceruos accumulare: sic enim Deū putabant honorati, ea scilicet re quæ in promptu esset & obuia: vel quod ita viam repurgare viderentur: vel quod eo lapidum cumulo Dei effigies prætereūtibus esset notior. Vlpianus annotat in oration. Demosthen. aduersus Leptinem, Hermas, id est Mercurios eiusmodi fuisse quadrangulos superiore parte Mercurij figuram gerentes, inferiū inscriptions*

ptiones viarum ostendentes. Qua de re Gyral-  
dus Syntagmate 9. Cæl. Rhodig. libr. 28. cap. 12. Ex quibus  
Erasm. in Proverb. Mercurio dextro, &, Mercur-  
triale, & Proverb. apud Hadrian. Iunium, Bifrons  
Mercurius.

Hoc autem quasi ænigmatio monemur, ea tamen  
sequenda esse, ad quæ Deus, & natura nos reddit ido-  
neos, cum summa fatuitatis, & dementiae sit ali-  
quid inuita, quod ait, Minerua suscipere & perle-  
qui. Hinc dicebat Cato apud Ciceronem naturam  
optimam ducem esse consequendam, nihilq; aliud  
fuisse olim gigatum more bellare cum Diis, nisi na-  
turæ repugnare. Vnde & D. Paulus adhortatur eam *Cor. 7.*  
ut sortem retineamus, in qua nos esse Deus voluit. *Ephes. 4.*  
Sed quoniam mentis humanæ tanta est cæcumen-  
tia & ignoratio, ut qua via sit eundum, plane igno-  
ret, supplici oratione, & summissio animo recur-  
rendum est ad eum qui est via, veritas, & vita; quem  
qui sequitur, in tenebris non ambulat, coniunctioque  
illud Davidicum repetere: *γέρετος μοι οὐρανός ἐστιν Πσαλ. 143*  
*καὶ οὐ πορεύομαι: Ostende mihi Domine viam, in qua ambulem.* Certe & Socrates apud Platonem in Crito-  
ne, pergendum ea solum esse via, qua Deus nos du-  
cit, assuerat.

Cæterum ne quid minus enarratum nostro de-  
sit epimythio, hic per Mercurium, olim Deorum  
nuncium, vel sacras literas (quæ nobis diuinam  
voluntatem aperiunt) intelligimus: vel Prophetas  
& Doctores aperte diuina oracula nunciantes, ex  
quibus orthodoxam salutis æternæ viam excipere  
est necesse. Serta autem suspensa, honorem & re-  
uerentiam illis exhibendam esse declarant.

*Mercury est igitur tumulus.* ) In aliis quibusdam  
exemplarib. legitur cumulus, sed utraque lectio tole-  
rabilis. Tumulus quasi tumens tellus pro sepulchro  
frequentius usurpati solet.

*viator)*

*viator*) quicunque sis hac in terra peregrinus, ut omnes reuerā sunt, Plato vitam nostram modō viā, modō peregrinationi similem facit.

*Omnes in triuio sumus, &c.) Iuxta Ouidianum illud:*

*Ut stat, & incertus, qua sit sibi, nescit, eundum,*

*Cūm videt ex omni parte viator iter:*

Sic hac in vita tot tantæque se se offerunt difficultates, adde quod tam crassa, tamque supina insita sit ignorantia, ut quid potissimum sequi debeat, qui uis ignoret, nisi adiutus ope cælesti. Dicebat enim ipse salutis instaurator: *Sine me nihil quicquam efficere potestu.* Nec verò sumus idonei ad aliquid vel cogitandum tanquam ex nobis, sed si ad aliquid idonei videamur, id certe ex Deo est, ait D. Paulus.

*2. Cor. 3.*

*tramite vita) curriculo vitæ & decursu.* Toto distico eandem continuat ἀληγορίας à viatoribus. Trames, transuersa & obliqua semita.

### Fidei symbolum.

9.



Stet depictus HONOS tyro velatus amictu,

Eiusq; iungat nuda dextram Veritas.

Sitq; AMOR in medio castus, cui tempora circum

deplor, præfiger' noluit,

Rosa  
Vol. May. 4. 2013.

Rosa it, Diones pulchrior upidine .

Constituunt hæc signa fidem, reverentia honoris *fides, fidelitas*

Quam souet, alit Amor, parturitq; Veritas. *Veritas dicitur*

Ortum, alimoniam, & conseruationem fidei bre-  
uiter, & *reverentia* depingit: ea Veritatem habet  
matrem, eam quidem nudam quæ Honori dextram  
porrigat: quarū in medio sit conciliator ille *arrestus*,  
id est, pudicus Amor, in cuius capite rosea corolla  
promineat. Fides autem definitur, dictorum cōuen-  
torumque constantia & veritas, quæ ideo parentem  
habere veritatem dicitur, & eam nudam simplicem-  
quæ, quod in pactis, conuentionibusque nihil fuca-  
tum esse debet, aut à vero alienum: cui adhæret por-  
recta dextra, tāquam arrhabo firma & stabilis. hinc  
honos purpurea indutus veste, quod veritas facilli-  
mè possit imminui & labefactari, nisi adsit hono-  
ris & reverentiæ quedam ratio, qua eadem fulciri  
congrue possit. hoc etiā virtutis præmium, & ho-  
nestatus omnis tanquam pater nutritius. At locum  
medium occupat honestus Amor, qui veritatem &  
honorem nexus firmo colligat & deuincit. Nisi enim  
tanquam condimento aliquo amicitia & benevo-  
lentia mutuæ temperentur hæc inter se alioqui di-  
uersa, vinculum nullo penè negotio dissolui poterit.  
Id etiam totum referre par est ad antiquam illam  
veterum Sabinorum præfigurationem factos sanctæ  
*Trifidæ*, apud quos, diu ante C H R I S T I seruato-  
ris aduentum, erat simulachrum quoddam triplici  
facie, cuius etiam nomen triplex, nempe, *Sanctus, Fi-  
lius, & Semipater*, haud dubie præcipuum fidei no-  
stra mysterium repreſentans. Quod ab Ouidio de-  
scribitur 6. Fastor P. Crinit.lib.6.cap.21. & pluribus  
explicatur ab Ioan. Annio Commen. in Sempronii  
de Italie diuisione. Sancte Dionys. Halicarn. ait louē, Lib.4.  
Pistum esse dictum, quem Romani sanctum ap-

pellabant, qui & Sagus, Fistius, Sancus & fidei sponsor aliis nominibus efferebatur. Conicere est Pistium eundem fuisse cum Fidio. Nam ut nūc Grēc fides, ita nūc εγγύη, τείχος, fidius interpretari commode potest. Etiamnum hodie in Romanis antiquitatibus Fidiū simulachrum ita effectum cōspicitur. Marmor est in fenestrā modum formatum, in quo tres imagines effectæ sunt. Dextra quidem virilis habitu pacifico, sinistra vero ut muliebris eodem habitu coronam in capite lauream gestans, quæ dextram dextræ iungat cum priore imagine: in hatum duatum medio ingenui pueruli effigies cernit, cuius supra caput hoc legitur, F I D I I S I M V L A C H R V M: apud imaginem dextram vitilem H O N O R: in sinistra imagine muliebri, V E R I T A S. Gregor. Gyrald. Syntag. 1. & 2. & 10. Historiæ Deorum.

*Stet depictus Honos, &c.)* Honorem pro Deo coluerunt veteres, ut etiam Fidem & Virtutem, & Quid. Fast. 5. ex Honoris, & Reuerentię coniugio ortā esse Maiestatem voluit. Vid. Plin. 35. cap. 10. August. de ciuit. 4. cap. 21. & 24.

*Tyro amictu.)* purpurea veste. ex Tyro urbe Phoenicis conchilia, & murices aduehuntur, quoru sanguine fit purpura. Cælius lib. 18. cap. 34.

*iungat nuda dextram V E R I T A S)* fingebaratur Gyrald. ελένη, ut scribit in Amphiarae Philostratus, virgo Syntag. 1. niueis induita vestibus. Hippocrates in quadam ad Philopæmenem Epistola eam depingit mulierem pulchram, magnam, simpliciter ornatam, illustrem ac splēdidam, cuius oculorum orbes pro lumine nitabant, ut astrorum & stellarum fulgorem viderentur imitari. Nuda hic dicitur, quod qui eam colunt, aperti sunt ac simplices, nullo modo fraudulēti, aut infidiosi, aut quod veritatis oratio simplex esse debat, aut quod in luce & oculis omnium agnoscit. Hinc Horat. 1. Carm.

Fierius

lib. 44.

Hierogl.

6. Iu.

&amp; Iustitia soror

Incorrumpit Fides, nudaque Veritas.


Cæterum fidei symbolum in dextris iunctis conspiciebat ut, idque Numæ Pompilij instituto. Moris etiam fuit, ut fidei facienda & comparanda gratia dextras coniungeret. Alexand. ab Alexandro. 2. ca. 19. Cælius 9. cap. 22. & lib. 4. c. 3. & lib. 22. cap. 14. Gyrald. 1. Syntagma.

*Dives pulchrior Cupidine.* De duplice Cupidine & Venere duplice maturius postea. Dione Veneris mater ex Ioue, vnde Venus Dionæa. Virgil. 3. Æneid. Sacra Dionæa matti, diuisque ferebam.

Fœdera. *tyra similis vita humana.*

Ad Maximilian. Mediolan. Ducem.

10.



Hanc citharam à lembi que forma balieutica fertur,

Vendicat & propriam Musa Latina sibi,

Accipe dux: placeat nostrum hoc tibi tempore munus,

Quæ noua cum sociis fœdera inire paras.

Difficile est, nisi docto homini, tot rendere chordas:

Vnaq; si fuerit non bene tenta fides,

E 2.

Ruptane

*Suggerimus, supra aliud Ciceronem fol. 41. b.*

~~68~~

ANDREAE ALCIATTI

Ruptaue (quod facile est) perit omnis gratia concorde,  
Illegit, præcellens cantus, ineptus erit.

Sic Itali coeunt proceres in fædera: concors,

Nil est quod timeas, si tibi constet amor.

At si aliquis desiscat (vti plerumque videmus)

In nihilum illa omnis soluitur harmonia.

Principi suo indicat quanta vis cōcordie sit, sumpta comparatione à lyrae temperato, aut confuso concentu: ea enim cōstans ex summis, mediis, & infimis chordis concinnam reddit harmoniam, si tamen à viro artis perito moderetur: eodem quoque pasto Respublica omnis & principatus ex diversæ sortis hominibus constans concordi pace ligatur, si modò principem habuerit idoneum, qui & consilio & experientia valeat, quique amorem charitatemque mutuam inter ciues fouere notit.

Ea ratione multis annis floruit notissima illa Romanorum Respublica cōposita ex summis in *Consulētā*, (quæ Consulum erat,) in *Æcūnōxīa* vel *Imperīa* (quæ Senatorum & magnatū;) in *Supernoxīa* (quæ populi:) cuius quidem concentus, & quies tandem remansit incoluis, quandiu principes habuit pacis & tranquillitatis studiosos, iidemq; auctoritate pollentes. Cicero de repub. disputās, inducit Scipionem eum, qui Carthaginem deleuit, de Republ. verba facientem, quando iam iamque peritura præsentiebatur. Cūm autem Scipio in 2. lib. fine dixisset, vt in fidibus ac tibiis atque cantu ipso ac vocibus, concentus est quidam tenendus ex distinctis sonis, quem immutatum ac discrepantem aures eruditæ ferre non possunt, isque concentus ex dissimillimatū vocum moderatione concors tamen efficitur & congruens: sic ex summis & mediis, & infimis interiectis ordinibus, vt sonis, moderata ratione ciuitatem consensu dissimillimorum concinere: & quæ harmonia

mónia à musicis dicitur in cantu, eam esse in ciuitate concordiam arctissimum atque optimum omni in Repub. vinculum in columitatis. Hæc ex Ciceron. lib. de Republ. retulit D. Augustin. libr. 2. cap. 21. de ciuit. Dei. Adhæc aduertendum Romanos veteres per lyrae hieroglyphicum cōcordiam designasle, sed & sedatum animum, amorem, & maximē inæqualium concordiam: hincque in Mercurij manibus lyra statuebatur. Pierius lib. Hieroglyph. 47.

Hanc citharam, &c.) Hic lyram pro testudine quæ vulgo est Lutina, accipit: cuius inuentionem Mercurio referunt. Polydor. lib. 1. cap. 15.

à lembi quæ forma halieutica ) quæ formam habet lembi, nauiculae breuis & celerrimæ. Lazar. Baifius lib. de re nauali. Halieutica auté per similitudinem scaphæ pescatoriæ. Hinc Halieuticon opus, in quo de piscibus tractatur, ut Ouid. halieutica. de quibus Plin. lib. 32. cap. 2. à lembis enim pisces est Græce.

Vendicat & propriam, &c.) Vendicet sibi propriam quantumuis, inuentionem tamen Græcis debet.

Quo nona cum sōciis, &c.) Historias eiusmodi tibi compares ex P. Iouio, Guicciardino, & aliis permultis, si vacat.

gratia) conceritus, decorum.

concha) lyrae, testudinis.

Nil est quod timeas, si ubi constet amor.) Dicit admodum efficax, planeque iis necessaria qui suum imperium volunt esse stabile & permanens. Sic Iocrat. ad Nicoclem: φυλακὴ ἀστραπήστελνη σάργας εἴρη τινα τη τῆσθεν ἀφενν, καὶ τινα τῆσθ πολιτεῖσθεν, καὶ τὰν σαντα φέννων. οὐδὲ γά τιτων καὶ πρᾶσι, καὶ δρασάζει τὰς τυγχανίδας μάλισται της ὁμοιότητος. Et Claudian.

Non sic excubia, non circumstantia pilæ,  
Ut tutatur amor.

Præclare itaque Agesilaus cum rogaretur cur Sparta

non cingeretur mœnibus, ciues armatos, & inter se  
consentientes satis esse ad urbis præsidium respon-  
dit. dicebat etiam ciuitatem non saxis, aut vallis, sed  
incolarum virtute muniri, quos nimis si iungat  
concordia, nullus potest inexpugnabilis esse mutus.

*2. Philip.*

Ad id respexit Cicero cum ait: Nonne igitur milles  
perire est melius, quam in sua ciuitate sine armoru  
præsidio non posse viuere? Sed nullum est istuc, mihi  
crede, præsidium charitate, & benevolentia septum  
oportet esse non armis.

*desciscat*) discordet aut factiosus sit.

*soluitur*) dissoluitur, *et mortuus* & *metus pax*.


*harmonia*) fidum concordia & concentus, ab *ip-*  
*mox*, coaptare. Fabius cap. 10. lib. 1. Institut. Ora-  
tor. & Macrob. 1. Saturn. cap. 6.

*Vid. Iste vero. qd. Baldinus. M. 10. 1. 10. 1. 10. 1.*  
*& Iustini Novell. 8.*

## Silentium.

IL.

*Item Xemagie 11. 8.*



Cum tacet, haud quicquam differt sapientibus amens:  
Stultitia est index linguaq; voxq; sua.  
Ergo premat labia, ditoq; silentia signet,  
Et se se Pharium vertat in Harpocratem.

Expres-

Expressum illud videtur ex eo τὸ παλλαδῖον libet.  
Epigrammatis. Græcor.

πάς ἀτασθύνε φεγγιμότατος ἐστὶ σιωπῶν,  
τίχος γράγγεικοντων οἱ πάνοις ἀστροτατον. id est,

Dum raset indoctus, sum est prudenterimus, atque

Turpe velut vitium pectora verba tegit.

Cui simile est Salomonis illud: Qui moderatur sermones suos, doctus & prudens est; Stultus quoque si tacuerit, sapiens habebitur; & si labia comprescerit, cordatus. Silentium grauitatis & prudenterius specimen *Gellius* habet. hinc enim Homerus quos ut egregios viros lib. 1. ca. 150 proponit, eosdem & effingit taciturnitatis exemplos. Nestori quidem orationem tribuit melle dulcissimam ex ore: Menelao argutam breuiloquiam, ac dictio nem nunquam à re discedentem: πανέγειρις ἡ τηλίκη μάνα λυγέως. Ulyssis grandem & vehementem, sed hunc diu cogitatundum facit antequā dicere incipiat: Thersites vero loquacem, inconditum, rabiosum, obstrepentem ac garulum proponit, quē non loqui, sed tumultuari ait. μῆνος ἡ μέρουσις ἐνολέως. Non ab re igitur Græco adagio celebratur, οὐδὲ τοῦτο ἵστι ἀκίνδυνος γέγονος. Interrogatus Dematatus cum in confessu quodam sileret, an id faceret stultitia, vel sermonis inopia? At qui (inquit) stultus taceat, non posset. Dictum est & in quendam: Philosophus hic videri poterat si siluisset. De silentij utilitate Gellius lib. 11. cap. 10. Plin. 3. cap. 5. & 28. cap. 6. Proverb. Erasmi. Tutum silentij præmium.

*amen!*) qui mente est minuta, vel qui à mente descendit, Varro. hic pro stulto.

Stultitia est index, &c.) Stultitiae argumentum manifestissimum est lingua effrenata. interpres est enim mentis & consilij.

Ergo premat labia.) Alludit ad illud Iuuenal. Satyr. 10.

*digitæ compescere labellum.*

*digitæ*

*digitæ compescere labellum.*  
*digitæ compescere labellum.*  
*digitæ compescere labellum.*  
*digitæ compescere labellum.*  
*digitæ compescere labellum.*

*digito'que silentia signet.* Alludit ad illud Ouid. ex  
Metamorph. 9.

*Quique premit vocem, digito'que silentia suadet.*

Respexit autem ad id quod de simulachro Seraphidis auctores referunt, cui præpositus erat silentij Deus Harpocrates digito labia comprimes, aut Angerona ore sera obsignato. D. Augustin. de ciuit. 18. cap. 5. Gyrald. Syntag. 1.

*Pharium vertat in Harpocratem.*) Apud Catullum reperitur formula hæc loquèdi prouerbialis: patruū reddidit Harpocratem: pro eo quod est imponere silentium. Idemque dixit, & factū me esse puta Harpocratem, id est, omnino taciturnum & silentem. Politian. Miscellan. cap. 83. Cæl. lib. 22. cap. 2. Erasm. in Prouerb. Reddidit Harpocratem.

Non vulganda consilia.

12.



Cassiod. Vari. 5. cap. 15.

Olim  
Iovis  
B. II. do  
nus quatuor  
maris genitum

Limine quod cæco, obscura & caligine monstrum,  
Gnosiæcis clausit Dædalus in latebris,  
Depictum Romana phalanx in prælia gestat,  
Semiuiroq; nitent signa superba boue.

Nosq;

Nosq; monent, debere Ducum secreta la;tre *Vide verbally, cap.*  
*Consilia. auctori cognita techna nocet. Val. Max. 2.c.2.*  
*excuso 1.*

Minotauri effigiem inter signa militaria ideo fuisse scribit Festus, quod non minus occulta esse debeat consilia ducum & principum, quam fuerit olim domicilium Minotauri labyrinthus: idque vel maxime in bellicis expeditionibus obseruari debet. Ut enim momenti plurimum ad victoriam habet taciturnitas: ita s; per numero ingentes adfert calamitates linguae intemperatia. Dion auctor est, Tiberium Cesarem, cum aliquando percontaretur quid cause esset cur sua consilia minimè communicaret illis quibus tuto fidere poterat, respondisse, aut nulli aut paucis cognitum esse oportere principis consilium. Id quod nouerat exacte & Metellus Macedonicus, qui sciscitanti cuidam ex amicis, qua ratione tam subito consilio vteretur: Si ipsam, ait, vestem scirem consiliorum meorum esse conscientiam, eam confessim abiicerem. Etenim σύνεσθε οὐ γρίπη χειροῦ: Consultor res est sacra; proinde non cuiusvis communicanda. Vide Vegetum de re militari cap. 6. libr. 3. Frontin. Strategem. lib. 1. cap. 1. & Blond. triumph. Romæ lib. 6.

*Lumen quod cecos, &c.) Descriptio periphrastica labyrinthi, in quo reclusus fuit Minotaurus, de quo Plin. 36. cap. 13. Monstrum hoc ex Pasiphaë & taurō procreatum Poëtæ tradunt, idque arte Dædalea, quod superiore parte hominem, inferiore taurum referebat. Ouid. 2. de arte:*

*Dædalus occulit conceptum semine matris  
 Semihominem que virum semiuersum que houem.*

Historiam referit Hygin. Palæphat. lib. 1. fabulos. *Fab. 40.*  
 narration. Virgil. in 6. Ouid. 8. Metam.

*Dædalus) Dædalus ingeniosissimus faber, cuius  
 inuenta plurima narrat Plin. lib. 7. cap. 56.*

*In latebris Gnosiaci. In tenebris labyrinthi Cretensis.*

Gnosos yrbs Cretæ clarissima fuit Minois regia.  
Hinc Gnosiacus, & Gnosius adiectiu.

*Roman a phalanx) exercitus Romanus. Phalanx vocabulum Macedonicum pro cuneo & acie militari, connexione atque testudine quadrata militum.*

*signa superba) vexilla magnifica.*

*techna) τέχνη pro fraude, cauillatione: alias artem significat.*

Nec questioni quidem cedendum. 13.



*Cecropia effictam quam cernis in arce leenam,  
Harmodij (an nescis hospes?) amica fuit.*

*Sic animum placuit monstrare viraginis acrem  
More sera, nomen vel quia tale tulit.*

*Quod fidibus contorta, suo non prodidit ullum  
Indicio, elinguem reddidit Iphicrates.*

Patientia & fortitudo plusquam virilis in muliercula extremis etiam cruciatibus adacta fidem illibatam, & ad miraculum constantem arguit. fuit Leena scortum Harmodij & Aristogitonis, qui cum inter

Inter se consilium inissent de tollenda Pisistratidarū  
tyrannide, & tantum Hipparchum occidissent (Hip-  
pam enim fuerant adorati) successu conatus caruit,  
hæc capta fuit & tormentis torta, vt consilia iuue-  
num proderet, sed tormentis non cessit, quin in his  
animam exhalauit. Eam ob rem Athenis, vt honor  
ei haberetur, non tanquam scorto, animal nominis  
eius erectum fuit, & vetitum in opere linguam addi  
ab artifice, vt honoris causa intelligeretur. Exemplū  
hoc constantissimæ mulieris adfert Tertullian. & in  
Apologetico, & ad martyres quo nostri fierent ani-  
mosiores, & constantiores fidei nomine, quando-  
quidem leui adeò de causa repertæ sint vel mulie-  
res, quæ tam forti animo pro amicorum salute non  
modò cruciatus intolerabiles patui fecerint, sed &  
spontaneæ morti sese dediderint. Hęc enim ipsa, car-  
nifice iam defesso, postremò linguā suam comedam  
in faciem tyranni seuientis expuit, vt expueret &  
vocem, ne coniuratos proderet, si etiam victa voluif-  
set, ait idem Tertull. Historiam plurimi retulerunt,  
vt Plin.lib.34.cap.8. Gellius 9.cap.2. & 17. cap.21.  
Cælius 27.cap.26. & Pierius Hieroglyp.1.

*Cecropia in aree.)* id est Atheniensi, à Cecrope sic  
dicta, vti sup. memorauimus ex Plinio.

*viraginu*) virago *viraginæ*, vel *virago*. Symma-  
chus: *αὐτὴν γυναικότην αἰδοῖς, ὅτι τὸν αἰδοῖς εἴσαθεν  
ἀν,* hoc est, vocabitur hæc virago, quia ex viro *de Viragino*  
sumpta est. Cælius Rhodigin. 2.lib.cap.20. Ouid. *Petrus ad*  
*Metamorph.1.*

--- *bello matuenda virago*, de Pallade loquens quæ  
virili sit animo & virtute.

*Dagm. tom. tertio. D. lxxx ad 8. lib. 292.*  
*Consilio 293.*

Consilio & virtute Chimoram superari, id  
est, fortiores & deceptores. 14



*Bellerophon ut fortis eques superare Chimoram,  
Et Lycij potuit sternere monstra soli:  
Sic tu Pegasis vectus petis aethera pennis,  
Consilioq; animi monstra superba domas.*

Nulla est tanta difficultas, aut vis, quæ consilio & magnitudine animi sopiti, & extingui non possit. Quanquam enim nobis interdum sit concertandū cum fortioribus, & fraudum omni genere instruētioribus, pugnæ tamen minimè est cedendum, si modò panoplia firmissima prudentiæ constantiæq; polleamus. Notius enim est quām ut confirmare necesse habeam, nihil tam arduum tamque inaccessum esse, quod dexteritate ingenij attingi non possit, & assequi: nullas denique tantas vites aut molimina impetrere posse, quæ tolerantia & mentis dexteritate nō retundantur. quod hoc epimythio proponit. Bellerophon autem eques præstantissimus, & adolescens formæ dignitate conspicuus, ab Antia

Prati

Præti regis Argiuorum vxore sollicitatus ad amore,  
quū eam recusasset, marito fuit ab eadem delatum:  
iūuenem vim sibi inferre voluisse. Itaque exul fa-  
etus, & ut quoquo modo de medio tolleretur, expedi-  
tionibus aleisque valde periculis expositus, vi-  
ctor euasit, & denique ad Chimoram delendam in-  
citatus, Pegaso equo alato vectus, monstrum virtute  
incredibili confudit. Fabulam pertractat, & ad hi-  
storicam veritatem reuocat lib. i. Palæphatus; ἀλλα-  
γογίας autem Fulgétius lib. 3. Mythologicón. Vide  
Prou. Erasmi. Bellerophontis literas.

*Bellerophon* à Bellero Corinthiorum principe à se  
interempto sic denominatus, quasi malorū occisor:  
τὰ βιβλία enim mala dicuntur, refert Cælius: vel  
quasi Βελλόφοντα sapientem consultorem, ut apud  
Homer. Βελλόφοντα δέσποινα, ut vult Fulgentius. Cæl.  
Rhodig. lib. 13. cap. 9.

*Chimaram*) Chimara, monstrum trifforme, priore  
parte Leonem, Draconem posteriore, media Capram  
referebat, flamas ore euomebat: vnde Virgil. in 6.  
flaminis armata m ait, quo loco Seruius asserit reue-  
ra montem esse in Lycia, cuius tum cacumen arde-  
ret, iuxta quod Leones essent, media vero pascua &  
ima serpentibus plena, quem habitabilem fecisse  
postmodum Bellerophonem. A qua sententia parū  
discedit Palæphatus cùm ait, ante planiciem montis *Palaph.* 20.  
Chimara Leonem fuisse quendam, Draconem au-  
tem retro, ex quibus pastores laderentur. Ad quæ  
loca Bellerophon accedens, montem expugnauit, &  
infecto igni ferre perierunt. Triformis est autē Chi-  
mara (qua notatur amoris petulātia, id est κρεπίδης)  
quia voluptas corporis insultu leonino primū in-  
iuadat, deinde procacitatem & lasciviam inducat,  
postea vero pœnitentiam & venenum. Fulgent. 3.  
Pierius 1. & 14. Hieroglyphi.

*Pegasu pennu.*) Pegalum nāuim fuisse qua yectus  
est

est Bellerophon, tradit Palæphat. Nauigia enim cùm ex alto cernuntur, si fortè remis agi contingat, ob celeritatem & mobilesque utrimque remorum ordines procul spectantibus, alatorum præbent animam speciem. Ad allegoriam verò si referamus, per Pegasum (ex Medusæ cæde prognatum) famam & immortalitatem nominis intelligimus: virtus enim cùm terrorem (que Gorgone figuratur) amputauerit, famam procreat. Fulgent. & Pictius lib. 4.

(peris ethera) Proverbialis formula, pro laudem consequeris immortalem.

*Consilioque animi.*) Plus consilio & animi dexteritate effici quam viribus corporis, exemplis infinitis perspicuum est.

*monstra superba) à manu genit, pro dolosis sycophantis, obtrectoribus & aliis generis eiusdem.*

### Vigilantia & custodia.

15.



*Instantis quod signa canens det gallus eoi,*

*Et renocet famulas ad noua pensa manus:*

*D<sup>r</sup> Gallo quodas h<sup>ab</sup>et g<sup>ra</sup>nd<sup>e</sup>. in Vy<sup>g</sup>aya. Turribus  
Symb. fol. 128.*

*Turribus in sacris effingitur area pelvis  
Ad superos mentem quod renocet vigilem.  
Est leo, sed custos oculis quia dormit apertis,  
Templorum idcirco ponitur ante fores.*

Duo sunt quæ necessariò requiruntur in Episcopo, & eo cui animarum cura demandata sit, nimirum ut iis quibus præsit, assidue intendat & vigilet, ut nihil eorum eis desit quod spectet ad fidei veræ profectum & incrementum: neque quis à recta via desciscat, aut fidei limites transiliat: Nec vero est sat vigilantem cum esse, nisi etiā custodem sese fortissimum gerat, id est, cum cura & vigilantia quæ perpetua sit oportet, est etiam necessitè ut habeat coniunctam cum motibus doctrinam, qua & instituat suos, & alienos forti animo retundat & conculeat. Quod duplice symbolo ostenditur, sumpto argumento ab iis animalibus, quæ & factis in turribus, & pro foribus templorum habentur, gallo videlicet & leone: quorum alter vigilantiam, custodiā alter designat. Sane non citra mysterium veteres gallum editiori sacrorum templorum loco constitui voluerunt, quo pastoris possimum vigilantia representaretur. Vnde est illud D. Gregorij ex Homelia quapiam: *Quisquis populi speculator ponitur (inquit) debet in alto stare per vitam, ut prodesset possit per prouidentiam.* Sunt præterea qui doctores sanctos hieroglyphicè per gallum velint intelligi, propterea quod illi inter præsentis vitæ tenebras venturam lumen, quasi cantando prænuncient. Ut vero gallus interuallis aliquot noctis, modò hos, modò illos excitat, & tempus antelucanum discrimine aliquo partitur: ita pro ratione personarum aliarumq; circumstantiarum doctrinam salutarem animis inferere debet. Quantum vero ad leonem pertinet, Aegyptij vigilantem innuere cum vellent, aut etiā custodem, leoninum

Iconinum caput appingebat: leo enim clausis oculis  
vigilat, dormit apertis: vnde non ab re ad facrorum  
claustra, & fana leones eriguntur tanquam custodes,  
ait Orus, & Pierius lib. 1. Hieroglyph. ex quo cetera  
petas licet, si quid præterea requiras.

*Instantis eoi lucis aduentantis. nascitur aurora Græcis.  
Auson. in Edylis:*

— ter clara instantis eoi

*Signa canit serui depresso Marte satelles.*

*area pelvis) πριφερτης nolæ sine tintinabuli, cu-  
ius inuentionem repece ex 6. Polydori cap. 13.*

*custos oculis quia dormit, &c.) Sic Orus habet libr. 1.  
ἐγενυέσθαι γέφυρας, οὐ καὶ φύλακες, λέωντος γέφυρας πε-  
φαλκας, ἐπιδίνοντας τῷ λέοντι τῷ ἐγενυέντι, μάρμαντα τοῦ  
βεφθωμάς, ποιμάναρχος δὲ αἰεφυότας πότας ἔχει, ὑπέρ τοι  
τὸν φυλακοτεινον σημεῖον. διόπερ καὶ συμβολικός τοις κλε-  
δονίοις οὐτούς λέοντας οὓς φύλακες παρειλήφαστον.*

808,

*frugality, m. 7. vellum  
red. May 2003  
ad  
by 4.6.3. de frugality*

νηρε, ή μέμνονται σειν. αρθρα

16.

Διάφοροι φύσταντα συστηνών.

α. C. v. fol. 172.



*Nec redas, ne (Epicharmus ait) non sobrius esto:*

*Hi nemi humanæ membraq; mentis erunt.*

*Ecce oculata manus credens id quod videt: ecce.*

*Pulegium antiquæ sobrietatis olus;*

*Quo turbam ostendo sedauerit Heraclitus,*

*Mulherit & tumida seditione grauem.*

Duo h̄c p̄cepta cuique honesti studioſo trādantur, nimirum vt sobrietatem amet, & credulitatem leuem & temerariam vitet: quam ad rem duabus (suo more)notis vtitur, nempe pulegio, & oculata manu: illo quidem, vt sobrietas paruo contenta significetur: hac verò, qua rerum certarum fides intelligatur. Cicero 1. Epistolar. ad Atticum, carmen hoc Græcum citat: Priuatis rebus meis, inquit, propter infirmitatem bonorum, iniquitatem malorum, odium in me improborum, adhibeam quandā cau-

tionē & diligentia, atque ita Siculus insurget Epicharmus cantilenā illā suā: *vise i, nāpārō āmēn,*  
*āpōpā tādā r̄s operār: ac nostrā quidem rationis ac*  
*vitae quandam formam, vt opinor, vides. Alteram*  
*autem partem idem usurpauit li. de petitione Con-*  
*sulatus. Quamobrem (ait) Epicharmion illud tene-*  
*to, neruos atque artus esē sapientiae non temere cte-*  
*dere. Hæc Cicero. Relatum est etiam ab Alciato no-*

*Iustinus.*

stro lib. Parergon. 4. cap. 8. *Sobrietas virtutum penē*  
*omnium seminariū est, quam vnam qui habeat,*  
*& cæteras etiam facillimē habuerit. Hac excellere*  
*olim non modō philosophi, sed & imperatores lau-*  
*datissimi, vt Fabricius, Curius, Coruncanus, Iulus*  
*Cæsar, alijque permulti. Credulitas vero aut maturē*  
*admittenda, aut statim repellenda, cùni nemo citius*  
*fallatur, quam qui temere credit: nemoque rectius*  
*iudicat, & certius quam qui rem explorata habet.*

*Vnde illud est Theocriti:*

*μὴ τίσει τάχεα, τοπικέ τρεξίας πίεις ὀψει.*

*Ne eredecrisime, ni prius sinem videas.*

De frugalitate veterum Blond. Rom. triumph. lib. 8.  
 Alexand. ab Alex. cap. 11. lib. 3.

Epicharmus ) Siculus, Philosophus & Poëta, comœ-  
 diae inuentor, Suida teste.

*ne non sōbris estō.) Duo negata vni affirmationi*  
*æquivalent.*

*nerui, membrisque) μεταφορῇ quibus vim nobilissi-  
 mi præcepti illustrat.*

*sculata manus) Adagium, quo rerum certitudo si-  
 gnificatur, usurpatum est à Plauto:*

*Quām à pītōre panem petimū, vīnum ex anopoli,  
 Si as habent, dant mercem: eadem nos disciplina utimur.  
 Semper oculata nostra sunt manus, credunt quod vident.*

Vim Prouerbij videtur expressisse Terentianus ille leno, cùm ait: Nunquā ego adeō astutus fui, quin  
 quicquid possem, mallē in præsentia auferre potius.

*Ex sa-*

~~Et saceræ literæ admonent omni spiritui credendum non esse.~~

Pulegium) siti & vinolentia contrarium, cuius vires permulas habet, Plin lib. 20. cap. 14.

Heracitus) Heraclitus in seditione quadam rogatus a ciuibus, ut concordiam suaderet, suggestum ascendit, calicem frigida impleuit, infusam digito fatinam miscuit vna cum pulegio, id que b. bit, & hinc discessit: nimis in reipsa loquens, plerumque seditiones ex luxu terumque superfluarum vnu oriri: inter eos autem facile constare concordiam, qui modicis ac tantum necessariis essent contenti. Erasm. 8.

Apophth. Cælius lib. 13. cap. 5. ~~pulegium de genitibus.~~

Πῦ παρέβειν; τί δ' ἔρεξε; τί μοι  
δέον, οὐκ ἐτελέσθη;

17. *Arrimans  
de gera falso  
Erythros  
Sal. 404.*

*Vnde et Virg.  
Jones ad  
Somplum  
fol. 12.*



Italicæ Samius sectæ ce'eberrimus auctor

Ipse suum clausit carmine dogma breui:

Quo prætergressus? quid agis? quid omittis agendum?

Hanc rationem urgens reddere quenque sibi.

Quod didicisse grum volitantum ex agmine fertur,  
Arreptum gestant que pedibus lapidem:  
Ne cessent, ne transuersas mala flamina raptent.  
Qua ratione, hominum vita regenda fuit.

Omnis humanæ vitæ lapsus in tribus consistit, aut cùm secus quam oporteat, facimus, quod est plus quam deceat; aut quod omissum oportuit: aut omitimus quod erat faciendum. Priori respondet illud,

*πᾶν παρέλιος, quò transgressus? alteri verò, τί δὲ ἐπέξει; quid feci? tertio, τί μοι δέος ἡτοι ἐπελέσθη;*

non contieniens? Solebat itaque suos hortati Pythagoras, ut perpetuo id carminis in animo versarent.

Sic autem ille in aureis carminibus:

*μὴ δὲ ὑπερβαντοῖσιν ἐπ' ὄμηρον προσδίξαθε, φοίνικας οὐ μεγάλην ἔργοι τελείας ἐπειδεῖν, πᾶν παρέλιος, τί δὲ ἐπέξει; τί μοι δέος ἡτοι ἐπελέσθη;*

Quæ interpretatus est auctor epigrammatis de viro bono his quidem verbis:

*Non prius in dulcem declinet lumina somnum,*

*Omnia quam longi reputauerit acta diei:*

*Quæ prætergressus, quid gestum in tempore, quid non?*

*Cur isti factio decus absunt, aut ratio illi?*

Vrgebat itaque ut sibi quisque factorum rationem redderet, ut ex præteriorum animaduersione accurata, melius futuris consuleret. Cæterum Gruem cù lapillo depictam prudetiæ symbolum fuisse notum est. Docent enim probatissimi auctores, lapillum Grues ideo ferre, dum in sublime volant, ut illius lapsu explorent supra terram'ne an mare volitent, quod ex sono intelligunt, ac proinde confidendum

*Serm. 40.* an ulterius progrediendum sit. Maximus Tyrius lapilli arrepti aliam rationem adfert, nimitem quod propter imbecillitatem corporis, alasque parum fultas, instar nauis fluitent à ventis impulsæ, quod cùm intelligunt, non ante se volatui credunt, quam lapidem apprehen-

apprehenderint firmamentum videlicet vacillaturi volatus, salutisque custodiam. Harum prudentiam cum non ignoraret Deucalion, à diluuij fluctibus seruatum aiunt gruum beneficio: quarum quidem superuolitantium clangore admonitus eratauit, teste Pausania. Vide Plin.lib.10.cap.23. Pierium Hieroglyph.li.17. & Prouer. Grues lapidem diglutiētes.

*Italica Samius secta, &c.) Pythagoram Italicorum Philosophorū sectæ auctorem fuisse testatur Cic. i. Lib. 8. Tusc. & D. Augustin. in lib. de ciuit. Venit autem in cap. 2. Italiam Tarquinio Superbo regnante, tenuitq; magnam illam Græciā cum honore, & disciplina, tum etiam auctoritate. Multaque sœcula postea sic viguit Pythagorōrum nomen, ut nulli docti alij viderentur. Samius autem ab insula Samo denominatus est. Huius vitam pete ex Laertio, Plutarc. Plin.lib. 2. Gellio li. 1. & 4. De huius doctrina Ouid. Meram. 15.*

*Quò pretergressus?) Lege Prouer. apud Erasm. Quò transgressus?*

*Quod didicisse gruum) Ex volatu gruum prudentiam hanc in rebus agendis nobis proposuit, nimirum ὡς αἰγάλεως τὸν λογισμὸν ποτεὶν ἢ φερεῖν ἢ μῆτρας.*

*mala flamina; aduersi & impetuosi venti.*

F 3

Pruden-



*Iane bisrons, qui iam transacta futuraq; calles,  
Quique retro sannas, sicut & ante, vides:  
Te tot cur oculis, cur fingunt vultibus? an quod  
Circumspectum hominem forma suisse docet?*

Pier. li. 32. *Iani bicipitium quamplurimi ad solertiam pru-*  
*Hierogl. dentiamque regis referunt: siquidem prudentias est*  
*præterita nosse, fututis vero multo ante prouidere,*  
*quod significauit Persius inquiens:*

*O Iane, a tergo quem nulla ciconia pinst. Terentius  
in Adelph.*

*Istuc est sapere, non quod ante pedes modò est  
Videre, sed etiam illa que futura sunt, Prospicere.*

*Hoc de figmento multi Poëtæ luserunt: quorum  
alij ad anni principium, alij ad regis curam, & consi-  
lium prouidum referunt. Ouid. 6. Fastor.*

*— videt Ianus quæ posse sua tergo geruntur.  
sed maximè in primo, ubi faciei duplicitis rationes  
adfert, nempe quod ferum & sylvestrem cultum in  
ciuilem*

enim mutarit, vel quod pater Graecæ & Latinæ gentis fuerit: aut quod Solem ( quem eundem esse cum Iano finxere ) cœlestis aulæ ianitorem putent; quippe qui eam exortens aperiat, occidens claudat. Macrobius i. Saturn. Creditur ( inquit ) geminâ faciem prætulisse, ut quæ antè, quæque post tergum essent, intueretur. Quod proculdubio ad prudentiam regis soleritiamque referendum est, qui & præterita nosset & futura prospiceret, sicut Anteuorta & Post-  
euorta, diuinitatis scilicet apitissimæ comites apud Romanos coluntur. Quod spectat Proverb. ἀπόστολος 13, οὐδιών, à fronte & à tergo, quod est diligentia inspicere, & præterita cum præsentibus & futuris conferre. Eundem fuisse Ianum cum Noë ( qui post diluvium vitam vinumque adinuenit ) auctor est Berossus, quamquam dissentiat Gyrald. sub finem Syntagmati. 4.

*sanna*) irrisiones ab occipitio distorto, & labris contortis, Persius i. Satyr.

*Occipiti caco, postea occurrite sanna.*

Prudens magis quam loquax.

19.



Noctua Cecropij insignia prestat Athenis,  
Inter aues sani noctua consiliij.

Amisera merito obsequiis sacrata Minerue,  
Garrula quo cornix cesserat ante loco.

Verborum parsimonia sapientes maximè decet,  
eorumque perspicacitas in obscuris & difficillimis  
agnosci versarique debet. Eo enim præcipue differt  
ab imperito & stulto prudens rerumque sciens, quod  
pauciloquus, quodque oculatus in iis sit ad quæ alij  
conniuent, & oculorum mentis obscura caligine ce-  
cutiunt. Etus quidē rei symbolum est noctua, olim  
Atheniensium insigne ac Mineruæ sacra, nimirum  
propriet oculos cælos, quod indicat paræmia γλαυξ  
in auro: priscis enim Atheniensibus noctuæ volatus  
victoriae signum censebatur. Iustin. rei huiuscæ cau-  
sam Hieroni duci ascribit, cui adolesceti prima bel-  
la ineunti aquilam in clypeo, noctuam in hasta con-  
fessile refert. Quod ostentum, & in consilio cautu-  
& manu promptum, regemque futurum significa-  
bat.

Lib. 23.

bat. Alij malunt referre ad monetam auream & argenteam, in qua insculpta erat noctua, vnde fluxit Prouerb. Noctuas Athenas. Cælius libt. 10. cap. 2. Pierius 20. Hieroglyph. Vide Gyrald. Syntagm. 11. & Georg. Pictorium 1. Apotheseos.

*Cecropis Athenis*) Athenas Cecropias à Cecrope Rege, & Athenienses Cecropidas appellari, iam in superiorib. attingimus. Athenæ autē ἀπὸ τῆς ἀθλωτᾶς, (ne iterum adhuc repetere cogamur) hoc est Minerua, quæ nomen huic ciuitati imposuit. Cælius l. 21. cap. 24. D. Augustin. 18. de ciuit. cap. 9. ex Varrone diuersum ab aliis sentit. Vid. Platon. in Cratyllo.

*Armifera Minerua.*) Minerua ex cerebro Iouis armata profiliit. vnde illud Anacreontis de rosa:

πολεμοκλέοντα τὴν ἀθλίτην

κορυφὴς ἐστίν νύν Ζεὺς, id est, vt cùm ē vertice Iouis exiluit armata scuto & hasta Minerua: & Ouid. 6. Fastor.

*Creditur armifera signum caeleste Minerua.*

Meminit & in Olympiis Pindar. Ode 7. Armata autem fingitur (ait Phornutus) in ipso ortu, quod sapientia suis ipsius praesidiis satis instruta sit ad maximas, & difficillimas res obeundas. Deinde artium omnium & belli dea, quod & scientiarum usum, & bellorum administrationem sine sapientia mancam, & inanem esse intelligimus. Pindar. Scholia st.

*Armsfera merito.* &c.) Noctuam dicatam fuisse Palladi, repudiata cornice, fusè tradit Ouid. 2. Metamorph. Minerua Erichthonium Cecropis filiabus cistella viminea inclusum, seruandum tradiderat, & ne aperirent, interdixerat. Quod cùm non fecissent, Coronis factum Mineruæ indicauit, vnde ab eiusdē comitatu repulsa est, & in cornicem mutata. Sic enim conqueritur:


— mihi gratia talis

*Redditur, ut dicar iustitia pulsâ Minerua,*

*Qua Attributum dignissimum F* Es pos  
*Accipe bellum peregrinum conditum ligardet Minerua*

Cuius postrema verba mythologiam habent.  
Catruli enim, quique nirmio linguae vito laborant,  
haud vnuquam posseunt cum sapientibus & cordatis  
habere commercium: quin ubi apud eos aliquid  
effutierint, tandem odiosum infamia nigorem  
experiuntur.

Maturandum. *Imm. Acad.* f<sup>o</sup> 20.



Maturare iubent properè & cunctarier omnes,  
Ne nimium præceps, neu mora longa nimis.  
Hoc tibi declarat connexum echeneide telum:  
Hæc tarda est, volitavit sibicula missa manu.

Præceptum est rebus in omnibus agendis validissimum, quo aurea mediocritatis regula commendatur. Virtus ea maturitas appellatur, illa quidem media inter celeritatem nimiam & tarditatem. Nigidius apud Gellium: Maturè, inquit, est quod neque citius est neque serius, sed medium quiddam & temperatum est. Bene atq; propriè Nigidius. Nam & in frugibus

frugibus, & in pomis matura dicuntur, quæ neque  
cruda & immixta, neque caduca & nimium cocta,  
sed tempore suo temperatè adulta. Interpretationē  
hanc Nigidianam duobus verbis eleganter expressis  
Augustus Cæsar: mā & dicere in sermonibus, & scri-  
bere in epistolis solum ferunt ~~mis~~ & ~~βεβδιας~~, per  
quod monebat, ut ad rem agendam simul adhibere-  
tur & industrie celeritas, & tarditas diligentia: ex  
quibus duobus contrariis fit maturitas. Sic Poëta  
Neptunum inducit discellum ventis imperantem,  
ut & tam citò discedant tanquam fugiant, & tamen  
standi mediocritatem in regressu teneant, tanquam  
maturè, id est temperatè abeuntes. Vere tur enim ne  
in ipso discellu classi noceat, dum captu nimio tan-  
quam per fugam redeunt. Ceterum id duabus no-  
tis Hieroglyphis ob oculos ponitur. Tulum enim ve-  
locitatis agilitatisque indicium est, ut explicat libr.  
Hieroglyph. 42. Pierius. Remora autē impedimen-  
tum & tarditatem designat, idem lib. 30. Alij tem  
plane eandem significates Delphinum Remoræ ad-  
iunixerunt, ut Paul. 3. Pontif. max. alijs ancoram Del-  
phino copularunt, ut Aldus Manutius nobilis Ty-  
pographus. Erasmus Prouerb. 1. Centu. 1. Chiliad. 2.

*Echeneide*) Remora, vel Echeneis à sistendis nau-  
bus sic appellata, ~~τηρετικής τάσσειν~~, ~~ταῦτα~~, de qua  
in sequentibus opportuniūs.

~~υπόταλλα σπουδαία~~ ~~τηρετικής τάσσειν~~ ~~ταῦτα~~ ~~τηρετικής τάσσειν~~  
~~τηρετικής τάσσειν~~ ~~τηρετικής τάσσειν~~ ~~τηρετικής τάσσειν~~ In  
~~τηρετικής τάσσειν~~

Martial. 14. Quisquis plus insto nos sayet, Me sayet.

## In deprehensum.

21.



Iam dudum quacunque fugis te persequor: at nunc  
Caſſibus in noſtriſ denique captus ades.

Amplius haud poteris vires eludere noſtriſ:  
Ficulno anguillam ſtrinximus in folio.


Allegorica proſopopœia in quennis deprehensum,  
& fugacem qui ob ſcelera notatus ſemel atque ite-  
rum e manib⁹ iuditum ſublat⁹, & pro tempore  
Occaſione ſubterfugiis uſu, non tamen poſſit effu-  
gere & expedire ſeſe, ſi tandem correptus arctiori  
nodo illigetur. Quod & opportunè torqueri poſteſt  
in eos qui fallaciſ ſunt fidei, qui que crebro furtum  
ſe abſtrahunt ex hiſ apud quos verum dicere neceſ-  
ſe habeant, ut plerosque (heu nimium multos) no-  
ſtra hac tempeſtate deprehendim⁹, quorum aliud  
lingua ſonat, aliud pectus latitat: ſicque imponere  
aliis affluere, ut non vereātur perficta fronte per-  
tinaciū obſiſtere iis, quos ſibi aduersari norunt.  
Quod & accōmodari poſteſt in pertinaceſ quodſā,  
& refractarioſ, qui diuinis oraculis demum in noſtri  
ſenten-

sententiam pertrahuntur, cùm eos nihil morentur humana. Duxa est similitudo à natura anguillæ; quæ quia sit lubrica, facile contineri nequit, nisi folio sici scabro & aspero. Lege Proverb. apud Erasm. Cauda tenes anguillam, & apud Hadrian. Iunium, Anguilla in strigimento.

Ficulno anguillam, &c.) Allusio ad Proverb. Folio  
ficulno anguillam, vide Chiliad. & Cæl. Rhodig.  
lib. 18. cap. 9.

## Custodiendas virgines.

22.



Vera hec effigies innuptæ est Palladis: eius  
Hic Draco, qui dominae constituit ante pedes. *De Dracone* *Ubi lego*  
Cur diue comes hoc animal? custodia rerum  
*Vixen. fol. 409. b.*  
Huic data: sic lucos sacraq; templa colit.  
Innuptas opus est cura asseruare puellas  
Peruigili. laqueos vndique tendit amor.

Phidias clarissimi nominis statuarius Palladis si-  
mulachro Draconem apposuit, quem quasi pedibus  
comprimeret: quo significabat virgines & puellas  
(fuit

Pictor. i.  
Apothe-  
seon.  
Cael. li. 10.  
Cap. 3.

(fuit enim Pallas virginitatis numen) per uigili indi-  
gēte cura, ut pudor castus seruetur. Nunquam est  
enim committendum, ut ocio sese dedant, aut plas-  
quām satis est vagentur; quandoquidem eo sexu mi-  
hi fragilis sit aut infirmius. Sane Drāco à visu quē  
acutissimū habet, nomen apud Græcos habuit: ideo  
que Palladi sacer est, quia nomen id πάρερνος τούτου  
απέπειρε, Κλείστης, καὶ τοπικόν τοῦν factum placuisse  
tradunt, prudentiamque hinc interpretantur, que  
omnia persipiciat, & ante omnes intelligat. Potius  
quod hic aiat veram esse Minerut virginis effigiem,  
nec tamen explicet per partes, sed Draconem tāum  
adiungit vigilantia veluti ministrum, non videtur  
alienum si Deo panopliam subiecero. Fuella igitur

armata

armata virum sapientem aduersus omnes animi per-  
turbationes se armantem, & virtutis animo forti resi-  
stentem significat: vel quod virtute suis ipsius praefi-  
diis instrutam satis esse intelligimus, ut iam dictū  
est. Galeam habet cristatam in capite, quod referen-  
dum est ad iudicium, & constantiam, qua vel maxi-  
mè sapientis cerebrum arx animi porrissimū valeat:  
hastam vero longam, quod eratione percussat emi-  
nus. Scutum crystallinum viri sapientis magnam lo-  
lertiā, qua seipsum haud aliter intus dijudicat, quam  
si in speculo crystallino ea quae extera sunt cōtem-  
pletur. sed illud Gorgoneo capite tectum terrible  
apparet, quod formidinis & terroris imaginem esse  
volunt: quam alij pectori Palladis appingunt, quia  
sapientis in pectore terrorem habet, qua aduersarios  
afficiat, inde enim Tritogeniam dictam esse vult  
Phornutus, quod malis terrorem & metum ingene-  
ret. Pallium triplici colore tintum, quod sapientia  
sit multiplex, seu quod etiam celata. candidus in eo  
color simplicitatem respicit: aureus intermitens vim  
sapientiae fulgurantem: purpureus fulgorem pene-  
trans. λαμπάς ideo est καὶ φορέας καὶ κατεπτής καὶ διδιά-

4. ad. Brug.

37.


*αἰδησκή*, quod ut illustris est & conspicua, ut quidam  
volunt, sic & formidabilis. Non enim tam cæsios  
habet oculos, ut acutè non videat, & dicitur, vnde  
& ὁ ποθαλύτης καὶ οὐδὲν διστα, templumque habuit  
a Diomede positum, nomine ιζυσπεῖς οὐδενές. Cæ-  
terum alij hanc glaucis esse oculis & cæsis, qua ra-  
tione huic consecrantur Dracones, & vultæ, nimirū  
Ob similitudinem oculorum, acutissimo enim visu  
est draco, & quandam excubandi vigilandiisque vim  
habet, nec venatione capi posse videtur. Draconi  
autem similem esse virtutem indagatricem aiunt,  
qua diligentissime omnia perscrutetur et metiturque  
studio indefesso, ideoque ab acuto visu illi nomen  
factum, ut iam diximus. Sed haec tenus satis. Lege  
Phornutum lib. de natura Deorum, Fulgent. My-  
tholog. 2. Piætor. 1. Apotheseon, Gyrald. 11. Syntag.  
& Pierium Valerianum 14. Hieroglyphicōn, Cæ-  
lium Rhod. lib. 14. cap. 18.

*ιννυτα Παλλαδι*) Hinc πάρθενος dicta, eo enim no-  
mine culta est in Acropoli, vnde & templum Par-  
thenon. eius autem virginitas puri & incorrupti est  
symbolum, Phornut. ait.

*lucus sacraque templa colit.* ) nimirum ut custodiæ  
symbolum: eadem enim ratione hortis Hesperidū  
seruandis præfectus est draco per uigil.

*laquos undique tendit amor.* ) 176. m.

Vino



*Hec Bacchus pater, & Pallas communiter ambo  
Templa tenent, soboles utraque vera Iouis.*

*Hec caput, ille femur soluit: huic usus olini  
Debities, inuenit primus at ille metum.*

*Iunguntur merito: quod si qui abstemius edit  
Vina, Deo nullum sentiet auxilium.* *Vide Enebl. 34*

*Inquit:  
Plinius lib. 23. ait vino ali vites, sanguinem colo-  
remque hominum, & mentem augeri cum nobi-  
lioribus partibus. Gellius ex Platonis sententia vin  
ingenij somitem esse refert, virtutisque incitabili,  
si mens & corpus hominis vino flagret.. Quod qui-  
dem male à nugatore quodam citatum sic emendat  
Gellius: Sed enim, inquit, in primo & secundo de le-  
gibus, non ut ille nebulo opinabatur, ebrietatē istam  
turpissimam, quæ labefacere, & minuere hominum  
mentes solet, laudauit: sed hanc largiorem paulò  
iucundiorēmque vini invitationem, quæ fieret sub  
quibusdam quasi arbitris, & magistris coniuiorum  
sobriis, nō improbauit. Nam & modicis honestisq  
inter*

*Lib. 15.  
cap. 2.*

inter bibendum remissionibus refici integrarique  
animos ad instauranda sobrietatis officia existima-  
uit: redditique eos sensim latiores, atque ad intentio-  
nes rursum capiendas fieri habiliores. Hæc Gellius.  
Hinc illud vulgo tritum emanasse suspicor; Vinum  
acuit ingenium. Commodo itaque  $\alpha\gamma\alpha\mu\eta\varphi$  proponit  
Bacchi, & Palladis eodem altari erectis, ut nimis  
significetur prudentiae incrementum esse aliquod, si  
Bacchi, id est vini generosi (sed moderati) usus acce-  
serit. Etenim vinum promptissimus est liberè ac verè  
loquendi alumnus, unde vino facundiam & inuen-  
tionem tribuit Plutarch. Adhæc:

*Ennius ipse pater nunquam nisi potus ad arma  
Profiluit dicenda. Hincque Aeschylus poëta clarissi-  
mus, nō nisi inter pocula tragedias scripsisse fertur.  
Quid plura? Narratur & prisci Catonis Sæpe mero  
caluisse virtus. Ad eam planè sententiam scripsit Em-  
blema doctrina, & diligentia rarissimus nostra æta-  
te Hadrian. Iunius, vt eius testantur opera. Sic enim:*

*Vix ferum Bromium, volucrem sed præpete penna,*

*Quid tacita posuisti Amyclæ?*

*Tellit humo ingens Bacchus, mentem erigit altam,  
Pegasique velut vehit ala.*

Videtur porrò Alciati carmen cōfictum ex Agal-  
mate illo Διονύσῳ καθαρῷ lib. 4. epigram. Græcorū,  
quod tale est:

εἰπὲ τί στι, ξυλὸν, καὶ παλλάδι, τῷ, γε ἄκοντες,  
καὶ πόλυμοι παρὰ στίλην εὐαδοὺς εὐαπίνηται.  
μὴ προπεταῖς, τὸ ξένει, θεῶν τοῖς, τοῖς μετάλλαι,  
ιδιὴ δὲ ὅστις οἰκεῖος δεῖμον τῆς τοῖς.  
καὶ γε εἴμοι πολέμους φίλοις κλέος. οἴστε τὸπες μετα-  
κέδος δρυπήτες ινδός αὐτοῖς ἀκοντεῖ.  
καὶ μερύπτων δὲ φυλοὶ οὐκοῦ οὐχιώμ. οὐ μέν, ἐλαῖον,  
αὐτὰρ οὐδὲ γλυκαργοῖς βοτέντοις οὐ μερύπτω.  
καὶ μεταὶ καὶ οὐδὲ εἴμοι μάτηρ φειδίας οὐτέ τοι,  
λύσται δὲ οὐδὲ μηδὲν πάτητον, οὐδὲ, κάρη.

Quem dialogismum sic Latio donatum reperi:  
Dico, quid commune tibi est cum Pallade in angus  
Spicula sunt illi, sed tibi vina sacra.

Talia ne temere Diuos spectantia queras  
Aduena, diffusi quin cape verba prissic  
Bella mihi cure, tum belli gloria, & stud  
India testatur robore ricta meo.

Prodest illa viris succo frondentis oliue,  
Pocula sed nostro munere leta bibis.  
Per me nec genitrix ullus est passa dolores:  
Femur ego solus, sed caput illa patris.

Bacchus pater) Bacchus, liber pater, ut Neptunus  
pater, Apollo pater. Liberum autem patrem nomi-  
natum aiunt, quod cum in India bellasset, multis  
secum foeminas habuisset quae Bacchæ dicebantur.  
Blond. i. de Rom. triumph.

soboles utraque vera Iovis.) Bacchus Louis ex Semele  
filius, de quo postea. Pallas ex Louis capite nata, ut  
superius expositum est. Suspicio hoc in loco non  
temere Bacchum vna cum Minerua coniungi, &  
virunque, sobolem Louis dici, ut notet duo præstan-  
tissima munera homini a Deo concessa, quorum al-  
terum ad animum, nimirum prudentia, alterum ad  
corporis vires, nempe vinum pertineat.

ille femur soluit) hoc uberioris in sequentibus.

hunc usus oliue) Olea Mineruæ attribuitur, quod  
semper viret & aliquid semper habeat glaucedinis,  
& oleum quod nihil contineat humidi admixtum,  
sed semper sincerum & æniger perseverat: ita &  
virginitas ait Phornutus. Sunt qui serrum oleæ assi-  
gnent, quod arbor haec pacis sit symbolum, ideoque  
arma dicuntur ferri, quo tandem cōmodius in pace  
vivat. Gyrald. Syntag. ii. aliam habet ratio-  
nem. Sabellic. libr. 3. Ennead. i. Cæl. 12. cap. 19.  
& 21. cap. 24.

invenit prius at hinc etrum. ) Præter alios quam-  
plurimos

plutimos testes sunt Plin. 7. cap. 56. Polyd. Virgil. 5.  
de inuentor. ter. cap. 3.

*abstinentius) à vino abstinenſ, temerum vinum anti-  
quis fuit, Gell. lib. 10. Ouid. Metamorph. 15.*

— *gaudēque meris abstinentius undu. Varro:  
Quantopere abstinentias mulieres voluerint esse, &c.  
Nonius.*

Prudentes vino abstinent.

24.



*Quid me vexatis rami? sum Palladis arbor:*

*Auferte hinc botros, virgo fugit Bromium.*

Videtur hic *παλλαδίον*: Superiori enim dixit epi-  
grammate eum qui à vino abhorreat, haudquaquam  
prudentem euadere: quod rationibus aliquot si non  
omnino necessariis, saltem tamen probabilibus cō-  
firmari potest. Nunc autem prudentes à vino absti-  
nere debere ponit. At hæc inter se sic conciliare est  
facile, si dicamus prudentis esse vino moderate vi-  
secus enim sumptum, rationem obturbat curas, vi-  
goremque animi impedit, ut metito cœforit in Pro- Lib. 23.  
uerbum; *Sapientiam vino obviciam*, ait Plinius. cap. 1.

*Junij. Scobl.*

34 UNIV. LIBRARIE DE MONTAUBAN G 1 Cuius

*Blond.* li. Cuius quidem rei non inscius Romulus, vino sem-  
*8. Rom.* per est usus parcissimo. Capitale fuit Romanis ma-  
*triumph.* tronis vinum attingere. unde institutum, ut cognati  
*Athen.* 10. osculum fertent, reprehendendi causa, quod indi-  
*cap. 13.* cium odor ficeret si bibissent. Sed & M. Cato te-  
*dipnos.* fert non solum probro affectas, sed mulieras quo-  
 que a iudice mulieres non minus si vinum bibissent,  
 quam si adulterium admisissent. Egnatius Metellus  
*Lib. 2.* uxorem, quod vinum bibisset, interemit: cuius facti  
*enp. 1.* nec accusatorem, nec reprehensorem habuit, uno-  
 quoque existimante optimo exemplo illam violare  
 sobrietatis poenas pepedisse, ait Valer. Max. & sanè,  
 inquit, quæcunque foemina vini usum immoderatè  
 appetit, & virtutibus omnibus ianuam claudit, &  
 delictis aperit. Polibius etiam testis est, matronas li-  
 beras vino abstinuisse, ut etiam seruos, item & epe-  
 bos omnes ad annum vitæ tricesimum: quod & apud  
 Massilienses in usu fuisse tradit Leonicus, li. 3. ca. 87.  
*var. hist.* Proditum est ab Aeliano, lib. 2. cap. 37. de  
*var. hist.* Ialeuci legem apud Locrenses fuisse, qua si  
 quis merum bibisset, nisi valetudinis causa, medico

*Alex. ab* id iubente, morte mulctabatur. Ex quibus perspicuum  
*Alex. 3.* est, quam olim exosi fuerint ebriosi vinoque dediti.

*cap. 11.* Porro oliua Mineruæ arbor vitem increpat, qua

*De oliua* suos ramos implicet, & admoueat oliuis. Sumptum

*docte for-* est autem distichon ex eo Graeco incerti:

*εὐλογεῖς ἵνα μάδοι εἰμὶ οὐτί, βέργισ τί μεθίβετε κλάνε,*

*Ρεμ. cap. X. αἴτε τούς βότευας παρθένος & μεθίσα.*

*fol. 31. 32. Quod Lambicis dimittis sic reddidit Politianus:*

*Quid me implicari palmites  
 Plantam Mineruæ non Bromy,  
 Procus racemos solvae,  
 Ne virgo dicar ebria.*

*sum Palladu arbor.* ) Plin. lib. 12. cap. 1. & lib. 17.

*cap. 44. testis est.*

*Cordiz ambo:* botros;  
*truncus secus uulnus multo moderata iug.*  
*Digna est uulnus quiclibet illa post*

botros.) *Bacchus*, gemma, pro racemo accipitur *murex*.  
*doxerat.*

*virgo fugit Bromium.*) abhorret a vino, quò refer il- *de Bromis*  
Jud Sambuci in Emblemate quopiam: *Delrio. cōm. Senec*

— *refugit penitus botrum formosa puella* *ad finis*  
*Casta & òcavos enim.* —

Bromius autem Bacchus dicitur *ποτης τὸν Βρόμιον*,  
à tonitru, qui dum nasceretur, est auditus, vt fabu-  
lantur: vel à *Brisus*, tremo. Ouid. Metamorph. 4.

— *Bacchumque vocant, Bromumque Lyæum.* Iuue-  
nal. 6. Satyr.

— *Bromum committere noli.* & ad rem appositè  
Pylades 2.lib.Theogonie:

*A strepitu Bromius, quod vociferetur Iacchus:*  
*Quod euru soluat corda, Lyæus erit.*

In statuam Bacchi. Dialogismus. 25.



Bacche pater, quis te mortalē lumine nouit,  
Et docta effinxit quis tua membra manu?  
Praxiteles, qui me rapientem Gnosida vidit,  
Atque illo pinxit tempore, qualis etam.

**C**ur iuuenis, teneraque etiam lanugine vernat  
Barba, queas Pylium cum superare senem?  
Muneribus quandoque meis si parcere disces,  
Iunior, & forti pectore semper eris.

**T**ympana non manibus, capiti non cornua defunte  
Quos nisi dementeis talia signa decent?  
Hoc doceo, nostro quod abusus munere sumit  
Cornua, & insanus mollia sistra quatit.

**Q**uid vult ille color membris penè igneus? omen  
Absit, an humanis uteris ipse sociis?

**C**um Semeles de ventre parens me fulmine traxit  
Igniuomo, insectum puluere mersit aquis.

**H**inc sapit hic, liquidis qui nos bene diluit undis;  
Qui non, ardenti torret ab igne iecur.

**S**ed nunc me doceas, qui vis miserier? & qua  
Te sanus tutum prendere lege queat?

**Q**uadrantem addat aquæ, calicem sumisse falerni  
Qui cupit, hoc sumi pocula more iuuat.

**S**tes intra heminas: nam qui procedere tendit  
Ultrà, alacer, sed mox ebrius, inde finit.

**R**es dura hæc nimium sunt pendula guttura, dulce  
Tu fluis, heu facile commoda nulla cadunt.

Bacchicæ statuæ profert vnuu&tor u& Diu& per dia-  
logismum, quo demonstrat incommunitates, &c. dam-  
na quæ temulentiam consequantur: nam ex immo-  
dica vini potionē ebrietas, ex ebrietate furor, quo  
nihil vel miseriū, vel exitialius videri, nedum cogi-  
tari potest. Deinde sumendi vini legem quandam  
præscribit omnibus utilem & plane necessariam.  
Omnia sigillatim diligentius aperiā. De fugienda  
ebrietate Plinius fusum orationis riuum exprop̄it  
lib. 14. toto 22. cap. Erasm. in Prouerb. Vīnum cāter  
clauo.

clavo. & , vinum senem, etiam nolentem, saltare impellit. Plato 3. de Republ. & 6. de legib.

*mortalilummine.)* humanis oculis. huc ad figmentū. Nam nefas olim fuit Deos fuisse homines putare.

*Praxiteles qui me, &c.)* Id Plinius attigit inter plurima Praxitelis opera laudatissima li. 34.ca. 8. Ominus est ex ea Italæ parte, quæ quondam magna Græcia dicebatur, & ob artis excellentiam ciuitate Romana donatus.

*rapiētē Gnoſida.)* Ariadnen intelligit Minois Cretensium regis filiam, quæ Thesei amore capta Minotauri necandi occasionem ei præbuit, ea lege ut se vxorem duceret. Sed eam Theseus in insula Naxo somno sepultam reliquit, cuius miserritus Baechus eam sibi connubio iunxit, in cæloque raptam, coronam Gnoſiam appellant.

*Cur iuuenis, &c.)* Ouid. 3. Fastorum sic:  
*Sine quod ipse puer semper, iuuenisque videris,*  
*Et media est etas inter utrumque tibi. & in Me-*  
*tamorph.*

— *tibi enim inconsumpta iuuenta*

*Tu puer aeternus, tu formosissimus.* —  
 Iuuenis ideo efficitur, quod ad iuueniles annos moliter transfigendos maxime conserat, si parcias, &c., ut decet, sumatur. vel quod hilares & lassos homines faciat. Gyrald. Syntagm. 7.

*lanagine) barba molli, à lanæ similitudine, vt est in cotoneis malis.*

*quæ Pylium cum superare senem.)* Allusio est ad proverb. proximè citatum, Senem vel nolentem vinum saltare compellit; cui conuenit illud ex Athenio: *οὐας καὶ οὐεντας ιστέ προσωύλω αἰαγάλλεις; hoc εῖτι,*  
*Insanire facit sanos quoque copia vini.*

Huc spectat & quod Plato de legib. 1. ait: Itaque ut videtur non solum senex fuerit bis puer, verum etiam temulentus. Per senem Pylium *συνισθένεις* senem.

quenam sapientem intelligit, qualem Nestorem Homerus celebrat in Iliade.

*Tympana non manibus, &c.)* Tympanum luxuriaz instrumentum dicitur à Iustino. suspicor Baccho attribui tympanum, tāquam hilaritatis signum notissimum, vel propter strepitum inconditum, quem edere solent qui vino sunt onthsti.

*capiti non cornua desunt.)* Ouid.in Epist.Sapphus:  
*Accedant capiti cornua, Bacchus oris.*

Nā priū ab Orpheo in Hymnis βακέψης, δικέψης est appellatus. Diodorus in 5.rationem reddit, quod prius boues iugo iunxerit, vel quod Ammonis filius fuerit, qui capite arietino pingebatur. Cornua pro audacia Phornutus accipit, quod audaces vinū reddat. Alexander ab Alexandro veteres cornibus pro poculis vsos dicit, & eam ob causam Bacchum dici cornutum & temulentum. Pictorius Apoth.2.

*Hec doceo, nostro, &c.)* Sic Plin.cap.1.lib.23. Vino modico nerui iuuantur, copiosiore lēduntur, sic & oculi. Stomachus recreatur, appetentia ciborum inuitatur, tristitia cura hebetatur, vrina & algor expellitur, somnus conciliatur. E diuerso, si nimius adhibeat vini usus, belluina cornua capeſſimus. Blond. lege 8.Rom.triumph.Horat.lib.1.Ode 18.

*sumit cornua) in effusani prolabitur audaciam.*  
Ouid.1.artis:

*— tunc pauper cornua sumit. & 4.Trif.*

*Iam feror in pugnas, & nondum cornua sumpsi,*

*Nec mihi sumendi causa sit ullavelim.*

Horatius attigit propriū adiunctorum eiusmodi rationem cūm à vini usu nimio disuaderet, sēua, inquit, tene cum Berecynthio **Cornu tympana.** Lege prouerb. Tollere cornua.

*mollia fistra) Ebrius ad musicam, ut asinus ad lyrā.*  
Sistro dulci & sonoro instrumento in factris Isidis  
vtebantur veteres. Martial.

*frustis fistram. Tolle cornua, & sumpsi. H. 8. 1. 1. 1.*

*Hec quat et tenera garrula siftra manus.*

De sistro vide Alexandr. ab Alexandr. lib. 6. cap. 8. & Pierium Hieroglyph. 48.

*Quid vult ille color membris &c.) Nuda siebat Bacchi simulachra, inquit Phornutus, ut naturam vini ostenderent, quæ secreta reuelat. Horat.*

*Quid non ebrietas designat? operta reculit.*

Rubedo autem colorem satis indicat, hincque cognomen ignigenæ habuit. Strabo lib. 13.

*Cum Semeles de ventre parens, &c.) Notissima est fabula. Dicitur opera matris Bacchus vero prodiisse, te 3. Me- fabula nimis calorem eius, & feruorem innuen- tamorph. te, ait Phornutus: tali enim natura est vinum vim obtinens igni parem. Sed apud Poëtas est: Femori Iouis insutū ad perfectionem venisse, quod secundò femoribus vinum maturescat ac perficiatur. cùm primū enim maturum est, vsui prorsus est imper- fectum: sed pedibus calcatum, fit perfectius. Nam prima illa generatio fit in autumnī maturitate, quæ est etiam tum æstu vigente. At cùm calcatur & pe- dibus exteritur, id femoribus cōfici videtur. Et hæc quidem φυσικά. Alij modo alio enarrant. Erasm. in proverb. Perdidisti vinum infusa aqua, fabulae huius originem aperit. Veteres enim inquit merum bibeant non sine noxa, donec Staphilius Sirrheni filius docuissest vini diluendi rationem. Plato etiam admonebat Bacchum temulentum Deum sobriis Nymphis temperandum esse, id est vinum aqua mi- scendum. quod hoc Epigrammate Meleagri com- pertius est:*

*Αἰγαίμφοι τὸν βάκχον δέ τι περὶ οὐλας ὁ κύρρης γίνεται, ὑπὲρ τέφης ἀρτὶ κυλισθεῖται. τέρπεται σὺν νεανίδας Βούρων φέλος, ἢν δέ τις προτύχει πλεύσιον μίσγεται, σίεται πάρεπται κατέβιβεται. Sic verit Ob- sopatus:*

*Ignisomo Bacchus saliens ē flumine, Nymphis*

*G. 5. 11*

*Abluitur*

*Abluitur liquidis puluerulentus aquis.  
Properea iunctus Nymphae est gratus Iacchus,  
Hus sine adiuse ardens quod bibis, ignis erit.*

Idem videtur sentire Athenaeus dipnosophist. 11. cap. 3. quo loco rationem reddit, cur Nymphæ dicantur Bacchi nutrices, nempe quod aqua immista vinum augeat. Prisci autem illi Ioui duas nutrices, Iunoni vna, Apollini duas, Baccho plures attribuerunt, quod oporteat hunc Deum pluribus nutricum Nymphae mensuris mansuetum esse ac dormitum. Huc adscribere nō grauabor lepidum Cæli Rhodigini epigramma, quod (ni fallor) è Graco confinxit:

*Ardentis Semeles audens puer excidit alio,*

*Ardebasque uno mater & ille rogo.*

*Et spes nulla super miser & succurrere matri,*

*At puer in flammis non tamē usus erat.*

*Ogygis occurrit, sed non prius attigit illum,*

*Succubuit multa quam Iouis ignis aqua.*

*Ignis abiit, sed non abiit vis ignea prouersus,*

*Quique cuti summa parcit, in ima furit.*

*Nympha igitur procul: O puerum ne tangito clamans,*

*Quisquis est, ignis enim est ni prius imbre laues.*

Lege Calendem Rhodig. lib. 7. cap. 13.

Hinc sapit hic liquidis, &c.) Idem est illud Antinoi (ni fallor) apud Homerum Odysseum φ,

ὅντος τε τρέπει μολυδὸς, ἐς τε καὶ ἄλλας

βλάστει, ἐς εὖ μὲν χαρέσσειν, μὲν δὲ αἴπημα πίνει.

Vinum ledit dulce quod & alios

Ledit, quicunq; ipsum abūdāter capit, neq; decēter bibit. At quæ causa incusandi vini, si quis dānum inde consequatur? οὐ γὰρ ὅντος ταῦτα ἡδεῖ οὐ δίαιτους ποιεῖ. οὐ δὲ αἰματός τῆς πόστεως καὶ τὸ πέρος τῆς καρᾶς εὑρτος ιμφορεῖ. Οὐ τὸ ἀκεφάλη. οὐ δὲ αἷμα τρέψα πίνει, οὐ περότερον εύθυνος.

torres ab igne ieserit.) Horatius q. Carminum:

Comessa-

*Comeſſibere Maximi,*  
*Si torrere iſcur quariſ idoneum.* Idemque:

— meum

*Feruens difficultile tunc iſcur.*

Vide Athenæum 10. dipnolop. cap. 9. Plin. lib. 14.  
 cap. 15. de Alexatidri vinolentia. & Leonic. var. hist.  
 lib. 3. cap. 89.

Sed nunc me doccas, &c.) Non sat fuit ostendisse in-  
 commoda, & ægritudines, niſi remedia quædam ad-  
 hibeantur. Praeceptum itaque est de viño commode  
 sumendo, nimis ut quarta pars aquæ ſemper im-  
 misceatur. quod tamen praeceptum pro ratione lo-  
 corum, temporum & personarum ad timores re-  
 nocandum eſt. Vide prouer. Erasmic. Episcythizate.  
 Athenæum 10. cap. 8. & lib. 15. cap. 15. Cælium  
 cap. 19. lib. 28. Quod etiam pertinet illud ex Græcis  
 epigrammatis:

Bάκχος μέδον ἀρετῶν, ὁ μὴ πολὺ μίδ' εἰδόχεσθαι,  
 οὐδὲ γάδι λύπης αἴπος, οὐ μεγίνει.  
 Ζεύρει κρινάμφος τεισινύμφαις τέτερος οὐτος,  
 τάμας καὶ δακρυσίς εἰσιν εἰπομέτατος.  
 εἰδὲ πολὺς τείσθε πάπιστοι πολλαὶ μηδέποτες,  
 βαπτίζεται δι' ὕδατος γένεσιν θεατά. Id eſt,  
 Gorrao interprete:

Nec minor eſt modus Bacchi, nec largior equo.

Hinc maior mentes occupat, inde furor.

Quartus treſsecum Nymphas admittere gaudet,  
 Sic thalamis apicis conuagiōque venit.

Nanque ſolet teneros contemnere mulius amores,  
 Et ſomnum mortis conciliare parem.

intra hemina.) Significat ultra mediocres mensu-  
 ras nihil adieciendum.

Res dura hic nimium, &c.) Dura quidem, iis po-  
 tissimum, qui ſibi omnia effusè licere volunt.

Gramen.

## Gramen.

26.

*Gramineam Fabio patres tribuere corollam,  
 Fregerat ut Pœnos, Hannibal emiq; mora.  
 Occulit inflexo nidum sibi gramine alauda,  
 Vulgo auunt, pullos sic fouet illa suos.  
 Saturno Martiq; sacrum, quo Glaucus adeso  
 Polybides, factus creditur esse Deus.  
 His merito arguitur nodis tutela salusq;  
 Herbaq; tot vires hac digitalis habet.*

Gramen herbam, quæ aliis est sanguinaria, celebrat, ut tutelæ, præsidij salutisque symbolum. Ex ea enim corona graminea fiebat apud Romanos maximo in pretio habita. Hinc proprias quasdam in ea vires esse exemplo est alauda, Martis avis, quæ nidū gramineis ramulis vallare soleat. Adhæc Saturno & Marti gramen est consecratum, vnde aliquid maioris accedit auctoritatis. Postremò comeſo gramine Glaucus, Deus marinus est habitus. His omnibus tanquam notis arcanis defensionem salutemque intelligimus: quibus vti licebit, quoties effugij, aut præfidij spem voluerimus ostentare. ut si potentior aliquis nos opprimere conetur, aut quispiam in nos male affectus nocumentum inferre, nos in legum tutela, & iuris nostri innocentia fiduciam collocando prouerbiali hoc schemate vtemur, dicemusque nos gramineas habere frondes. Ut autem varijs sece casus offerunt, ita diuersis modis istuc usurpari potest. De gramine Plin. cap. vlt. 24. lib. Athenæus 7. & Volaterran. in commentariis vrbaniis.

*Gramineam Fabio, &c.) Corona graminea (quæ & obsidionalis) duci dabatur ab iis quos obsidione liberauerat, ait Gellius, eaque fiebat e gramine quod eo loco natum esset, intra quem clausi erant qui obſidebantur. Hanc coronam s. p. Q. R. Fabio Maximo*

*Sicca, in portu regnum frato hinc coronam p[ro]p[ri]e dedit  
 Malorum i. rose a subiecta quia Juno &  
 Ippomene obea cedat*

dedit bello Pœnorum secundo, quod urbem Romanam obsidione hostium liberasset. Hac nullam aliâ fuisse nobiliorem, quæ nunquam nisi summa desperatione daretur, Plinius assertit 22.lib.cap.3.& 4.& 5.

patres) Romani senatores, quod erga Rempubl. paterno esse animo deberent, sic nominati.

Pœno, Hannibalemque. ) id est Hannibalem Carthaginem ducem. Pœni quasi Phœni, quia duxerunt originem à Phœnicibus. Virgil. i. Aeneid.

mora) cunctatione. Hinc Fabius cunctator appellatus, de quo Poëta 6. Aeneid. Ennium imitatus sic:

*Unus qui nobis cunctando restituit rem.*

Occultis inflexo nidum, &c.) Quibusdam avibus & belluis herbarum quarundam cognitio est à natura insita, ut quod arte maxima & diligentia obseruatione homines ipsi sciunt, hæ solius naturæ beneficio sentiant. Quod autem alauda siue galerita nidum sibi ex gramine conficiat, ex veteri proverbio sic expressum est à Cassiano Basso scholastico li.de agricultura. Galeritæ, inquit, in gramine nidificant, unde etiam proverbiū,

*εἰ κορυδάς κοίτα σκολιὰ κέκου πλαι ἄγρωστος: hoc est,  
Ramosum gramen nido occultatur alauda.*

Solet enim alauda peculiari quodam amuleto suum Iustrare nidum impositis quibusdam ramulis graminis, sicuti aquila callitricho, cornix verbenaca suspina, turdus myrto, palumbes lauro, ut ex Soroastræ magi i. γατωναὶ retulit Hadr. Iunius in proverb.  
*Bressana*

*Alauda in nido latet gramen.*

quo Glaucus adeo, &c.) Id vatiis modis ab Athe- Lib. 7.  
næ & aliis narratur. Hic pescator fuit Anthenodius cap. 16.  
natandi peritissimus, qui vel cunctos sui temporis natatores in vndis exuperabat, ait Palæphatus, nani solebat ē portu spectantibus, donec iam extra eorum esset prospectum enatare. Cūm autem rediret, persuadebat se in marinis fluctibus vixisse; hincque *marinus*

marinus Deus primum est nominatus. Tradunt alij eum aliquando ob nimiam piscium quos ceperat, multitudinem fuisse defesum, onusq; in media via abiectissimum ex piscibus moribundum herba gustata reuixisse, & in fluuum prossiliisse : quod cum Glaucus obseruaret, eadem herba comesa, immortalitate adeptus dicitur. Lege prouerb. apud Erasm. Glaucus comesa herba habitat in mari. Pliniū lib.9. cap. 16. & lib. 32. cap. 11. Aufonius:

*Sic Anthenodius Baetia per freta Glaucus,  
Gramina gustatu postquam exitialta Circes  
Expertus carpas moribundis piscibus herbas  
Sumpsit, Carpathium subit nouue accola pontum.  
Ille hanc & rete potens scrutator operti  
Nereos, aquoram solitus conuertere Tethym  
Intercaptivas fluitavit prædo ceteras.*

Ad id etiam respexit Franc. Picus Mirandulan. in voto pro salute coniugis:

*Num mihi firmari possent mea vota, maligne  
Impete depulsa morbitum pallida tuba?  
Num tervis pelli poterit mors improba succidit?  
Gramine vel Glauci? vel prisca Paonis arte?*

Quod autem dixit gramen Saturno & Marti sacrum, Aischyton Samius in quodam lambo ait Saturnum seminasse gramē, quod vocat gramen Deorum: Marti autem, quod in campo Martio Roma cresceret, & Martiali donareretur præmio. Hinc Horat. principio 4. Carminum:

*Te per gramina Martij  
Campi, te per aquas, duce volubiles.*

Polybides) Abusium patronymicū videtur, quod cur Glauco attribuatur, clara me est.

*nodi, notis, symbolis.*

*di ita: jā digitorum forma, qui interseti sunt, q.  
d. herba hæc vires tantas habet, etsi digitum non  
excedat.*

*Dux digitos, ym. 32. Cod. 9  
Innot. Nec*

Nec verbo, nec facto quen-  
quam lædendum.

27.



*Nemesis*  
mag. ad Anist  
Eg. fol.  
246. 247.  
248

*Assequitur, Nemesisq; unum vestigia serrat,*  
*Continet & cubitum durans frana manu.*  
*Ne male quid facias, neve improba verba loquaris:*  
*Et iubet in cunctis rebus adesse modum.*

Nemesis sive Rhamnusia scelerum vindicta, potissimumque contumeliosis, & elatae mentis hominibus succensere, illosque iuste persequi ac punire credebatur. Macrobius eam contra superbiam coli faisse solitam scribit: nec defuere qui apud Hesiódum Nemesim iustitiam interpretentur, cum tecum cecinit, οὐδὲς καὶ τέλεσι, Eudor & Nemesis homines reliquere, & ad immortalium cœtus euolarunt. Sæpe numero pingebatur cubitum retinens, & frænum manu habens, unde est illud:

Ἄριστης πορεία εἰ τῷ πνεύματι τῷ τε χειρίνῳ,  
μήτ' ἀνέποντι πνεύμα, μήτ' ἀχάριτα λέγεται.

Una manus cubitum ostentat, gerit altera frænum:  
Illa, modum serua; hac admonet, os cohibe.

Et aliud

*Tausam.**in Ausic.**1. SAINR.**27.*

Et aliud eiusdem fermè argumenti:

*καὶ νέμεται πῦχλιν οὐτέχω. τίνος ἔτενε; λίζει,  
πάσιν ἀπαγέλλω μηδὲν τὸ μέτρον.*

Continuo Nemesis cubitum, quæ causa, requiri?

Principio cunctis rebus adesse modum.

Plato Dialogo 4. de legibus Nemesis iudicij angelum appellat. cuius sententia proximè accedit ad nostram religionem, qui credimus omnipotentem rerum omnium opificem nihil latere, nihilque impunè relictum; quippe qui, ut cecinit Orpheus,

*πάτητέ φόρα καὶ πάτητέ αὔτε καὶ πάτητα βεβαίετε.*

Quod & hoc satis vidit Seneca cum inquit,

*Dominare turridus, spiritus altos geret,  
Sequitur superbos vultos à tergo Deus.*

Prouida itaque fuit admodum veterum in mortibus componendis cura, qui ut indicarent superbiā Deo præ cæteris vitiis exosani esse, dixerunt eos, qui hac detinerentur, non modò censura diuina, sed etiam indignatione puniri; ideoque proprium ad eiusmodi vltionē numen adhibuere, Nemeseos nomine nuncupatum. Colligendum enim è multis, quatuor potissimum (ait Ficinus) nempe legem, iudicium, iustitiam, Nemesis. Horum exemplum quisque nostru in se habet, in mente legem quid agendum sit, quid non, communi norma dictitantem, & honestum quidem sequendum, eius verò contrarium fugiendum. Habet in ratione iudicium distinctiori quadam argumentationum discursione discernens, quod in hac vel illa actione possum est honestum esse vel turpe. In voluntate est iustitia, quæ eligat aut prosequatur quod ratio per mentis leges sequendum refugiendum dictauerit. Est & in imaginatione Nemesis, quæ turpibus actionibus verbisque succédat ac legitime indignetur. Porro Alciatus id generaliter accipit, neminiisque aut verbo, aut facto iniuriam esse inferendam admonet. De Nemesi apud Leonic.


var. hyst.

var. hist. lib. 2. cap. 28. Cœlium lib. 11. cap. 19. & alibi.  
Gyrald. Syntag. 15. & Erasim. in proverb. Adraftia  
Nemesis. ~~Ad. Cognat. q. 7. Corde. 1.~~

*vestigia struat.*) Epigramm. Græcorum 1. *iχτιν*  
eam ob rem dicta, id est vestigiaria, quæ vestigia ho-  
minum insequatur.

*Continet & cubitum, duraque frana.*) Hæc temperan-  
tia symbola diligenter annotat Pierius Hierogly-  
phicōn 36. & 48.

~~No male quid hoc?~~ *Necen huc histeris Sciam ex*  
*negligit. Epitome diuina, fol.*  
Tandem tandem iustitia obtinet. 28. 89.



Aeacide Hectoro perfusum sanguine scutum,  
Quod Græcorum Ithaco concio mi qua dedit;  
Iustior arripuit Neptunus in aquora iactum  
Naufragio, ut dominum posset adire suum:  
Littoreo Aiakis tumulo namque intulit vnda,  
Quæ boat, & tali voce sepulchra fert:

Viciisti Telamoniale tu dignior armis.

Affectus fas est cedere iustiæ.

Apparet id sumptū esse ex duobus Epigramma-

tib. Græcis libr. i. titulo *eis sīxīs*, primumque sic habet:

ἀστιδ' ἀχρῆνος τὴν ἐπιρρεὰν μῆνα πέντε,  
λαρπάσθη δραῦν εἰλε νεκροπότοι.  
γανητὸς δὲ θάλασσα κατίστασται, καὶ παρὰ τόμον  
diarrhos μητὸν ἀρριστεῖ, ἐνίδανος. id sic exultat

Gorratus:

Pelide clypeum non aqua cepit Ulysses

In iugis plenum sanguinis Hectoris.

Seu mare naufragio deluxit, namque natando

Is tumulum Aiacis, non Ithacam petitur.

Quod autem sequitur, Alciatus ipse expressit, sed Musa paulum fusiore, addiditque postremo epigrammaton.

μελανὴ πομπὴ ἀερὸς διηγεστὸν πολὺ μᾶλλον ἔθινε,  
καὶ κέπι τὸν ἐλλάσταρον συγκριτὸν ἀπειδίξει Θάλασσαν.  
ἀποτισὲν αὐγαλούσι βοῶ, καὶ σημεῖον λαζαροῖ,  
ἀντὸν σ' εὐρυτέρην τὸν ἄξιον ἀποδιώτεω,  
ἔργονται τελαμῶνες, ἔχεισσιν αἰανίδας.

Cæterum de Achillis armis inter Aiacem & Vlyssem coorta est nobilis illa poëtisque decantata contumelia, quæ sane Aiaci liberè cessisset astutus & vafer Vlysses, nisi sua eloquentia tanquam fascino aliquo iudices Græcos in suam sententiam pertraxisset. Histamen armis iniuria & dolo partis, non diu potitus est male fidei possessor. Retulit enim Paulianas non postremi nominis scriptor, se audire ab Acolensibus, qui Ilium post eius euerctionem tñuerunt, de armorum eiusmodi prodidisse iudicium, illudque in primis: Post Vlyssis naufragia, armatae quibus certamen fuerat, ad Aiacis tumulum tempestate delata. Id Deo volente factum colligit hic Emblematographus, ut alludat ad vulgatum miserorum & afflictorum conquestum, Iustitia verumque laborat, sed tandem eluctatur; & quanquam promatur, non optimiter tamē. Cicero pro Cluentio

Multorum

Multorum improbitate depressa veritas emergit, & innocentiae defensio interclusa respirat. Et pro Cælio exclamat magnam esse vim veritatis, quæ contra hominum ingenia, calliditatem, soleritiam, contraq; fictas omnium infidias facile se per seipsam defendat. Per multis sane exemplis confirmari potest, platerosque in vita iudicium iniuitate, aut etiam populari fama, vel alio modo damnatos, deque honoris gradu decessisse, qui tandem vita functi certissimis coniecturis insontes, & ab omni supposito crimine immunes deprehensi, concitaram de se opinionem non modo abstulerunt, sed immortali gloria tandem donati sunt. Hinc vulgatum etiam illud dictum est à Liuio, A veritate laborare ius sæpe, extingui nunquam. Ut enim quæ falsa sunt, vel nullo certè laborante delentur temporis aliquo tractu: vera autē & iusta violentis hominum iniuriis interdum cedunt, sed tandem emergunt. Praeclarè itaque Menander:

εἰ ταῦτα δὲν κείπει τὸ δίκαιον ἵπποτον,  
εἰς τοι δίκαιος μυρέων τούχεριδικῶν  
κρατεῖ, τὸ δέον του δίκαιον τε συνανθέτων.

*Aeacida*) Achillis. ab Aeaco Telamonis & Pelei patre.

*perfusum sanguine Hectorco scutum.*) Id dicit, propterea quod Achilles Hectorem interfecit.

*concio iniqua*) iniustū iudicium, vel iniqua oratio quam Vlysses habuit: quam repte ex Ouidij Metam. 13.

*Ithaco*) Vlyssi, ab Ithaca patria.

*Inflator arripuit Neptunus*) aqua marina fuit æquior Aiaci, quæ scutū & arma illi artepta reddiderit. Tacte videtur alludere ad id quod postea dicet, plus inesse piscibus marinis humanitatis & securitatis, quam hominibus. *Dominum suū*) Aiacem. *boat*) clamat. Translate à bobus. *voce*) catarchesis pro sono.

*Vicisti, &c.*) *τοποτοπο ποιία*. Telamonade.) Ajax Telamonis filii. *Affellus fas est, etc.*) *ἱξήνωσις & δημοσίθεος*.

Etiam ferocissimos domari.

29.



Romanum postquam eloquium, Cicerone peremptio,  
Perdiderat patrie pestis acerba suæ:  
Inscendit currus vicit, iunxitq; leones,  
Compuit & durum colla subire iugum:  
Magnanimos cessisse suis Antonius armis,  
Ambage hac cupiens significare duces.

Testis est Plinius, qui sic lib. 8. cap. 16. Primus Romæ leones ad currum iunxit M. Antonius, & quidem ciuili bello cùm dimicatum esset in Pharsalicis campis, non sine quodam ostento temporum, genitosos spiritus iugū subire illo prodigio significantē. Plutarchus autē in Ciceronis vita copiosa oratione recenset interitus eiusdē causas, quibus M. Antonius eum ad necem postulauit. Nulla tamen potior fuit, quam quod Cicero cùm sibi (è re sua) maximè esset opus, servire tempori nō potuerit. Actionibus enim Philippicis in Senatu habitis sic excanduit Antonius, ut inde omnem, quod aiunt, lapidem mouerit, ut Cicero de medio tolleretur. Cùm itaque ex vrbe discedens

Controv. p.  
Zetogam  
Senatu  
Abiecta  
Ciccamis  
vlong.

seedes primò in Tusculanum venisset, indeq; transuersis itineribus in Phormianum, ut nauim concenderet, cùm in altum proiectus esset ventusque contrarijs agitatus, & vitæ & fugæ cœpit tædiū. Itaque reuersus in Phormianum ab Antonij militibus petitus est, & Popilius Lænas (quem aliquādo Cicero in Val. Ma Senatu defenderat vt patronus) prominenti ex le- xim. libr. etica præbentiique immotam ceruicem caput am- s. cap. 3. putauit, & ab Antonio inter duas manus in rostris positū fuit, quo loco orationes in Antoniū pronuntiarat Cicero. Hac de re sic conqueritur Seuerus Cornelius:

Hoc refas Mar-  
tialis epig. 70. lib. 5.

Abstulit una dies eui decus, illaque luctu  
Centicuit Latia tristis facundia lingua  
Vnica sollicitis quondam tutela salüssque;  
Egregium semper patria caput: ille senatus  
Vindex, ille fori, legum, ritusque, togæ que:  
Publica vox seuis eternum obmutuit armis:  
Informes vultus, sparsamque cruento nefando  
Canicems, sacrâsque manus, operumque ministrae  
Tantorum, pedibus cuius proiecta superbis  
Proculeauit ouans: nec lubrica fata, deosque  
Respxerit, nullo luet hec Antonius suo, &c.

Vide Sabellic. Ennead. 6. lib. 8. Crinitum cap. 8. lib. 1. & li. 16. ca. 10. de honesta disciplina, quo loco meminit facinoris huiusc Antoniani, vel potius insolentie plusquam nefariae insani huius hominis iugatos leones ad cutrum iungentis. Et hoc quidem certè sat nobis intelligi datur, nullam esse tantam vim aut conatum, nullius tam præfractam vocem & sententiam, quæ non coereri aut edomari queat. Quoties enim vel libertas vel vittus oppressa, & quasi sopita est tyrannorum violentia? vltro sese offert exemplum illud memorabile Thomæ Mori Angli morte indignissima perdit, qui animum bene sibi conscientem retinere potuit, at eadem ratione sui

principis furorem compescere nec potuit, neque fas est duxit, ut ea de re multum esset sollicitus. At ut ad Ciceronem reuerteremur, Cæsare in Senatu confosso, quod nimis suspicarentur eum velle tyrannidem occupare, candide omnino potestiam affectauit Antonius, quanquam moribus & vita in studio dissimilis: cui aperte omni contentione animi restitit M. Tullius, & platiique alij nobiles Romani, quos proscriptis Antonius, ex iisque multis curauit interficiendos. Quod non dissimulat Cicero 2. Philipp. cum ait: Doletis tres exercitus populi Romani interfectos? interfecit Antonius: auctoritas huius ordinis afflcta est? afflixit Antonius: desideratis clarissimos ciues? eos quoque eripuit vobis Antonius: omnia denique quæ postea vidimus (quid autem malum non vidimus? si recte ratiocinabimur, vni accepta referemus Antonio. & deinde subiecit: Versatus in bello est, saturauit se sanguine dissimillimorum sui ciuium. Itemque 3. Philipp. ait eum in hospitis testis Brundusij fortissimos viros, ciues optimos iugulani iussisse, quorum ante pedes eius mortientium sanguinos uxoris respersum fuisse constabat.

Romanum eloquium) τὸν ἔχοντα Romanum principem eloquentiae vocatur Cicero, ut etiam disertus artifex Reipubl. administrandæ à D. Augustin. Plin. senior eum sic lib. 7. cap. 30. salutat: Salve, inquit, primus in toga triumphum, lingua que laudeam morite, &c. patriæ pestis acerba fuit. ) ἀντερα προσωπικα.

ambage haec signis &c mutis demonstrationibus eiusmodi. Leones enim iunxit, ut significaret se fortissimos quosque sub iugum misisse. Leo siquidem in Hieroglyph. fortitudine, robust & alia multa signat. Qua de re Pietius Valerian. libr. 1. Ambages autem primaria significatione pro verborum circuitu, & sententiarum aliquot sum tortatum ductu accipi solet  
at hic,

at h̄c, quantum coniicio, schema vel pompam, aut fastum insolentem designat, quo tacitè quid sibi vellet, innueret Antonius.

## Gratiam referendam.

30.



Aero insignis pietate Ciconia nido,  
Inuestes pullos pignora grata souet.

*Confessio vangelica  
apostoli*

Taliaque exspectat sibi munera mutua reddi,

*Zig Antonius vescivus  
4. 16*

Auxilio hoc quoties n̄ater egebit annis.

Nec p̄ia spem soboles salit, sed fessa parentum

Corpora fert humeris, præstat & ore cibos.

Omnibus in confessio sat est, quantum parentibus  
debeamus, nisi ab omni humanitate desciscere velim-  
us. Siquidem non homines modò arcano quodā  
sensu pietatis in parentes, sed & animantium quā-  
dam, à quibus abest ratio, admonētur. Ciconiæ enim *Solin.ca.*  
quantum temporis impenderint fecibus educandis, *43. Poly-*  
tantum & ipse à pullis suis inuicem alūtur. Quam-  
obrem Ægyptij cum significaret hominem qui pa-  
tris haberet curam, Ciconiam & Cucupham depin-  
*bist.*

gebant, quod hæ soleant genitoribus senio confo-  
ctis eodem modo gratiam rependere, quo ipsæ fue-  
rint educatæ. Iis enim nidum patant, pennas velli-  
cant inutiles, & pabulum suppeditant; idque quoad

*Liber. 17.*

*Hierogl.*

resumptis pennis sibi ipsi queant sufficere. Quam-  
obrem hæ & pietatis & grati animi symbola gerūt,  
vt videre est apud Pierium Valer. Pudeat nos hac in-

re inferiores, aut etiam deteriores aibus esse. Profe-  
cto eo lubentius & alactius naturæ debemus red-  
dere quod mutuò accepimus, vt pote vitam eorum

conseruare tutarique, qui nostræ vitæ fuerunt auto-  
res, quò nobilior est nostra conditio. Nobis etenim  
ætate decrepita iam compressis; ideoq; debilionibus

factis, itidem liberi nobis restituent. Porro non est  
quod pluribus hasce naturæ leges inuestigemus,  
quandoquidem omnes norint post tria illa, quæ ad

diuinum cultum spectant præcepta, primum rerum  
humanarum decretum esse, vt parentes ipsos vene-  
temur, cui &c adiecit ille rerum omnium opifex, vt  
vita diuturniore fruamur, quasi philtrum aliquod  
commodissimum ad animorū nostrorum excitandam  
tarditatem. Euolue Cælium lib. 11. cap. 17. &

lib. 23. cap. 34. D. Basil. eis τις ἔγαγεν oration. &  
Etasmi. in proverb. αἰνητλαργεῖν. Si vacat, etiam con-  
sule Platon. in fine Alcibiad. 1. Arist. hist. animal.  
Plin. lib. 10. cap. 23.

*Aëris nido*) alto, ex subiecto adiunctum μετρι-  
μικῶς. vt apud Virgil. 1. ecloga: Nec gemere aëria  
cessabit turtur ab ulmo. & 3. palumbes eadem ra-  
tione dicuntur aëriae.

*insignis pietate.)* Petronius Arbiter ciconiā pietati-  
cultricem appellauit, hinc in numis Adriani sculpta  
est cum inscriptione, PIETAS AVGVSTA. Re-  
ges etiam antiquitus summo in sceptro ciconiæ  
gestabant effigiem, in imo hippopotami, ait Sui-  
das, vt admonerentur pietatēi plurimi esse fa-  
ciendam,

ciendam, saevitiam & crudelitatem cohibendam.

*inuestes) impuberis, & quibus propter tenera etatem nulla pars corporis pilat, ait Nonius.*

*pullos, pignora.) Appositio, liberi inter virum & uxorem tanquam vinculi & charitatis mutuorum habentur pignora. Ouid. 3. Fastor.*

*In quo sinu natos pignora chara tenent.*

### Abstinentia.

31.

*Marmore & in tumulis una stat parte columna.*

*Vrceus, ex alia cernere malluum est. quod inde in dico  
Ius haec forma monet dictum sine cordibus esse, ex iudicare videntur  
Desunt puras atque habuisse manus. Coros. 1.1. De muf-  
fis. omni. ind.*

Hæ sunt iudicis æquissimi note, quibus post mortem vel maximè celebretur. Siquidem vrceolus vel aqualis una tumuli parte, malluum cum mantili in altera depictum, arguit sepulti hominis in administranda iustitia æquitatem & innocentiam. Quæ virtutes ut iudicem quenque maxime commendat, sic ab eo si abcedant, non iudex sed impius & inhumanus carnifex habendus est. Reclamat enim aduersus iniquos iudices, & diuinæ & humanæ constitutiones, quod in Republ. bene liberaliterq; instituta nihil debeat incorruptius obseruari quam iudicium, quod lingua sœpius quam nummis peruerteri solet. Quamobrem non iniuria Cicero dicebat se non intelligere, cur qui sententiam pecunia corrumpit, pena dignus sit, qui autem oratione, laudem ferat. At præcipue iudicis est nec muneribus, nec affectibus priuatis ab æquitate dimoueri; debet enim ipse perpetuò meminisse Deum habere se iudicem, cuius oculum nihil effugere aut præterire possit. Adhæc, quantum ad symbola proposita spectat, malluum & vrceus integratam iudicis, & à mu-

peribus capiendis abstinentia representat. Manum siquidem ablendarum gestus olim fuit innocentia quædam aperta demonstratio. Cum enim quis se insontem & immundem à crimine aliquo vellet indicare, sed nec ullum in eo admittendo assensum praebuisse, presentibus quibusdam manus abluebat, ut ex ea manum mundicie puritatem animi declararet. Huc quidem spectat illud Psalmographi, *Lauabo inter innocentes manus meas*, idemque est intellectum à peruerso nostri Redemptoris iudice Pilato,

*Cassiod. ep. 19. ad fin.* cùm accepta aqua manus abluit innocentiam professus crimenque in Iudeos reiiciens. Quod annotauit *3. lib. elocutionum sacrarum scripturarum* Jacobus Gauschelius, & diligenter *li. 35. Hieroglyph. Pieritis Valerian.*

*Vrceus* vas terreum aut æneum ad aquam excipiendam, aut hauriendam. Malluum autem sue pollubrium vas est sive lebes ad manus abluidas, quasi manulauium.

*Ius diellum* Judex, ut vult Varro, iuncto verbo dicitur qui ius dicit. Ius autem dicere ipsorum est magistratum. Cicerô pro Flacco: Qui anno ante ius dixerat. idem ad Atticum: Quippe ius Laodiceæ me dicere cùm Romæ Plotius dicat. & *10. Antoniana*: *Qui cùm prætor urbanus esset, urbe caruit, ius non dixit.*

*Tunc omnes iudices, legatosq[ue] defensiones, volum facijsme cognitatis aliorum, Bonis Meltus cum la coporum, si rorū criminis in iudiciale non inveniāt  
haec se spēdāt a voln  
ad egenib[us]. 144.*

Bonis à diuitibus nihil  
timendum.

~~123~~ 32. f.



Alequod Mar-  
rag. ad Kgr  
dopt. 273  
6. 10.

Iunctus contigo Marius mihi pariete, nec non  
Subbardus, nostri nomina nota fori,  
Aedificant bene nummati, sat aguntq; vel ultrò  
Obstruere heu nostris undique luminibus.  
Me miserum! gemina quem tanquam Phineas raptam  
Harpiae, ut proprijs sedibus ejciant.  
Integritas nostra, atque animus quæsitor honesti,  
His nisi sint Zethes, his nisi sint Calais.

Querela est de duobus suis viciniis, qui ædifican-  
do luminibus suis officerent, sicque ab eis importu-  
nè fatigetur, ut olim Phineus ab Harpyis, ut parum  
absit quin à proprijs ædibus expellatur, nisi succur-  
rat animi probitas & integritas. Sic enim viri boni  
sæpenumero à domino suo deturbâtur legibus ipsis  
violatis, nisi æquanimitate, vel potius numinis aliquo  
ariete vindicentur & releuentur.

(pariete) Procelesmaticus dactyli vice.

Obstruere nostris luminibus.) Obstruere luminibus  
vicini,

vicini est structuram aliquam iuxta eius ædificium facere quæ lumen eidem eripiat. Budæus Annotation. prior. in Pandect. obstruere luminibus verbū ait esse antiquum iuris. vnde Cicero pro domo sua Cū ille negaret (inquit) primo se luminibus eius obstructurū minabatur. Lege prouerb. apud Erasmus. Officere luminibus. \*

*gemina quem tanquam Phinea raptant Harpyia.* Hesiodum sequutus duas tantum harpyias statuit. Virgil. trium meminit, quarum nomina Aello, Ocy-  
pete & Celæno. singuntur volucres monstrosæ , fa-  
cie virginea, vnguis vultu res referentes, ~~τέ το επάρχειν~~, à diripiendo dictæ: vnde Suidas ait ~~αφπαχτυσσεις δαιμονιας ειναι~~. Sic se autē habet fabula. Phineum uxorem duxisse Cleopatram Boreæ & Orithyie filiam tradunt, cumque alteram nomine Idæam Dardani filiam superinduxisset, eius nefario suauis filios ex Cleopatra susceptos excæcauit; qua de causa dicitur & ipse à dijs excæcatus, in eumque missæ harpyiæ , quæ cibos & mensam eius ditiperent & turpissimè fædarent. Quod vero Zethes & Calais cum Argonautis Colchos proficiscentes à rege Phineo suscepti fuerunt honorificè, vt eum hac intole-  
rabilis molestia leuarent, harpyias magna dexteritate pepulerunt, & in Plotas vsque insulas persecuti sunt. Cætera ex 3. Æneid. Virgilianæ, 6. & 7. Metam. Ouid. petes. Vide etiā Val. Flaccū 4. Argonaut. Sed quoniam nobis proposuimus fabulamentis ipsis al-  
legoricas enarrationes adiicere, nō videbitur à te alienum, si explanemus quid harpyiarum nomine intel-  
ligatur. Sanè vt vis nominis indicat, harpyia rapaci-  
tatē exprimit, vnde harpax & harpagare verbū apud Plautum . Fulgentius ait ideo virginis singi quod  
rapina omnis sterilescat, nulliusque sit frugis. Vol-  
cres propter celeritatem qua feruntur, qui rapiunt  
plumis opertæ , quod latitet quicquid ab ijs eruscari

virgines

volucres


est. tres verò quoniam primò aliena expertuntur, cui succedit inuasio, & postremò absconduntur. hinc enim nomina ē re facta, Aello, tanquam ἄλλα, tollens alienum: Ocyptete, citius auferens: Celænum verò nigrum. Sunt qui per tres harpyias, avaritiam, inuidiam & superbiam intelligi velint. Opinor autem hic Alciatum de industria duarum tantum meminisse, vt ad rem suam accommodaret. Ille quidē 2. prætermissoꝝ ait harpyias ira tonantis aduersus Phineum impulsas à Poëta fangi, quod quæcunque maxima oriantur mala, iræ diuinæ soleant ascribi: & Theophrastus hasce tempestates, sterilitates, & alia generis eiusdem, quæ non vitio terræ, sed celitus proueniunt, δοτὴ τῶν αἴρουσιν αἰρίας appellat, id est causam Deorum numine vrgentem. Si plura de harpyis requiras, consule Syntagma 6. historiæ Deorum Gyraldi.

*Integritas nostra, &c.*) Accommodat fabulam. Propriis ædibus cedere cogar & his expellar, nisi mentis integritate & honestate vindicer, tuterque, vt olim Phineus Iethe & Calai adolescentibus fortissimis.

+ C. in Bonto: Ut sotz cōcūs sorbentis  
(do p̄sileto a t̄gud-toquatum) Signa  
intendit sotz p̄t seho apachos ong bontat, in  
mīnōr accūmīn, offiort ḡyōwugus olates  
k̄z allatndus vñnes sotz, quod doy l̄ys  
deuissone: se- cativo l̄mīnibz l̄yfusq; it  
per iſheng q̄p̄t oyygadat alius vñ.

NW q̄ ad ſe Corrad. ſebel quæd.  
Jol. 120.

do p̄sileto  
mīllo'gū zeben 2 ḡm. Tugric. 25.



Que te causa mouet volucris Saturnia, magni  
 Ut tumulo insideas ardua Aristomenis?  
 Hoc moneo, quantum inter aues ego robore presto,  
 Tantum semideos inter Aristomenes.  
 Insidiant timidæ timidorum busta columbae,  
 Nos aquilæ intrepidis signa benigna damus.

Hoc ex epigrammaton. Græcorum libro quo  
 sub nomine Aristomenis Imperatore Carolinu[m]  
 celebrat, alluditque aperte ad aquilam quam in tunc  
 habuit & imperiali stemmate, quæ fortitudinis no-  
 tam præ se ferat. Ea enim viri dignitas & exercitu-  
 bus præcellit: ita ille principes alios & fortitudine  
 & splendore nominis longe antecedit. Epigramm  
 est Antipatti, quod hue adscriberet non piget;

ὅρη διὸς κρονίδαιος διάκτορε, τε δὲ χάρην ἔστι  
 πορφύρας ὑπὲρ μεγάλας τύμβου ἀριστούσης;  
 οὐ γένος μεγάπεπον οὐδὲ ἔρενθοσον ἀριστος  
 οἰκανῶν φύσης, πόσσον οὐδὲ κατέων.

δειλαὶ τοι φενοῦται φερόσαν πίλεται.

ἄπος δ', αἰ γέρττας οὐδέρσι τετρόμεθα.

Hoc sic reddidit Vrbinus Vetus, vñetiam cum versione Alciati conferas, si lubet:

Nuncia fare Iouis præque volatibus ales,

Cur magni ad tumulum fidis Aristomenis?

Hac homines moneo, volucrum quantum optima vius.

Tantum hic heros optimus inter erat.

Stiparint pauidæ timidorum busta columba,

Ast ego delector fortius usque viris.

Volucris Saturnia) quasi dixeris Iouiana, nam &

Iupiter dicitur Saturnius. Virgil. in 4.

Nec Saturnius hac oculis pater accipit aquis.

Sic apud Homerum multis in locis ερωύσις.

magni Aristomenis) ἀερωδίης optimæ mentis hominem sonat, ait Pindari Scholiafestes, & Pausan. in Messenice. eum Græcorum omnium optimum, Apollinis oraculo iudicatum refert, quod & alicubi confirmat D. Hieronymus. Vir fuit admirandæ planeque stupenda dexteritatis, qui de Lacedæmonijs victorias nobiles retulerit, à quibus bis atque iterum captus, mirabiliter evaserit. sed tandem ab eisdem occisus, execto eius corpore(videndi causa) cor hirsutum est repertū. Plin. lib. 11. cap. 37. Val. Maxim. lib. 1. cap. 8. Cælius 17. cap. 9. Crinit. 13. cap. 7.

*dis Chrys.  
erat. 35.*

Quantum inter aues) Collatio parium.

Semideos inter) Semidei sunt Heroës illustres, & nobiles viri, qui quoniā ad deorū immortaliū natūram quamproximè accesserunt, ab imperita plebe & poētis ipsis (qui vulgarem opinionem velis remisque consecrati sunt) in numerum deorum relati creduntur. Hinc illud Hesiodi:

Zεὺς ερούσις ποινος διεγιότερον καὶ ἄπειον *De Geron. vid.*  
αἰδοψις ιερότερον θεού γένους, εἰ καλέσονται *μηδεμάντης Saturnus*  
ἱεροτεοι. — Ouid. 1. Metamorph. *Génesi fol. 7. 5.*

Sunt mihi semidei sylvestria numina Fauni. & Statius

tius in 2. Reges semideos appellat. Lege Alexand. ab Alexandro lib. 2. cap. 14.

*In sideant timidae, &c.) Columba pro trepidatione & timiditatis symbolo ponere vulgatissimum est, nam & nomen illi apud Grecos Σέργος hoc idem significat; deducitur enim à τρέπειν, quod est trepidare. Homerus enim sic:*

*Δειπνοί τε Βάθης Σέργοι μελείσιν ἔργον ὄμοις, hoc est,  
Ut fugient Ha pauidē gressu similes abiere columbus.  
Pierius Hieroglyp.lib.22.  
aq[ua]l[is], lioni busta) sepulchra.Iuuen.Satyr.3.  
portandum ad busta cadauer.*

Ouid.Fastor.5.

*Compositique nepos busta praebat avi.*

*& Virgil. semiustaque seruante Busta.*

*Mortuorum cadauera olim cremabant & cinetes, quæ religiosè asseruabant, busta dicebantur, quasi combusta. Cicero tamē 3. de legib. bustum pro monumento accipit, ut & Suetonius pro sepulchro.*

*Nor aquila.) Aquilam Romanorum (totius orbis olim domitorum) insigne fuisse quamplurimi auctores habent, quod in superioribus attigi. Vide Alexandr. ab Alexandri. li.4.ca.2. Pierium Hieroglyp.19. & Iunium Animaduersorum, lib.3.cap.2.*

*αἱρετονον γνω̄  
συζητον τὸν φόνον Αὐτέχου καὶ αὐτέχε.*

34.

*Et toleranda homini tristis fortuna ferendo est,*

*Et nimium felix sape timenda fuit.*

*Sustine (Epictetus dicebat) & abstine. oportet*

*Multa pati, illicitis absque tenere manus.*

*Sic ducis imperium vincitus fert poplite taurus*

*In dextro: sic se continet à grauidis.*

*Duobus his verbis, αἴρετος καὶ αὐτέχε, Philosopho Epicteto familiaribus, tota bene viuendi ratio comprehendit.*

prehendi potest. Primo siquidem ad patientiam adhortabatur, qua quisq; discat tum aduersos fortunæ successus, tum etiam laborem æquo perferre animo: altero abstinentiam esse ab omni luxu, potissimumque venereo præcipiebat. Quæ duo præcepta duobus hisce verbis comprehensa, sic eit persequutus Horatius:

*Qui studet optatam cursu contingere metam,  
Multa ruit fecitque puer, fudauit & alsi,  
Abstinuit Venere & vino. —*

In tolerantia potissimum constans hominis animus agnoscitur, quando scilicet malis non cedit, sed contraria audentior appareat. Vnica siquidem constantia hominem ab hominum communi saepe differentem maximè, & longè nobiliorem facit, quandoquidem, ut cecinit Prudentius, omnibus aliis virtutibus, & societatem & auxilium suum fortis patientia misceat, virtusq; omnis vidua sit quam non patientia firmet. At quantum conducat abstinentia, quantasque habeat vites, pleni sunt auctorum libri, plena antiquorum monumenta. tam enim latè patet, ut per omnia omnium virtutum domicilia fere locum sibi suo iure vendicet. Hinc apud Lactantium triplex est virtutis gradus: primus est à malis operibus abstinenre: alter à verbis malis, tertius à rerum malarum cogitatione. Sed ut citius ad scopum perueniamus, quemadmodum Patientia & Abstinentia duæ virtutes sunt præ ceteris vtiles, sic iis opposita duo vitia, Intolerantia nempe & Incōtinentia multò omnium grauissima, & exitiosa maximè dicebat Epictetus ( teste Gellio lib. 17. cap. 19.) nempe cum aut iniurias quæ sunt ferendæ, non toleramus neque ferimus: aut à quibus rebus voluptatibusque nos tenere debemus, non tenemus. Itaque, inquit, si quis hæc duo verba cordi habeat, eaque sibi imperando atque obseruando curet, is erit plerunque impeccabilis,

bilis, vitamque viuet tranquillissimam. Verba duo  
hæc dicebat, εἰς τὸν ἀπόχειρα. Haec tenus Gellius. Al-  
ciatus, ut hoc intelligatur & quasi ob oculos ponatur,  
~~τηλοποιία~~ adiecit, nempe taurū roboris excelsi  
patientissimum & abstinentissimum animal. Agyptij enim sacerdotes cùm fortem & temperatum  
significare vellent, taurum valetudinis integræ pin-  
gebant, ait Orus. Onerum enim & laborum omniū  
patientissimus est, ærumnas nullas detrectat, instat-  
que operi herili quantumlibet sed & abstinenſis est;  
quippe qui post vacce concepiū, cum illa nō coeat,  
testis est idem Orus lib. 2, literatum Hieroglyph. &  
Plin. libr. 8. cap. 45. Vide Pierium Valerian. lib. 3.  
Hieroglyphicon.

*Et toleranda homini, &c.)* Huic respōdet verbū αἱχσ.

Adhortatio est ad patientiā: cui simile Virgil. illud,

*Quaequid erit superanda omnis fortuna ferendo est.*

*Et nonnum faelix, &c.)* Nam iuxta Publij mimum:

*Fortuna cùm blanditur, captatum venit.*

tum enim maxime timenda est cùm valde prospera  
putatur. Hinc enim idem graphicè,

*Fortuna uitrea est, que cum splendet frangitur. +*

*Epidetus* Stoicus fuit, natus Hierapoli Phrygiorum,  
eius quidem morum & vitæ tanta fuit admiratio,  
ut lucerna eius fæciliis tribus drachmarum milibus  
penderetur. Scripsit Enchiridion multis vndeque pa-  
radoxis refertissimum.

*Illicitis absque* pro, absque illicitis, αἱτεσεφη.

*Sic duci imperium, &c.)* Agyptij cùm vellent in-  
dicare hominem modestum, & qui facile posset à  
male factis auerti, taurū genu dextro illigatum pin-  
gebant. Si enim dextro genu illigitur, mansuetum se  
præbet & vincula consequentem. Pierius eodē li. 3.

*Poplite* poples, genu est curuatura, pars genu oppo-  
site. Lucan. — nisi poplite lapsa

*Vltima curvati procederet ungula tauri.*



Scire cupis dominos toties cur Thessalis ora. Sed ferum. 44.  
 Mutet, & ut varios querat habere duces? Habent reges. 5.  
 Nescit adulari, cuiquam ue obtrudere palpum: Tupus iumentorum.  
 Regia quem morem principis omnis habet. Relacione. 22.  
 Sed veluti ingenuus sonipes, dorso excutit omnem, Miseranda. 24.  
 Qui moderari ipsum nesciat Hippocomon.  
 Nec senire tamen domino fas: ultio sola est,  
 Dura ferum ut iubeat ferre lupata magis.

Innascitur plerunque popularis rebellio, vel ob  
 iniquam magistratus administrationem, vel intole-  
 rabile principum tyrannidem. accidit enim plerun-  
 que principi rerum egendatum ignaro, quod equi-  
 soni, qui dum equum alioqui violentum moderari  
 nesciat, nec cum sit opus aut freno, ut sistat; aut cal-  
 caribus, ut inciter ad cursum, teneat, excutitur facil-  
 lime, iisque ex eius manu equus eximit. eodem mo-  
 do princeps importunus & in suos plus æquo fa-  
 uientes, vel etiam omnino regnandi imperitus, vulgi  
 animos in se concitatos habet. Eam ob causam di-

cebat Aristippus bene cesturum regi vel principi , si equitandi artem recte calleret : etenim si alias disciplinas disceret , id quidem hominum opera & vigilis effici , qui tamen verum dicere ne quidem audet , utpote odiosum & molestum principibus , qui cum deliquerint , argui nolunt : at equitandi peritiam princeps non modo ex hominibus , sed ex equo didicit qui adulati nesciat , ut homo , nec certe blandiri ut parasitus aut scurra . Si enim vel ipse princeps equum , ut decet , non rexerit , errorem statim equus eum vindicabit , suumque sessorem nullo habito personae delectu deiciet . Setiò itaque prius ars haec addiscenda , aut se se indignum reputet qui in tanto dignitatis gradu sedeat . hoc certe praeceptum alicubi à Plutarcho literis consignatum memini ad hunc sermè sensum : Qui equos domant , ijs primūm ad blandiuntur , ac mollissime tractant , ut assūescant fræno : sic popularis multitudo lenitate retinenda & excipiēda ei qui diu in pace regere cupiat . huc respicit apophthegma Scipionis Africani maioris , quo regi Antiocho pacem cum Romanis iniuste cupienti exprobavit non esse tempus , quandoquidem rex ipse perpessus esset lupatum & hippocomonem .

*Thessalis ora)* Regio Thessalica , id est , ipsa Thessalia . *obrudere palpum* ) prouerb . Plautinū , pro eo quod est arte doloque fallere , siue adulari . hinc palpones dicuntur adulatores . Translatio ab equis onibus qui refractarijs equis vel manuū plausu vel linguae palpo blandiri solent . Lege Chiliad .

*sonipes* ) equus velox & superbus , à sonitu pedum sic dictus .

*Hippocomon* ) ab equis ornandis seu componendis , ut etiam hippocomius ab equis instruendis fucato colore , robur inani sagina mentiētibus , ut ait Quintilian . & Alciat . noster Comment . in tres poster . lib . Cod .

*Nec sœuire tamen domino fas* ) Clementia principem  
maxime decet, nihilque debet esse ab eo tam remo-  
tum quam nimia censuræ seueritas. quod si cogant  
iura & leges in facinorosum aliquando sœuire, id ef-  
ficere debent non quidem personæ, sed vitij odio.

*lupata) fræna apertrima, quibus equus ferocios*  
coeretur. Ouid. i. Amorum:

*Asper equus duris contunditur ora lupatis.*

Obdurandum aduersus vrgentia. 36.



*Nititur in pondus palma, & consurgit in arcum;*

*Quo magis & premitur, hoc mage tollit onus:*

*Fest & odoratas, bellaria dulcia glandes,*

*Quae mensas inter primus habet honos.*

*Ipuer, & reptans ramis has collige: mentis*

*Qui constantis erit, præmia digna feret.*

Admonemur non esse cedendum fortunæ tem-  
pestuosis ærumnis & iniurijs alioqui ferocibus, sed  
firmiter obduratum, ut perpetuo monitori illi Vir-  
giliano in his omnibus quæ sinistre cadere possunt,  
assentiamur:

Tu ne cede malu, sed contrà audientior uo  
Quò tua refortuna sinet. —

Sic enim animus noster tum fructuū virtutis honestorum dulcedine sicut auctior & locupletior, tum maiori laudum cumulo commendatior. Itaque rebus in agendis proposita semper debet esse constanza, quæ sit æruminæ cuiusvis firmissimū condimentum. Ad id explicandum palmam proponit, cui si pondera magna imponas, ac tam grauiter vrgeas & oneres, ut oneris magnitudo sustineri nequeat, non deorsum illa cedit, nec intra flectitur, sed aduersus pondus resurgit, & sursum nititur. Idcirco in certaminibus suis victoriæ signum quamplurimi prodidere, hinc vulgatum satis adagium, Palmam ferre. Vide Gellium lib. 3. cap. 6. ex Plutarch. 8. Symposiac. & Plin. 16. cap. 42.

*odoratas glandes*) odoriferos dañilos.

*bellaria dulcia.* ) πίματα vel περιήγητα, suntque omnia ea quæ secundis mensis apponi solent. Gellius lib. 13. cap. 11.

*mensas interdias εργα*, pro inter mensas.

*reptans*) nitens &c descendens, μέτρα τοξε.

*mentis qui constanti erit, &c.*) γνώμη, quæ complebitur totius emblematis sententiam.

*Aeneas. Non  
vales tu.*

Omnia mea mecum porto.

37.

Hannus inops, Scythic: q; miserrimus accolam ponti,

Vstus perperno livida membra gelu: *ff. 30 verso et 31 recto*

Qui Cereris non novit opes, nec dona Lyæi, *ff. 24. 25*

Et preciosa tamen stragula semper habet: *lib. 34. 35*

*Nam murinae illum perstringunt undique pelles:*

Lumina sola patent, cetera opertus agit.

*Sic furem haud metunt, sic ventos temnit & imbræ;*

Tutus apudq; vires, tutus apudq; deos.

Signifi-

*De pondestate genitrix prius. Quod videlicet genitrix.*

EMBLEMATA.

135

Significat animum hominis pendere non debere ex his quæ caduca sunt & fortuita, utpote quæ sollicitudines & cruciatus infinitos pariant, sed ea tantum debere esse satis quæ benigna natura sit elargita, vel quæ ab ingenio promanant. Vel intelligit paupertatem vbiunque terrarum etiam si ab omnibus penè miserrima censetur esse tutam & securam. Quā ad rem describit Hunni Scythici hominis ceterorum iudicio pauperrimi conditionem, ut ex eo concludat, tutores esse opes & possessiones quæ in nobis insunt, quam quæ petuntur aliunde. Genus hoc hominū sic describitur ab historicis: Pannones initio eam terram tenuerunt, Petones olim dicti, inde Hunni habuere, gens Scythica. Mox Gotthi ex insulis Oceani Germanici profecti, post Gotthos Longobardi, nouissimē Hungari ex alia Hungaria Scythica egessi, quæ non longe à Tanais ortu extat, & Imbra hodie dicitur: misera adhuc regio, utpote quæ sit sub cælo frigidissimo, duci Moscoviæ tributaria, non tamen aurum, argentum sive quibus omnino carent, sed preciosas animalium pellies fabellorum scismorumque pendunt homines. Non arant, non seminant, neque panes habent: ferarū catnibus & pisibus vescuntur: aquā potant, sub tugurijs ex virgultis cōtextis inter densas sylvas humiliter habitant, unde fit, ut homines sylvestribus feris commortantes, vestimentis se nō laneis neq; linceis induant, sed pellibus nuper aut lupo, aut ceruo, vrsouē detractis. Nullius ipsis aut auri aut argenti usus: Lac & mel in cibatu frēquēs: cōtra frigora & rigores ferinis pellib⁹ murinisq; corpora cōmunibant. Cōsule Iustin. li. 2. *accola*) incola qui aduentitius terram colat.

*Vtius perpetuo gelu) Vrere etiam frigoris est. Virgil. i. Georg.*

*Boreæ penetrabile frigus adurit. & Lucanus:*

*Vrabant Montanae nives. —*

Cornel. Tacitus lib. 13. Ambusti multorum artus  
vi frigoris. & Fest. Pompeius libr. 14. ait primum  
nomen inde accepisse frigus, quod fructus nempe ac  
virgulta periret. ★★

*Qui Cereris non nouit opes* ) qui usum panis atque  
vini non habet.

*Lycii Bacchi*, id est, vini, *λύκιον* sic dicti, quod  
hominum membra & animos dissoluat, ut omnes  
satis norunt.

*stragulae* vestimenta, pallia. pro lectorum oper-  
toriis alias.

*murina pelles*) è murice pīce marino, cuius sanguine  
fit purpura.

*Sic furem haud metuit, &c.*) Sic sane nemo potest  
non beatissimus esse, qui est totus aptus ex se, quiq;  
in se uno ponit omnia: cui autem spes omnis & ra-  
tio & cogitatio pender ex fortuna, huic nihil potest  
esse certi, nihilque quod exploratum habeat, per-  
mansurum sibi, ne unum quidem diem, ait M. Tull.

*Huc reges & Sabet Navaray. in Arg.*  
*Rhetor. fol. 121.*

*Concor-*  
*a Seneca epist. 14. 161, Cuiuspiacentur portae quae*  
*quoniam a vulgo aliis esse personae sunt.*  
*Vix in eis venient, Ad viam eorum*  
*cofugiantur et.*

\* \* Ord. 3. Reth. fol. 12.

*Plurima mox ergo leviorum personarum usum*  
*Ustus ab astute frigoris potius sacer-*  
*tolay ad. Lib. fol. 4. - astuta frigoris personarum u-*

## Concordiae symbolum.

38.



Cornicum mira inter se concordia vita est,

*Ad. Min. ad Nag.  
cap. 1.*

Mutua statim illis intemerata fides.

Hinc volucres haec sceptra gerunt, quod scilicet omnes

Consensu populi stantq; caduntq; duces:

Quem si de medio tollas, discordia praecipit

Aduolat, & secum regia fata trahit.

Principibus & regibus hęc vna debet cura inesse, vt  
popularein concordiam à rixis omnibus & conten-  
tionibus omnino semotam foueant, & quantum in-  
se est, retineant. Eam enim concordiam regis pot-  
estatis & auctoritatis cōseruatrixē hic facit, adhibita  
cornicum, quæ sceptrum sustentent, eicone. Maxi-  
ma itaque debet esse regum prudentia & moderatio  
in eorum quibus præsunt, amore fouendo & mo-  
dis omnibus persequendo, si modō sibi bene velint es-  
se consultū. Meminisse siquidem debent imperium  
fuum pendere à populari consensu. Quod ne sic  
molestum exemplis hinc inde conquisitis confirma-  
re, tantummodo repetā quæ auctor ipsem in l.xv.

I. 5

comment.

comment. de verb. signif. attulit: Principio rerum omnium, inquit, non diuina iussione, sed ex populi consensu reges assumpti sunt: quod & post Romani imperij occasum seruatum fuit, cum Carolus Magnus a populo Romano Augustus electus est, & a Pontifice Leone sacro oleo inunctus: quod ius populi hodie Gregoriana lege in septem Germaniae Prelates translatum est. Sic & Franci Chilperico electo, q̄ regno non esset idoneus, Pipinum ~~successorem~~ consilio substituerunt. Et cum Pipini proles a maioribus degenerasset, rursus Odonem, mox eius fratrem Robertum, & deinde Roberti nepotem Hugonem ad summum fastigium euexerunt: Is Hugo est, qui vulgo Capetus dicebatur, vnde oriundi sunt qui etiam Francorum rebus moderantur. Et quod de maximis hisce regibus, nimirum Romano & Franco dictum est, idem & in inferioribus obseruatum fuisse, qui historicos legerit, deprehēdet, vt meritò censem diuina lege eum iustum principem esse, qui ex populi consensu regnet; quod & Atiliot. tradit: qui vero in uitis dominetur, eum tyrānum esse. Vnde cum magna regna nō ex subditorum consensu, sed per violentiam primò constituta sint, merito D. Augustin. de ciuit. Dei 4. magna latrocinia esse dixit, adducto etiam piratæ cuiusdam exemplo, qui comprehensus, & ante Alexandrum Magnū adductus, cum interrogaretur qua causa mare traheret infestum: Quid tibi, inquit, vt orbem terrarum habeas infestum? sed quia id ego exiguo nauigio facio, latro vocor: tu quia magna classe, Imperator. haec tenus Alciatus. Adhac si veterum monimēta percurramus, facillimum erit obseruare, quam fluxa quamque lubrica sit principum gloria, qui nisi precario & populari nutu imperant, vt pote quorum nisi moderatum sit imperiū, quam cito siccè corruit. Aelianus refert Trysum insinem tyrannum suos adeò torsisse, vt legem tulerit

qua

qua nemo neque priuatim, neque publicē inticem  
 colloqui aut miscere sermones auderet. Quod cūm  
 subditus molestissimum fuisse, qui nutu oculorum,  
 manuumque gestu animi sensa cogebantur expri-  
 mere, id etiam voluit esse prohibitum, ut molestia  
 dolorem adiceret intolerabilem: qui spiam eorum  
 locum publicum petuit, qui multis lachrymis effusis,  
 alios etiam ad fletum prouocauit. Id cūm rescisset  
 tyrannus, in forum festinans, quō etiam id si posset  
 populo eriperet, flendi nempe libertatem, ciues com-  
 moti arma regis satellitibus extorserunt, & suum  
 tyrannum de medio sustulerunt. Eandem fortunæ  
 mutationem sensit Amasis Ægyptiorum rex. Cūm  
 enim plerosque ex suis affecisset suppicio, alios for-  
 tunis spoliasset, & in omnes insolētior atque super-  
 bior haberetur, imperium eius aliquantò toleratum  
 est, nimirum quoisque Actianes Æthiopum rex in  
 eum irrupit: tum enim odia occulta erupere, cumq;  
 multi ab eo descivissent, regno tandem est abdica-  
 tus, teste Diodoro lib. 2. cap. 2. Cæterum Cornices  
 haberi pro concordia symbolo tradidit Orus & Pie-  
 tius lib. 20. Hieroglyph. docte q; annotauit Hadrian.  
 Tunus in ipso Animaduersorum principio. Sceptrū  
 autem virgam regiam Hieroglyphicum regni esse  
 ex literis sacris trādit idem Pierius lib. 41.

*Mutua stāque illa.)* Priores editiones habent,  
*In' que vicens nunquam contaminata fides.*

Quam autem sequimur, correxit Bart. Anulus, &c.  
 alios quosdam locos quos posteā indicabimus.

*quod scilicet omnes, &c.)* Huc, ni fallor, videtur per-  
 tinere Horatianum illud, Ode 35. lib. 1.

*Injurioso ne pede prorvas*

*Stantem columnam: neu' populus frequens* *Amar. Marc. 16.*

*Ad arma cessantes ad arma rugentes q; impensis irroquicēs*

*Concūt, imperiumque frangat.* *notis premiderat.*

*discordia preceps aduolat.* *)* Discordiam Deā coluera  
 gentiles,

140 ANDREAS ALCIATI  
gentiles, quam eandem cum Ate (de qua postea) plen-  
rius volunt. Vide Gyrald. Syntag. 1.  
*regia fata; regis aut principis mortem.*

## Concordia.

39.



*In bellum ciuile duces cum Roma pararet,  
Viribus & caderet Martia terra suis:  
Mos fuit in partes turmis coeuntibus easdem,  
Coniunctas dextras mutua dona dare.  
Fœderis hac species: id habet Concordia signum,  
Vt quos iungit amor, iungat & ipsa manus.*

Marius cum in Romanos maxima clade fuerit,  
quos servare voluit, dextra porrecta aut salute data  
incolumes fecit, ut refert Alexander ab Alexandro.  
Attigimus autem in superioribus dextrarum con-  
iunctione olim fuisse fidei, & concordiae signum. Hinc  
enim conqueritur Æneas ille Virgilian. i. Æneid.  
— *cur dextra iungere dextram*  
*Non datur? quo pertinet & illud ex vndeclimo*  
*Æneidos:*

Lib. 2.  
cap. 19.

Gremia

Oremus pacem, & dextras tendamus inermes.

Cicero etiam pro Deiotaro: Per dextrā ipsam quam hospes hospitiū porrexisti. Fuit enim & hospitiū symbolum apud Syros & Persas. testis est idē Alexand. Libr. 5. Hinc & Romani Principum bene de Republ. meritorum statuas pedestres & equestres ita effinxerunt, ut dextra porrecta, fidem in Rēpubl. ostenderent. Itaque in ipso belli classico, & ciuilis tumultus furore ne amici cum inimicis absque discrimine premeretur, interpositum est eiusmodi fidei sacramentum. Hoc de symbolo Pierius lib. 3 c.

*Viribus & caderet, &c.)* Significat bellum ciuale, id-  
que videtur ex Horatij Epod. 16. Ode:

*Suis & ipsa Roma viribus ruit.*

Itaque consulor ille apud Antiochum Annibal rebus omnibus maturo iudicio perpenitus ait, *Romanos nunquam nisi armis sui vincere posse: nec Italiam aliter, quam Italica viribus subiugari.*

*Martia terra) Roma,* vel quōd fuerit studiis asper-  
rima belli, vel propter Romulum Martis filium, ut  
fama tulit, sic dicta.

*Symmet. epist. 14. lib. 1.*

Concor-

~~De bello romano~~  
~~notabili ap. script. Auct. Max~~  
~~wh. cap. 4. Cuius proprie-~~  
~~fati est in plaut.~~

*Martia terra) Mars habet sanguinem.*

*pulcherrimus maior qui sub domo Martia Roma*  
*Ovid. 3. Met. l. 7. Moxie Roma.*

*Id est*

*Corn. Tarr. lib. 2. Annal. fol. 282. Platin.*  
*& 287.*

## Concordia insuperabilis.



Tergemino: interfuerat concordia fratres,  
 Tanta simul pietas mutua, & unus amor:  
 Inuicti humanis ut viribus ampla tenerent  
 Regna, uno dicti nomine Geryonis.

Concordia, vinculum incolumentatis & pacis, tot  
 tantasque vires habet, vt vix ferè coēceri aut de-  
 vinci queat, etiam si præ se ferat nescio quid pusilli  
 aut débile, nempe ubi singulorum habetur ratio: Vi-  
 enim lapides quidā insulæ Cycladicæ (teste Plinio)  
 integri natant in aqua, fracti concidunt in fundum:  
 ita res publicæ discordijs pessum eunt & quamocyl-  
 simè collabuntur: concordi verò pace manet & per-  
 durant. Quod expressè docuit Scylurus ille Scytha,  
 cum moribundus ex telorum fasciculo colligato  
 & postea soluto, filijs inuictam concordiam incil-  
 cauit. Eam ob rem etiam finxerunt veteres Geryones  
 fuisse tricorporé aut tricipitem, quod vna cum fra-  
 tribus quos duos habebat, tanto amore tantaque fi-  
 de æuum traduxit, ut iij uno nomine Geryones dice-  
 rentur.

rentur, & vnicam regi animam & voluntatem inesse  
quanquam tres essent, communis iactabat opinio:  
quod sanè idem omnino videtur Iustino sub finem  
lib. 44. Nec enim moror quod alij id referant ad tres  
insulas Hispanie copiosissimas, duas nempe Baleari-  
des & Ebusi, quibus imperauit Geryon: sed neque  
quod Palæphatus ad Trinacriam, id est tricipitiam,  
ciuitatem in Euxino ponto malit conuertere, cum  
hoc nihil ad nostrum institutum pertineat. Cæterum  
aiunt Geryones ab Hercule vinci nunquam potuisse,  
nisi separatos &c à se disiunctoros. ex quo perspicuum  
fit, quam fortis & opportunus sit vnamis ille ani-  
morum, & volūtatum nexus. Vniuersi quippe con-  
cordes iniicti, qui singuli debiles, & nullius sunt ro-  
boris. Sic enim, ut philosophi loquuntur, vnitate virtus  
valentior est seipsa dispersa. Lege Pierium lib. Hie-  
rolyph. 32. cap. de Tricipitio.

Tergeminos) Lucretius lib. 5.

*Quid' ue tripedora tergemini quoque Geryona via.*

Virgil. 8. Aeneid.

— maximus ultor


*Tergemini nece Geryonis spoliu' que superbus*  
*Alcides aderat. —*

*uno nomine Geryon) Geryon vocabulum priscum*  
à gera deriuatum, quod est aduena, ut interpreta-  
tur Hieronymus. nam filius Prisci Hiarbæ Numidæ  
fuit: ergo adueniens classè in Hispaniam, Geryonæ,  
id est aduenæ nomen habuit. Vide Ioan. Annium  
de Regib. Hispaniæ capitib. 10. & 11.

*Vnum*

Vnum nihil, duos plurimum posse.

41.



Laet & genitum, genitum quoque Tydeos una,  
 Hac cera expressit Zenalis apta manus.  
 Viribus hic præstat, hic pollet acumine mentis,  
 Nec tamen alterius non eget alter ope.  
 Cum duo coniuncti veniunt, victoria certa est.  
 Selum mens hominem, dextræne destituit.

Nihil egregium nihilque magnificum perfici belle  
 potest, in his potissimum quæ belica negotia respi-  
 ciunt, nisi maturo cōsilio adiificantur corporis vites,  
 id est, nisi iuuenum robustiorum viuacitas, senum,  
 & eorum qui valeant experientia, ductu regatur.  
 Non enim solum viribus, aut velocitatibus, aut ce-  
 leritate corporum r̄es magnæ geruntur, sed consilio,  
 zatione, sententia. Proinde Sophocles:

οὐδεὶς αἴπερ ποτὲ τὸν ἀσπάσιον βασιλέα  
 οὐδεὶς τὰ δίκαια ποτέ πάτερ, οὐ καὶ οὐδέποτε.

Hominum quidem rationibus opera fiunt acen-  
 triuntur

triuntur: sed eas res cōsilia effecerunt, non manuum robur. Proponitur autē ἄγαλμα in quo sint expressæ & mutuo cōiunctæ effigies Vlyssis & Diomedis, quorum alter prudentia & cōfilio, alter vero firmitate virium pollebat, vnde multum profuit utriusq; industria, & laudata strenuitas in bello Troiano. Quō spectat proverbiū, ēst aīnē, ἀδεισ τίνη, Vnus vir, nullus vir: quo intelligitur quantum conferat mutuum auxilium in rebus arduis & alioqui difficultibus. Huc etiam referendum illud, σύντε δύ' ιπχ-μένο ex Iliad. Homericæ κ. Quam ob causam apud Aegyptios Mercurij gemini simulachrum sic effectū conspiciebatur, vt alterum senili esset vultu venerandum, alterum florente iuuentu, vt significanter eum qui Reipubl. munia obire rite velit, cum animi prudentia vires habere debere cōiunctas, quasi alterum alterius egeat adminiculo. Quod eleganti & succinētō hoc tetrasticho complexus est in Emblematis Hadrianus Iunius:

Uribus Cyllenius integris stat.

Iunius cum senio gravis.

Robur inuidum est, sapientia si

Firmes: qua sine concidit.

*Nam ignauit, molles  
Iunius, Junij adiug.  
55. Conclu. 3.*

Laertea genitum) id est Vlyssēm Laertæ & Anticleæ filium. hic rex fuit Ithacæ & Dulichij insularum, vir multiscius & astutus admodū, cuius nomine Odyssea tota Homeri confecta est.

genitum quoque Tydeos.) Diomedem Tydei & Deiphiles filium inter Græcorum duces fortissimos insignem.

Zenalius) Quis ille fuerit, adhuc clam me esse fateor ingenuē.

Solum mens hominem, &c.) Consilium vitibus destitutum parum conducit, sic ē contrario corporis robur consilij expers facillimē in præceps ruit. Isocrates in patænesi ad Demonic. πάρεν δὲ μὲν μὴ φεγ-

τίνοντες ἀδίκουεν, αἷς δὲ παύπτεις πλεῖστοι τοῖς ἔχοντες  
ἀγράφη· καὶ τὰ μητέρων σώματα τῆς ἀσκούσατοι ἐκόπινοι,  
ταῖς δὲ τῷ ψυχής ἐπιμελεῖαις ἐπεκόπιτον.

Firmissima conuelli non posse.

42.



Oceanus quamuis fluctus pater excitet omnes;  
Danubiumq; omnem barbare Turca bibas:  
Non tamen irrumperes per fracto limite, Cæsar  
Dum Carolus populis bellica signa dabit.  
Sic sacre quercus firmis radicibus adstant,  
Siccalicet venti concutiant folia.

Innuit ea vix confici aut labefactari posse, quæ firmis hærent radicibus, quæque vel longo temporis decursu, vel experientia notissima famam sibi pepererunt immortalē. Id autem fermè totum mutuatum est ex Epigrammate quodam Crinagori eis P̄. 64. 11.

Oid' in coniunctis πάντα μεταβολέσσει εἰ, εἴη,  
οὐδ' in γενεσίν πάντοι εἰ ταῦτα τοι.  
P̄. 64. 11. οὐδ' οὔσοι βλέψαι διέροι εἰς κεριμνή,  
δέσπια οὐκανέσσει καίστει διαροήν.

CVM

Vt uero n*on* i*n* ex*ist*it*ur* d*omi*n*is* am*er*ica*s* p*ro*p*ri*a*s*  
i*c*on*tra*i*n* d*omi*n*is* q*ui* a*ct*u*m* p*re*dict*u*i*s*.

Apponam Ioannis Sleidani versionem, vt tyrunus  
l*is* facile*e* deprehendat, quorsum imitatus sit Alcia-  
tus auctorem Gr*ae*cum, nec perinde ad verbum red-  
diderit, vt scilicet gratularetur Carolo v. Imperatori,  
qui Turcos insigni victoria profligauit, vt mox di-  
cemus. Sic ergo Sleid.

Oceanus moueat l*ice*t omnes v*nde*ique fl*uct*us,  
Et poter Rhenum Teutona*s* terra suum;  
Non cadet imperium Rom*e*, quo tempore C*esar*  
Prae*ce*rit, atque salus publica facta reget.  
Sacra Ious querens nam sic radicibus liaret,  
Et tamen aridulus huic capit aura comas.

Id conuertitur ingeniose ad celebres illas vi*c*to-  
rias, quas Germani principes de Turcarum exercitu  
reportarunt. Cum enim Solymannus trecentis mil-  
libus armatorum, Vngaria maiori ex parte occupa-  
ta, Austriam ipsamque Germaniam toto conatu in-  
uadere statuisset, Viennam, clarissimam Austria*r* v*er*-  
bem obsidere decreuit. quod effectum est immenso  
apparatu circiter Idus Septembr. anno 1529. cuius  
quidem minas cum non multum Germani curar*et*,  
v*er*be v*nde*ique ob*ses*sa, tanta fortitudine restiterunt,  
vt Turc*æ* multoties reie*cti* vix ad oppugnatione vel  
fustibus adigi possent. Cumque hoc modo Turc*æ*  
per mensem integrum continua*s* oppugnationibus  
Viennam frustra tentasset, postridie Idus Octob. re-  
infecta inglorius discessit, & fugienti similis in Thraci-  
am tediuit multis millibus ex suis amissis.

Suec. Sedippo.

Oceanus quamvis, &c.) Catullus in Argonautic. Magnalia. v*er*o

Oceanusque pater totum qui ample*tit*ur orbem. Delno comm.  
Videtur hic alludere ad illud ex 1. Metamor. Ouid. fol. 191.  
v*bi* loquitur de diluvio in terras misso:

— illum

Catuleus fratre iuuat auxili*rib*ue v*nde*is,

K 2

Connoces

*Conuocat hic amnes.* — Intelligit autem noster hic auctor innumerabiles Turcarum copias in alto mari nauigantes, Danubiumq; Germanie fluuium nobilissimum numero suo exercitu exhaustentes.

Sic sacra quercus, &c.) Comparatio appositissima. Licet vētis hinc & hinc perflantibus ē quercu frondes decidant atidæ, ipsa tamen immota sedet arbor: sic imperium firmis hæret fundamentis augustum & stabile, tametsi plætrique hinc auocentur aut preteant in bellis Turcicis. *huc refert illam apud Virgil. 4. Aeneid. collationem:*

— veluti annosam valido cum robore quercum


Alpini Boreæ, nunc hic, nunc flatisbus illuc

Eruere inter se certant, &c.

Et aduerte interea per quercum significari in Hieroglyph. fortitudinē, diuturnitatem, imperium firmū & principatum, ut docet lib. 51. Pierius Valerian.

### Spes proxima.

43.



Innumeris agitur Respublica nostra procellis,  
Et spes ventura sola salutis adest:

Non

Ref. folio  
148  
M. 11. 11.  
1481  
fol. 2372  
Liberi p. 11.  
1481 fol. 11.  
fol. 576.

~~Helenae & Iovi consolatio~~  
Non secus ac nauis medio circum aequore, venti

Quam rapiunt: falsis iamq[ue] fatiscit aquis.

Quod si Helenæ adueniant lucentia sydera fratres:

Amissos animos spes bona restituit.

Allegorica est comparatio, cuius protasis est in secundo disticho. Comparat enim Christianam Rem publicam cum naui ventis & fluctibus hinc & illinc agitata, sic ut parum absit quin insanis & ferocientibus aquis obruatur, omniumque spes penitus cadat, nisi tā crassi caligini & tempestatei Deus Opti. Max. aliquid lucis immiserit, quo virorum totiusque populi consternati animi recreentur. Sunt vero qui hic per Castorem & Pollucem intelligi velint summum Pontif. & Imperatorem, à quibus vñanimi voto ad metam eandē collimantibus diu schismatum cestatio turbationumque optata fuit quies.

(circum) circum hīc aduerbij naturam induit.

(fatiscit) deficit, & penè obruitur vi tempestatis & fluctuum. Virgil. 1. Æneid.

Accipiunt inimicum imbre, rimūq[ue] fatiscunt.

Quod si Helena adueniant, &c.) metagezie est Geminorum, qui Castor & Pollux à poëtis dicuntur, *vide Petrus & Louis ex Leda filij.* hi vbi adoleuissent, mare piratis ad liberatunt, eaque de cauſa propitij nautis olim credebatur. ferunt, si horū alter appareat, tempestatem portendere, si ambo, serenitatem. de his sic Plinius: Vidi nocturnis militum vigiliis inhærente pilis pro vallo fulgorem effigie ea, & antennis nauigantium, alijsque nauium partibus, cen vocali quodam sono insistunt, vt volueret sedem ex sede mutantur: graues cum solitarix venere, mergentesque nauigia: & si in carinæ ima deciderint, exurentes: geminæ autē saltares, & prosperi cursus prænuncię, quarum aduentu fugari diram illam ac minacē, appellatamque Helenam ferunt. Et ob id Polluci & Castori id numen

*Responde: vix pueri q; parvula. Maximaq; ad doli. pag 4*

150 ANDREAE ALCIATI 363. h. 2.  
affignant, eosque in mari Deos inuocant. Hominum  
quoq; capita vespertinis horis magno præfigio cir-  
cunfulget. Omnia incerta ratione, & in natura ma-  
iestate abdita. Lege Ouid. sub finem 5. Fastor. Dio-  
dot. Sicul. sub finem etiam cap. 5. lib. 5. Laetant. li. 1.  
cap. 2. Valer. Maxim. li. 1. ca. 8. & cæteros permulcos.

## In simulachrum Spei.

44



Quæ Dea tam lato suspectans sidera vultu?  
Cuius peniculis redditæ imago fuit?  
Elpidij secere manus. Ego non inox illa,  
Quæ misericors promptam Spes bona prestat opem.  
Cur viridis tibi pallæ? quod omnia me duce verem.  
Quid manibus moris tela refracta geris?  
Quæ viuos sperare decet, præcidos sepultis.  
Cur in doliori tegmine pigra sedes?  
Sola domi mansi volitantibus undique noxis,  
Ascrii ut docuit musa verenda senis.  
Quæ tibi adest volueris: Cornix fidissimus oscen;

*Est bene cum nequeat dicere, dicit, erit.*

*Spia Vnde. Cagliari. 17. lib. 5. Ver.*

**Q**ui comites? bonus Euentus, praecepitq; Cupido.

**Q**ui praecunt? Vigiluni somnia vana vocant.

**Q**ue tibi iuncta astat? scelerum Rhamnusia vindicta,  
Scilicet ut speres nil, nisi quod liceat.

Elegans est Spel eikonopoeia per dialogismū , cuius nempē vires & adiuncta conuenientissimis symbolis explicat. Ea enim hominem letum reddit, & semper meliora expectantem ad mortem usque comitatur. Eatamen si importuna sit & immoderata, vtricem Rhamnusiam secum aduocat ; quæ vota plus æquo ambitiosa faciat irrita. Quæ omnia sigillatim enarrabo, si prius huc adscripto doctissimi viri B. Dardanij epigrāma in Spem, ut si fieri possit, cum Alciati Emblemate conferamus. Tale est autem  
*Tu quæ sustentas tereti vestigia ligno,*

*Ei' ne Dea? an nostro sanguine creta? Dea.* *Aliquid Detinet  
Vnde satas è caca rerum caligine. & ecque* *ad Sunt Tres.*

*Admonit nutrix ubera? Credulitas.* *Se: 163*

*Ecquæ nam à tergo plaudent tibi gaudia, dic quis*

*Pallidulo semper te praedit ore? Timor.*

*Suspicio intendo cur celum lumine? tandem*

*Hinc dabitur voris morsa suprema metus.*

*Fare, age, quæ vulnus detur per causam serenos?*

*Exerzier quoties irrita vota cadunt.*

*Cur baculo innixa es? dum passit opiniomentem*

*Caca meam, irrepit curua sinella milii.*

*Quæ titubas pedibus? rerum est spes lubrica. Sepe*

*Quod puto completti, labitur è manibus.*

Obiter adnotarim Spem Deam à Romanis cultam ades habuisse in foro olitorio. Gyraldus ait eam se vidisse pictam in Adriani Imperatoris aureo numismate. Fœmina fuit stans, inquit, iustitiæ laciniam sinistra manu non nihil attollens: dextra in cubitum clata pateram proferebat, in qua repositum erat veluti ciborum, id est vas in floris similitudine cum

hac inscriptione s p e s p. r. Quidam etiā Spem  
Deam viridi inductam palla effinxerunt, & sedente  
supra dolium cum cornice, quidam etiam cum Ne-  
mesi, &c. hæc ille. Vide Syntag. 1.

suspeditans sydera vultu.) Hic adnotandum alicuius  
expectationis signū, quod expressè notauit Psalmographe-

phus:

peniculis reddita imago.) id est penicillo depicta &  
expressa. Peniculus vel penicillus siue peniculum pi-  
ctorum est instrumentum, ex caudarum extremis  
tibus confectum. Plin. 35. lib. Arrepto peniculo linea  
ex colore duxit summæ tenuitatis per tabulam.

Elpidy fecere manus ) Nomen est è re fictitiū. nam  
in pīdīos θετον ἐλπίδες, hoc est à Spe quam depin-  
xit, nomen habet.

Spes bona præstat opem.) Alludit ad proverb. Spes  
seruat afflitos: &c. Spes alunt exules. Ouidius:  
Spes bona dat vires, animum quoque spes bona firmat:

Viuere spe vidi qui moriturus erat.  
Cui conuenit & versiculos è Comœdia quapiam,  
αἴρο ἀτυχῶσσετοι ταῦτα λατίστη.

Cur viridis tibi palla?) Palla, vestimenti genus est ad  
terram usque promissum: Viridis autem color eo-  
rum est proprius qui spe detinentur aliqua; dicet  
enim postea:

Nos sperare docet viridis. spes dicitur esse  
In viridi, quoties urita retro cadit.

Quid manib[us] mortis tela, &c.) Refracta mortis tela  
non temere Spei tribuuntur, quod viuos etiā in ex-  
tremas miseras adactus soletur & recurret. ut enim  
habet adagium, Άγροτο dum anima est, spes est. &  
Theocritus:

Θερτεῖν χεὶ φίτε βάτη, ταχ' ἄνερον ἔσεται ἄμεινον,  
Ἐπίδεις εὐ σωτίστη, αἰνάτισοι δὲ διαβότες.  
χεὶ ζεῦς ἄλλοκε γέρη πέλεις αἰδηπιος, ἄλλοκες δὲ οι. hoc est,  
Etiere, Battie, deoet, melius erat forsitan habebit,

Sperandum

*Sperandum est viuis, non est ss̄es villa sepultis:  
Nunc pluit, & claro nunc Iuppiter æhere fulget.*

Quidam Rhodius ob intempestiuam libertatem à tyranno iniectus in caueam, in qua more feræ alebatur, ad cruciatum ignominiamque amputatis naribus ac foedata vulneribus facie, cum à quibusdam hortaretur, ut inedia sibi dolorum finem aliquem quæreret, his respōdit: At cuncta homini, quoad vivit, speranda sunt. Vide pulcherrimam Spei descriptionem apud Ouidium i. de Pont. Eleg. 7.

*præcido sepultis.) Præcidere hic amputare vel denegare significat: & dicimus spem alicuius rei præcidere, id est auferre siue præcludere, ut apud Ciceron. 2. Verr. Bud. annot. in Pandect.*

*Cur in dolio, &c.) Ignavia hæc nota esse potest. Nam ferè dū speramus, desideramus; sed malim hoc ad fabulam referri, quam tradit Hesiodus de Pandora principio fermē libri qui ἐργα της Πανδορᾶ inscribitur. Hæc enim pyxidem omnibus malis refertam cum aperuisset, omnimoda calamitatū genera tum primum homines inuaserunt, vna tantū spe in dolij labris remanente, id est, in ipsius ore pyxidis. Sic enim Hesiodus:*

ἀλλὰ γυνὴ χείρως πίθει μέγα πάθει ἀφείσσει  
ἰονίδαιος αὐθόποιος δὲ ἐμποτετο κῆδεια λυγέα.  
μέντος δὲ αὐτοῦ εἰλπίς οὐ αρράκτειος δόμοιοι  
εἰδὼς ἐμποτετο πίθει μάτιον χείλεπιν, οὐδὲ θύεψει  
εἰσῆπεν. hoc est, — tegmen ab urna  
Dum Pandora leuat, totum exiliere per orbem  
Curarum infesta effigies: Spes sola remansit  
Intus, & ē labris ima sub parte resedit.

Origenes aduersus Celsum lib. 4. hanc ridet fabulam. Ridiculum, inquit, est quod de dolio dicitur, quod olim viuerent homines absque malis, & graui dolore & morbis molestioribus, quæ Parcae mortali bus dederant: sed fœmina manibus magnum dolij

operculum auferens diffudit hominibus, & curas  
atroces partita est. sola autem ibi Spes in tutissimis  
domibus intus relieta est sub dolij labris, nec extra  
euolauit. Hæc Origen. Mythologi tamen per Pan-  
doram, humanum corpus intelligi dicunt semineo  
nomine expressum, quod carnis debilitas minimo  
exfolui potest. Lege Cælum lib. 7. cap. 20.

*Ascrae vi docuit, &c.)* Hesiodus ab Ascra Bæotis  
vico dictus est. Virgil. 6. Ecloga:

— *hos tibi dant calamos, en accipe, Muse*

*Ascrae quos ante sensi. —*

*Quæ tibi adest volueris? cornix. ) Quod vocem edat*  
*eras, eras, cornix Spei adiungitur.*

*oscen) O scen ausi dicitur apud Augures, quod ore*  
*faciat auspicium, ait Varr. Blond. Rom. triumph.*  
*lib. 1. Crinit. 21. cap. 15.*

*Est bene cum nequeat, &c.)* Videtur hoc imitatus, &  
quidem mutuatus ex Suetonij Domitiano, vbi agi-  
tur de cornice quæ paucis ante Imperatoris mortem  
diebus dicitur edidisse illud: *εἰς τὰ πάσα τὰ καλὰ*  
quod ostentum sic est aliquis interpretatus, ait ipse  
Suetonius:

*Nuper Tarpeio que sedit culmine cornix,*

*Est bene non potuit dicere, dixit erit.*

*Qui comites? bonus euentus, &c.)* Duo hi Speci comi-  
tes vana quedam phantasmata ingerunt, ne plus tardij  
adferat expectatio quam ferre queant miseri morta-  
les. Boni autem Euentus simulachrum dexterâ pa-  
teram, sinistrâ spicam ac papauer tenens sculptum  
Romæ fuisse ait Plin. lib. 34. cap. 8. & 36. cap. 5. bo-  
ni euentus & bonæ fortunæ simulachra in capitolio  
ex Praxitelis operibus. Lege Alex. ab Alexad. 4. ca. 12.  
Gyrald. Syntagm. 1.

*vigilium somnia vana vocant) Plato dicebat τὰς ἐπι-  
διεἰπέτων αἰδηπέτων οὐείρες εἶναι, quò videtur*  
allusisse Maro in Bucolic.

— an qui amant, ipsi sibi somnia fingunt?

Non enim est qui verbis possit facile consequi, quām  
varias in animo patientur imaginationes, qui vehe-  
menter aliquid sperant. Atque his inanibus simula-  
chris perinde afficiuntur ac semet oblectat, ut si iam  
tenerent quæ sibi pollicentur.

(scelerum Rhamnusia vindex, &c.) Quęlibet enim spe-  
rate, non est cuiuslibet. Itaque in hoc præcipue illud  
animo fixum hæreat, Ne quid nimis.

In dies meliora.

45.



Restra nouo mibi setigeri suis obtulit anno,  
Hacq; cliens ventri xenia, dixit, habe.  
Progeditur semper, nec retro respicit unquam,  
Gramina cùm pando proruit ore vorax.  
Cura viris eadem est, ne spes sublapsa retrosum  
Cedat; & ut melius sit, quod & ulterius.

Rusticus quidā Alciati vicinus Calendis Ianuarijs  
porcinum caput pro strenis obtulit. hinc sibi Em-  
blematis argumētum nactus Alciatus, ex natura suis  
(qui

(qui dum siliquas ore reflexo colligit, semper ulterius progredivis, nunquam retrò aspicit) nempe ut nihil procrastinando meliora semper venemur, neque temporis aliquam particulā sinamus effluere, quod non pertineat ad profectum nostrū & rei melius gerendę occasionem. Alludit autem ad extremū (ut ne in minutulis etiam otiosum deprehendas) ad symbolum Caroli V. Imperatoris, quod est V L T E R I V S.

*Rostra nouo.*) Rostrum non modò de auibus, sed & de alijs animantibus dicitur.

*cliens* litigator, qui patronū sequitur, ut ab eo defendatur in iudicijs.

*Spatio agere, non factus a ipsa sum.*

Illicitum non sperandum.

46.



Spes simul & Nemesis nostris altaribus adsunt,  
Scilicet ut spores non nisi quod liceat.

Meminimus in superiori Spem cum Nemesi unā expressam fuisse, ex quo intelligi licet, nihil nisi quod fas & iustum sit, quodq; fieri facile possit, expectandum esse. Siquidem valde est insolens & temerarium ambire quz nequeas assequi, aut si ast-  
quarit,

quaris, non tamen tueri aut seruare possis. Occurrit exemplum Cæsaris Borgiæ Valentinorum ducis, qui audaciùs quam aliquis alius eiusdem conditionis, imperij maiestatè sibi pollicitus, militibus aliquot vexillis appendi curarit illud vulgo Italico, ô Cesar, ô nullo, id est aut Cæsar aut nullus: qui tandem morte misera interceptus vaticinij locum inuenit. Vnde est illud Actij Sannazarij:

*Aut nihil, aut Cæsar vult dici Borgia: quid nis.*

*Cum simul & Cæsar posset & esse nihil?*

Idemque in eundem:

*Omnia vincebas, sperabas omnia Cæsar:*

*Omnia deficiunt, incipis esse nihil.*

Obiter aduertendum distichon Alciati videri è quopiam Graco expressum, vel ex hoc imitatum:

*ἴδηται τὸν νίκην πάρα πολὺν τελέσα,  
τινὲς μόνοι οὐτιζόμενοι τὴν μηδὲν εὔχοντες.*

Quod sic eleganter reddidit Politianus:

*Spes simul & Nemesis posita dicat Eunus in æta,*

*Sciaret ut sprees omnia, nil habeas.*

Scripsit & in eandem fermè sententiam lepidum epigramma Marullus, quod quia proximè videtur accedere ad Alciati Emblema, huc adscribere nō grauabor.

Quenam hac tam semper tam latea est optimarerum

*Spes bona, qua lateri iuncta potens Nemesis.*

Dux magus, an comes est? vindicta magis. unde duabus

*Templa eadem? sprees ne nisi qued liceat.*

### Pudicitia.

47.

Porphyrio, dominisi incest et in aliibus uxori,

*Despondetque animum preeq; dolore perit.*

Abdita in arcanis nature est causa, sit index

*Syncera hec volucris certa pudicitiae.*

Ælian. cap. 35. lib. 14. ait Porphyronem mulieris pudicitiae obseruatorum esse, matriisque familias adulter-

adulterium suspendio suo indicate. Quod Arthenaeus etiam commemorat dipnosoph. lib. 9. cap. 12. ex Polæmonis lib. 5. eorum quæ ad Antigonom & Adæum scripsit. retulitque idem Leonicus in var. histor. lib. Aiunt itaque Porphyriōnem domini educatum, mulieres quæ sunt sub virti imperio, diligenter obseruare, eiusmodi que habere sensum adulterium admittentis, ut quando hoc cognoverit, domino significet, sibi que vitæ suffocatione, vel, ut alij volunt, suspendio adimat. quam esse certissimam commissi adulterij notam aiunt. huius autem rei cauſa est in abditis naturæ arcanis, tantumque licet hinc colligere, quam turpe quamque abominandum sit adulterium, cuius actu vel clandestinatio auis eiusmodi vita priuetur. Itaque quantum ad institutum pertinet, haec adhiberi potest pro certæ & illibate pudicitie symbolo. huius etiam miraculi metrio est apud Cælium Rhodig. cap. 4. lib. 10.

*inceſtū*) polluat se adulterio. Incestus, vel incestū est flagium in affines admisum. Non. Marcell. sed & pro quaquinque generis eiusdē pollutione Seruius accipit. Vnde Wis. Regul. fol. 201. et hanc ad Iude. lib. Regul. fol. 78.

*Marcell. 13. Porphyriōnes.*

In

*Xemen habet magis valorem tam parva ligant,*  
*Et nomen Prosterni porphyriōni habet.*

*Sed non nullus invenit a locis confusis ad*  
*discrepantem suam, invenit, quoniam unde videt.*

~~Burley & S. Savile, 1593. Cap. 1. fol. 48.~~

EMBLEMATA.

In victoriam dolo partam.



1593

48.

Aiacis tumulum lacrymis ego perluo Virtus:

Heu misera albentes dilacerata comas.

Scilicet hoc restabat adhuc, ut iudice Greco

Vinceret: & causa stet potiore dolus.

Hoc ex 3. Epigrammaton Graecorum sumptum.  
est enim tetrastichon Asclepiadi, quod huc adscri-  
bere non piguit:

αἰακίσιον ἀπετά τηρε τοῦ δέ καδύνα  
αιακός πύμας κεραυνόθε πλούσιος,

δυνώς ἄχει μεγάλης βιβλανούσα, δυνεκίσιος  
αὶ δολοφορικῶντα, κρεπιδονέμης κέντροι.

Sic transtulit etiam Vrsinus Velius:

Dilacerata comas, visu miserabilis eheu

Confideo ad cineres hac Telamoniada,

Illa dolore graui mihi quod frans callida quondam

Iudicibus Graiis ante locata fuit.

Protopopœia est virtutis ad Aiacis tumulum in-  
sidentis, & magna lachrymarum copia eiulatis, pro-  
pterea quod iniuste lata sit à Graecis iudicibus ten-  
tentia

tentia de armis Achillis Vlyssi, non autem Aiaci cui debebantur, adiudicatis. Quò intelligi datur quos cunque viros bonos plerunque iniquorum iudicum arrestis angi, & iniuste de suo iure deturbari, nullis tamen condolentibus, aut opem vel consilium præstantibus. Eiusdem omnino argumenti sequitur eodem 3.lib. Epigramma nomine Antipatri, ex quo liquet Aiacis tumulum fuisse in littore Rhetæo, ut etiam Q. Calaber, sed cum fuisse prope Sigæum Troitæ promontorium ponit Plin. libr. 5. cap. 30. & Sozomen. hist. tripart. cap. 18.lib. 2.

*dilacerata comes.* ) Signum doloris grauissimi.

*judice Greco*) id est Agamemnōne, quem prauum Attridem vocat Auson. in epitaphio Aiacis, quod etiam hoc non inconcinnè potuisset referri. Vidi porro num alludat ad proverb. Græca fides.

In fraudulentos.

49.



*farua lacerta, atris stellatus corpora guttis  
Stellio, qui latebras, & caua busta colit,  
Inuidia*

*Innidia, prau' que dolifert symbola pictus.* *Vnde Apol.*  
*Heu nimium nuribus cognita zelotypis!* *Beret.*  
*Nam turpi obregitur faciem lentigine quisquis,* *660-661.*  
*Sit quibus immersus stellio, vina bibat.* *Beret.*  
*Hinc vindicta frequens decepta pellice vino,* *660-661.*  
*Quam forme amissō flore relinquit amans.* *Scylg. ad gal.*

Plin.lib. 29.cap.4. tradit ē stellionibus malū me-<sup>193</sup>  
 dicamentum fieri. nam inquit, cūm stellio immor-  
 tuus est vino, eorum qui biberint, faciem lentigine  
 obducit. Oh hoc in vnguento necant eum, insi-  
 diantes pellicum formæ. Alciatus lib.1. Parergôn  
 cap.46. id copiose satis nobis enarrat. Sic enim ait:  
 Crimen stellionatus nomen sumpsit à stellione, la-  
 certa stellata: quod animal male apud veteres audijt,  
 siue quia inuidum ( cūm enim eodem quo anguis  
 modo pellem exuat, eam confestim deuorat, tanquā  
 vtilem esse pro comitialis morbi remedio notit, id-  
 circoque hominibus prætipiat, vt Plin.li.8.ca.31.at-  
 testatur: ) siue quod ex eo malū medicamētū fiat, quo  
 mulieres decipiūtur. nam cūm mortuus est in vino,  
 facie eorū qui biberint, lentigine obducit, ob hoc in  
 vnguento eum necant si quę mulieres pellicū formæ  
 insidiantur. qua ex causa verisimile est primò prodi-  
 tum id iudicium: an quia in id animal versus sit, vt  
 canit Ouid. Metam. 5.duri puer otis & audax? vnde  
 & impudētū est symbolū, Grēceq; dicitur ἀστέλλα-  
 eos, quia sit ἀστέλλεις τῆς αἰτίης, cō tactu asper & durus.  
 hęc Alciat. noster. Sanè idem Plinius lib.30.cap.10.  
 nullum esse animal dicit, ex opinione cōniuni, quod  
 fraudulentius inuidat homini, indeq; stellionum  
 nomen in maledictum tralatum ferunt. Cæterū &  
 hoc aduertendū, vt auctoris mentem contingamus,  
 in plurisque animantibus certas quasdam notas esse  
 malignitatis à natura inditas, vt caueamus ne quid  
 inde noxæ damniuc contrahamus. Vulgo enim fer-

*Sur. 13.* tur cauendum esse à signatis , id est, ab iis qui notis quibusdam insignes sunt : dicitur s̄pē numero eum qui pedibus claudicat , & animi quadam claudicare parte, quique gibbo sit deformatus aut struma , aut aliquo generis eiusdem vitio, ceteris infestiorē esse, & magis versipelle , si tamen vera est parœmia vulgo trita: *Vitiosum corpus vitiosè naturæ imaginem esse certissimam.* Quod Homerus in suo Thersite confirmauit , qui ut deformior erat , tanto erat turpior, loquacior & seditiosior.

*stellatus corpora guttu Stellio.) Virgil. 4. Georg.*  
— *sepe ignorus adedit*

*Stellio lucifugis congesta cubilia blattis. \**

Huc reponam doctissimi viri Turnebi ( quanquam forte non suo loco ) carmina de stellionis eadem animaduersione , sumpta ex Epithalamio Francisci Valesij. Sic enim:


*Sic qua pellicibus nuptæ insidiantur auaris,  
Quæ forma plus esse dolent, medicata propinant  
Pocula guttata lentigine, Stellio que tu  
Insciu ut vario signetur tergore vultus  
Discolor, & maculu luescant ora subortiu.*

*prauique doli.)* doli mali, quem Seruius definit machinationem quandam alterius decipiendi causa, cum aliud simulatur, aliud agitur . Labeo autem omnem fallaciam, calliditatem, machinationem ad circumueniendum & decipiendum alterum adhibet, censetur sine dolo malo aliud agi posse, aliud simulari.

*Zelotypia) ζελος ἀμulatio seu inuidentia, τόπος forma: hinc mulier zelotypa quæ formæ alienæ inuidet lentigine) lentigo macula subrufa , aut nigricans in facie aut manibus ad lentis similitudinem.*

*pellice) Pellex quasi πίλαξ ἡ ταλλάξ , ait Gell. lib. 4. cap. 3. vel à pellendo, quod vxorem legitimam ē thalamo pellat, vel quod virum pelliciat.*

*\* om̄d. ~~tales Metamorph ad fides fables 7. Dolus~~  
— ~~labeo, labe, aplo, solovi~~  
Nemus faber varijs ~~fullatus~~ ~~supina~~ ~~entio~~.*



Auctiliis affectator anas, & carula pennis,  
 Assueta ad dominos ire redire suos,  
 Congeneres cernens volitare per aera turmas,  
 Garrit, in illarum se recipit que gregem,  
 Pretensa incautas donec sub retia ducat:  
 Obstrepitant capta, conscientia at ipsa filiet.  
 Persida cognato se sanguine polluit ales,  
 Officiosa aliis, exitiosa suis.

Altilis affectator anas, & carula pennis, sq.  
 Assueta ad dominos ire redire suos, Auctiliis affectator anas, & carula pennis, ~~ad~~ ad. 12. 6.  
 Congeneres cernens volitare per aera turmas, sq. inter nosq. ire,  
 Garrit, in illarum se recipit que gregem, redire suos.  
 Pretensa incautas donec sub retia ducat: videlicet ad quod. Ev. 16.  
 Obstrepitant capta, conscientia at ipsa filiet. Sed nos columba  
 Persida cognato se sanguine polluit ales,  
 Officiosa aliis, exitiosa suis.

Hac similitudine (cuius facile subintelligitur apodus) proditorum morem nefandum aperte indicat; qui cum bene velle se fingant, ut simulatis eiusmodi factis & alloquiis imponant, eò sanè nocentes quò versutiores habendi sunt. Sic enim plerunque insolentes & incautos in ignota discrimina, vel ad extremum usque vitæ periculum adducant & compellant, sed potissimum cum vel aliqua vitæ consuetudine aut familiaritate, aut etiā obsequijs aliquæ specie fucata eos tenent irretitos, nodisque tam noxiis illigatos, ut sc̄e hinc nequeant extricare. Quo de

genere sunt vespertilioes quidam , & sceleratissimi  
 iycophantæ ( quorum numerus quantum his tem-  
 potibus accreuerit dici non potest ) qui viros incul-  
 patæ vitæ, simplices planè & ab omni fuso alienos  
 in nastram miseriarum pertrahunt ; nullumque non  
 mouet lapidem, ut quod est in prouerbio, in laqueos  
 inducant: quam ad rem cuniculis quibusdam vtun-  
 tur, impinguntique nomen detestandi sorulegij, vel  
 etiani hæreseos aut sectæ alicuius , ut securius ma-  
 gisque impunè ouiculam ab omni criminе tam sce-  
 lesto, tamque abominando remotissimam maestent  
 & exterminent, sic vt insons ille misericulus hac al-  
 persus labet tametsi toto vitæ tempore virtuti pietati-  
 que nomē dederit) humanæ societatis pernicies, &  
 pestis habeatur ab imperita multitudine, quæ vt in  
 vitium plus quam liceat credula , ita ob inconsitan-  
 tiā maximam quæ illi familiaris est , ad virtutes  
 ipsas inuertendum sic prompta & parata, vt, quod  
 ait Flaccus, syncerum audie cupiat vas incrassare.  
 Sed vt ad proditores regressus fiat, quod genus vt  
 exitialius & magis auersandum , sic & præter alios  
 in quod leges animaduertant dignissimum ? Quod  
 enim vnice docuit optima illa omniū magistra na-  
 tura, hi destruunt & improbitate iniquiore labefac-  
 ent, nimirum ubi contra suum sanguinē insidian-  
 tur, & in animas suas fraudem moliuntur , vt lo-  
 quitur Solomon.

*Altilis affectator anæ)* Anatem à natandi assidui-  
 tate dictam vult Varro lib. 5. de ling. lat. altilis, quod  
 alatur domi vel ruti, vt gallinæ, &c. affectator porro  
 ab alliciendo sed audiamus ipsum Alciatum, qui ca-  
 de te sic lib. parerg. 9. cap. 11. Plaut. in milite Paleu-  
 trio nomen veteratori impostoriique seruo conue-  
 niens. unde & παλεύσιαι, quasi affectatrices aues Ari-  
 stoteli lib. de hist. animal. 9. turture vel colubæ quæ  
 aluntur, vt aucupes alias allicant, eosque ad conge-

neres capiendas adiuuent: quod & in coturnicibus fieri consuevit, itemq; anatibus, de quibus (est enim aucupij genus valde iucundū) nos quandoque carmine sic lusimus:

*Altis allektor anas, & carula pennas, &c. hæc Alciatus.*

*garu) Garrire quasi ineptè strepere, Nonius. & proprium esse auium quidam putant.*

## Maledicentia.

51.



*Archilochi tumulo insculptas de marmore vespas  
Esse ferunt, lingue certa sigilla malæ.*

Vespæ tumulo affixæ Archilochi, linguæ malæ petulantiam effrenem arguūt: hæc enim rauçæ sunt & mordaces, sed nullum ab iis neque oblectamentū neque fructum comparare possis, vti nec à maledicis aut mordacibus expectare quicquam præter aculei debetas. Hoc autem Archiloco, intelligitur scriptor quiuis insolita quadam verborū petulantia, & mordacitate alios insectans, in quo tamen neque curam

L 3

neque

neque eruditionem possis deprehēdere, sed hoc tantum notus, quod audaciam in obiectando maluerit ostentare, tamque prauē innotescere quam stare gratis & cum silētio, ut loquitur Martialis. Fuit verò hic Archilochus Poëta Lacedæmonius, qui Lycamben sacerdotum tam atrocibus, & virulētis carminibus insectatus est, ut eum adegerit ad laqueū. Hinc proverb. Archilochia edicta, pro contumeliosis & modicibus: &c, Archilochi patria, pro maledicis: &c, Archilochum terere, pro eo quod est maledicentia delectari. vide Chiliad. Erasmic. Quod pertinet Archilochi epitaphium ex 3. Epigram. Græcorum lib.

Ζῆνα τὸν ἀρχείχα παρεπήλεον, ὃ πότε πάχην  
μῶσας ἐχθρίων παρέστη Βακτρεῖον,  
αἰμάξας ἐλαῦνα τὸν πρύταν, οἴδε λυκόμηνος  
μνημόνος τετοσθι ἀματα θυγατροφον.  
Ἴριης δὲ παρέμενεν οὐδεὶς εἶδε, μάντον τε τῆς  
αιγαῖης τέρβησα φύκας ἡ τεργαθύμης. hoc est,

Archilochus tacet hic in littore tenuis, amara

Cuius vīpereo carmina felle madent.

Sanguine sœdauit Musarum Helicona, Lycambe  
Luget natarum turpia lora trium.

Hospes abs tacite irrites ne forte crabrones  
Illius in tumulo quos habitare vides.  
certa sigilla, id est symbola & notæ.

~~qui fuerit eas non sibi tribuit~~ photo scottish  
**EMBLEMATA.** 167  
**In receptatores sicariorum.** 52.



Latronum, furumq; manus tibi, Scena, per urbem  
 It comes, & diris cincta cohors gladiis:  
 Atque ita te mentis generosum prodige censes,  
 Quod tua complures allicit olla malos.  
 En nouis Acteon, qui postquam cornua sumpsit,  
 In predam canibus se dedit ipse suis.

Nonnulli sese putant insigniores & quidem nobiliores, si quosvis sicarios nulliusque frugis homines ut ganeones domi & mensē suscipiāt, haud fano mentis oculo praeudentes se vna cum patrimonij comminuti damno nominis & plerunque vitæ iacturam facere. Tutissimos enim se fore credunt ut pote tanto tamque generoso satellitio stipati, & tamen non attendunt quanti constet, quamque noxia sit tam lubrica familiaritas. Hos ut docte, sic & appositè perfstrinxit in picta poësi Bartholomæus Anulus his quidem verbis:

Cornibus in ceruum mutarum Alteona sumptis  
 Membratim proprij diripiuerere eanes.

Næ, miser est dominus parasitos quisquis edaces  
Pascit, adulantum præda parata canum.  
Se quibus irridendum sugerit & comedendum,  
Seruus & ex domino corniger efficitur.

Qui mythologica tractarunt, hoc de Actæone figmentum ad venatores referunt, qui suas opes miserè dilapidant in venandi luxu inutili admodum & damnoso; etenim à canibus quos aluere, tandem vitione diuina quasi membratim dilaniantur. Nam tametsi nihil aliud sceleris admitterent, nisi in eo quod erogent in victu canum quod commodiū possent mendicis & pauperibus cōferri, ea tamē culpa satis habet grauitatis ad prouocandum iustā Dei præpotentis iram, qui tot bona nobis non est clargitus, ut ijs tam male vtamur. Eoque grauius illi peccant, quod rebus necessarijs animum non applicent, ut agriculturæ, ut Reipubl. ut alijs honestis negotijs, sed omnem temporis usuram collocant in venatu: quod fit ut in urgenter minusque sibi notam penitiam præcipites collabantur. Itaque dici non ab te potest, eos non à canibus modò, sed aribus & equis absumptos ac dilaceratos. Palæphatus ait poëtas hoc figmento nihil aliud indicasse, quam homines cautele maximè debere, ne quid agant quod dijs inuisum sit aut ingratū, aut quod eos in iram prouocet: Ad hæc olim omnes labori fuisse intentissimos propriisque manibus victum quæsiuisse, non seruis aut extensis sua negotia, sed sibi tantum commisisse, ideoque qui laboriosi essent, opibus & facultatibus præextensis abundasse. Contrà qui sese ocio dedebant, voluptates consectabantur, venationi & aleæ dabant operā, indigos euasisse & opibus exhaustos esse, quemadmodum & ipsi Actæoni contigit. Sed id speciatim in prodigos adolescentes non ab te licet conuertere, qui promi magis quam cōdi, ut Phryges serò sapiunt, & tum forte sed frustra resipiscunt cū nihil est am-

plus

plius in loculis. Sibi quidem mirè placét cùm secundis fortunæ ventis opes suppetút, quibus impudentes & ignauos ganeones ( qui nullum aliud sibi pensum relictum habent, quām lautas culinas assecari, alienaque viuere quadra ) pascant & enutriant. At exhaustis patrimonij; quid restat illis nisi vt aliena compilent, tandemq; in malam crucem adigantur, ab ijs relicti longumq; valere iussi, à quibus in conditionem tam miseram, tamque profligatam coacti sunt?

*Manus*) multitudo, vt maxima militū manus apud Ciceronem in Philip.

*allicit olla malos*) Ea est ollæ amicitia, vt habet proverbium, ad quod respexit Martialis lib. 2.

*Hunc quem vina tibi quem mensa paraue amicuum,*  
*Esse putas fida pectus amicitiae?*

*Vinum amat & cyathos, & sumina & ostrea, non te.*

*Sublato vino nullus amicus erit.*

*En nouus Acteon, &c.)* Tangit Acteonis fabulam, quam fusè narrat Ouid. 3. Metamorph. hanc luben prætereo vt vel pueris notissimam.

*De Actone, Deinceps Scena tunc sed ex  
omni gr. Actonam.* L 5 In  
*Nt hec nullus, & cum viderem unde,  
Acte miferu distinxerat: vox nulla fecula est.*



Semper hiat, semper tenuem qua vescitur auram  
Reciprocat Chamäleon:  
Et mutat faciem, varios sumitq; colores,  
Præter rubrum vel candidum.  
Sic & adulator populari vescitur aura,  
Hiansq; cuncta deuorat.  
Et solum mores imitatur Principis atros  
Alij & pudici nescius.

*Adulatōri prorsus idem accēdere solet quod Chāmæleonti: siquidem ille colorū omniū similitudines exprimit, præterquā albi & rubri: hic verò cùm nulla ratione similem se p̄f̄stare queat ylli in his quæ honesta sunt dignaq; studio, nihil intactum & non æmulatum in turpibus relinquit. Ut enim nonnulli pictores imperiti, quia nequeant assequi quæ pulchra sunt & difficilia, in næuis quibusdā ac verrucis aut rugis depingendis toti sunt, & quælibet representant præter ea quæ pulchra sunt quæque ingeniosi artificij laudem mereantur: Sic & assentator, ut principi*

viro cui assidet aliquid gratum faciat, eius diligentem imitatur intemperantiam, iracundiam, supercilium, acerbitudinem in seruos diffidentiam in domesticos & cognitione iunctos. Nam præterquam quod sponte naturæque propensione ad deteriora proclivis est, videtur eo modo sibi longe abesse à vitio reprehensionis, si turpia imitetur. Quem morem ut barbaricis moribus conuenientissimum, meritò perstrinxerunt auctores gratissimi: hoc enim vitio quod laborarit Alcibiades, utpote qui ingenio esset versatili, & ad quidvis comparato, naturā Chamæleontis habuisse dictus est. Sed mirū est fātē quod narrant de Aratum quibusdam populis, apud quos inualuit cōsuetudo, ut illorū rege aliqua corporis parte affecto aut decurtato, populus eius regionis ægritudinē imitetur principis, illoque membro fascijs lanaque conuoluto, sic in mediū procedat: quod idem de scurra quodam Philippi Macedonis habemus. Cūm enim in oppugnatione ciuitatis Argiotorum, unus Philippo fuisset erutus oculus, postridie scurra fascia similem oculum circumligatus processisse fertur. Idemque cūm crus in quadam pugna regi fractū esset, in eius conspectum venire non erat solitus, nisi claudicans eodemque cruce colligato. Ea itaque est assentatorū mens, hoc vnum studium, ut imitentur omnia, omnibus assensum præbeant, præterquam iis quæ sunt à natura sua lōgissimè remota, nimirū nūeo simplicitatis & innocentiae decori, ac pudoris & verecundiæ rubori commodissimo. Nam iuxta Antisthenis illud, ut metrictices omnia bona præter prudentiam sanumque iudicium suis amatoribus imprecantur: sic etiam assentatores iis quibus cūp agunt. Consule Cælium libr. 13. cap. 32. & lib. 20. cap. 33. Crinit. 18. cap. 14. Leonic. var. hist. 3. cap. 3. & Pierium Valerianum in Chamæonte libr. 27. Hieroglyph.

Semper

*Semper hiat, &c.) De Chamæleonte sic Plin.ca.33.*  
*lib.8. Ipse celsus (inquit) hianti semper ore, solus animalium nec cibo nec potu alitur, nec alio quam aëris alimento: & coloris natura mutabilior, mutat nanq; eum subinde, & oculis & cauda, & toto corpore, redditque semper quencunque proximè attingit, præter rubrum candidumque. Lege Prouerb. Chamæleonte mutabilior.*

*reciprocat) repetit, retroflectitur vel tecipit.*

*vescitur aura) Allusio ad prouerb. vento viuere.  
 populari aura vesci, est populi nugis assentiri, vulgi mores insequi.*

*albi & pudici nescius) Color albus mentis integritatem, ut rubeus pudorem signat, ut dicemus postea.*

Ei qui semel sua prodegerit, aliena credi non oportere.

54



*Colchidos in gremio nidum quid conzevis? ehen  
 Nescia cur pullos tam male credis auis?  
 Dira parens Medea suos senissima natos  
 Perdidit, & speras parcat ut illa tuiss?*

Hoc

Hoc ex Greco Archiae:

*αἰτεῖς ὅτινοι νησοῦ τε διὶ πλαθίνου χελιδῶν,  
καὶ δέσμος γενεπή πυκτίδι νοσοτροφεῖς,  
ἀλεπούδι ὄρπελίχων πίγνοιο τελεῖ δὲ φυλάξειν  
κυλχίσα, μηδὲ ίδιοι φεισαίνον τεκέον;*

Sic autem Marullus exposuit 3. epigrammatōm

*Quid vaga tot terras urbesque emensa volucris  
Colchidos in saeo nidificas gremio?*

*Pignoribusque tuu credu male sana fidelem  
ipsa suos partus qua lancavit atrox?*

*Ni facie exosa tuos Pandione nata*

*Thasiaca queris perdere sautia.*

Breuiū reddidit Politianus , nimirū tribus hendecasyllabis:

*Medea statua est miscilla hirundo,*

*Sub qua nidificas, tuos ne credas*

*Huc natos, rogo, qua suos necauit?*

Sed breuissimē Borbonius noster , uno disticho, ut  
est videre:

*Medea statua est: natos cui creditis hirundo?*

*Fer alio, viden' hac maclet ut ipsa suos?*

Apostrophe est ad hirundinem, ad statuam Medeā  
nidificantem, per quam generatim intelligimus, cā-  
uendum esse ab eo qui semel imposuit : vel iis nullā  
amplius habendā fidem, qui semel vel quoquo mo-  
do lēserint ; aut iis nullo modo assentiendum, qui  
cūm sua male tractarint, vix alienorum curam legi-  
timam gerēt. Nemini enim res aliena quām sua de-  
bet esse charior aut commēdator. Quomodo enim  
fieri potest *κακῶς κερδεῖν* αἴσθα τικίδια εἴναι mi-  
στις ēπονοίσις;

*Colchidos) Medea Colchis nominata quod Colchorū  
regis filia fuerit, quæ Iasoni ut nuberet, aurei velleris  
assequēdi viā ei cōmōstrauit, sed prius dracone sopi-  
to. Tandē ab Iasonē repudiata, quos ex eo liberos su-  
sciperat, interemit. Repete fabulā ex 7. Meta. Ouid.*

Temeritas.



*In p̄ceps rapitur, fruſtra quoque tendit habenas*

*Auriga, effrāni quem vehit oris equus.*

*Haud facile huic credas ratio quem nulla gubernat,*

*Et temere proprio ducitur arbitrio.*

*Significatur nihil ei committendum esse, qui in proprios affectus nullum sibi sumit imperium, sed temere huc atque illuc concitatus ferunt, non aliter quam equus quem nulli freni nullaeque habent continent. Similitudinem autem hanc mutuatus est ex Platone, qui animum nostrum cum auriga, corpus vero & eiusdem affectiones cum equis comparabat. Iuxta quod ab Hieronymo etiam dictum est, sensus corporum quasi equos esse sine ratione currentes: animam vero in aurigam modum frena currentium retinere. Maxime enim est efficiendum, ut appetitus rationi obedient, eamque neque precurrat, nec propter temeritatem, nec propter pigritiam aut ignorantiam deserant, sintque tranquilli, atque omni perturbatione careant, ait M. Tullius. Huc cōfer quæ annotat Cælius Rhod. lib. 21. cap. 10.*

*Cec. 2. 1. 1. Cetera p̄cepta, ut nobis motus si  
injuriarimus, hoc p̄cepta, ut velu cōficiat  
firmitatem.*

In præcepis rapitur, fruſtra, &c.) Alludit ad illud Virgilianum:

— Fruſtra retinacula tendens,

Fertur equis auriga, neque audit currus habent.

& ad prouerb. de curru delapsus, lege Chiliad.

effrani quæm vehit oris.) Manifesta allusio ad parœmia, Os infræne.

## In temerarios.

56.



Aſpicis aurigam currus Phaēthona paterni

Igni uomos ausum flectere Solis equos;

Maxima qui postquam terris incendia sparſit,

Eſt temere in ſesso lapsus ab axe miſer:

Sic plerique rotis fortune ad sydera Reges

Eueclii, ambicio quos iuuenilis agit;

Post magnam humani generis clademq; suamq;

Cunctorum pœnas denique dant ſceletum.

Phaēthontis caſus h̄ic traducitur in principes quosq; dām ducesque iuueniliter exultantes, qui magno ſuo ſuorumque malo cuncta ſurſum & deorūm vertū:

126.

*Doloris & Sanguinis  
luctus & mortis*

cumquæ

cumque quod volunt omne sibi licere putent, non mirum est si insolitam malorum lernam secum aduehant. Nihil enim aliud aduocare potest iam caca precepseque temeritas, quam certissimum populi exiuum. Hoc enim sibi quasi peculiare habet eiusmodi ambitio, ut quoquo modo possit, omne sibi ius & dominandi facultate usurpet atque corraderat. Quod si illi quandoque resipiscant (quod ferè non sit nisi accepto damno, eoque grauissimo) id sanè contingit postquam non leuem perniciem vulgus accepit: sicque sit, ut quod habeant potentia in Reipubl. de timentū & penè ruinam abutantur. Vitio datur Agamemnoni, quod ambitiosus n̄ agis quam cordatus fuerit, qui pro vna Helena tot tantosque homines ad necem prouocarit. Idcirco præclare Flaccus:

*Fabula que Paridu propter narratur amorem.  
Grecia barbarie lento collisa duello,  
Stultorum regum & populorum continet astus.*

Non est ambiguum quin securius ænum traduxissent, & gloriam credo meliorem fuissent consecuti tres nobilissimi Imperatores Cyrus, Xerxes & Alexander, si suis contenti finibus maluissent regna propria tutari & administrare, quam armorum alea plus quam par esset, alienis inhibare. Itidem & infiniti alii quorum efferatior ambitio regnadique cupiditas, & suum & populi innumerabilis interitum accersivit. Quod dum meditor, vltro sese offert Caroli ultimi Burgundiæ ducis fatum deploratissimum, qui propter virtutem bellicam, & ditionem amplissimam, inter principes fortunatissimos haberi potuisset, si vim ingenij qua pollebat, & magnitudinem animi quæ terribilem efficerat, & formidabilem, ad sua potius asseruanda aut saltem augenda, quam ad extera expugnanda conuertisset; nec sanè tam infelice mortem obiisset. hic refer adagium, Aut regni aut satū nasci, quod ex Erasmi Chiliad. petes, & prouerb.

apud Iuniū, Habenās ignarus nō tractet. Phaēthonis fabulam habes 2. Metamorph. quam alij aliō transferunt nimirum ad insignem quandam conflagrationem , vt Plato in Timæo, cui Lucretius lib. 5. subscrabit. Ficinus ait fuisse cometam vastū naturā solarem , qui tandem dissolutus intolerabiles æstus concitauerit. Lege Cæl. Rhod.lib. 24. cap. 12. Sed hęc præter rem.

*Igniuos equos)* Quatuor equi Solis naturā illius igneam indicant, Phlegon à φλέγω, quod est inflammo: Pyrois, quasi ignitus, πυρ τὸ πυρός: Eous ab εἵος, aurora: Aēthon, quasi ardens. Sunt qui his equis quatuor horas iuxta Solis exortum apparentes intelligi velint. Vnde est illud:

*Hac rubeat, hac splendet, deinceps calet, illa repebit.*

*Sic plarique rotis, &c.)* Similitudinis est κύκλων. Fortunæ rota cui insidet, tributa est, propter varietatem & inconstantiam.

Furor & rabies.

57.



Ora gerit clypeus rabiosi picta leonis,

Et scriptum in summo margine carmen habet:

M

Nic

Hic hominum est terror, cuius possessor Atrida:  
Talia magnanimus signa Agamemnon tulit.

Quorundam principū & ducum ferocia, & immanitas signis plerunque notisque vexillaribus exprimitur, ita ut quid in animo reconditum habeant, taciti⁹ hisce symbolis aperte ostentent. Quid enim significat in eiusmodi stemmatis Vultures, Gryphes, Dracones, Aquilæ, Leones, quam rapacitatem, ferociam, interencionem, formidinem & cetera genetiv⁹ eiusdem, quæ perpetuo sanguinarios duces comitantur? At ut carmen nostrū explanemus, habuit Agamemnon clypeum, in quo esset depictus Leo ad terrorem aliis incutiendum: quod quidem scutum in Olympiæ fano per aliquot tempora pependit inscriptione etiam adiecta:

δύναται φόβος ισί βεγκάτοις οίχων αγαμένων, hoc est, Terror hic est hominū, qui quis hunc gerit est Agamemnon. Leo quidē ut pro signo roboris, & vigilantiæ apud Aegyptios habebatur; sic & ad terrificū hominem, qui taliacos aspectu solo consternaret, assuebat. testis est Pierius in Leone. meminitque eiusdē scuti Alexand. ab Alexand. 6. cap. 22. idque ex Pausania.

\*Recte itaque Plutarchus in Aristide: hāc i v s t i appellationem, inquit, regum & potentum nullus est prosequutus: ἀλλὰ πολιορκοῦ ἐγένετο νησίτης, οὐδεὶς δὲ αέτοι ή, ισερακες ή, οὔτε τερροστοιρευθεῖσι, τιλιαρτοι της θεσσαλίας, ή της διωκμένως, οὐδὲ λοικοι, μαλλον. τιλιαρτοι της αριστης δοξαριανοι αγαπωντες: sed potius di. Et sunt urbium vastatores, fulmina & domitores alij etiam aquilæ & accipitres vocari maluerunt, i vi & potentia, ut appetet, magis quam ex virtute laudem & gloriam amplectentes.

In

In eos qui supra vires quic-  
quam audent.

58.



Dum dormit, dulci recreat dum corpora somno  
 Sub picea, & clauam ceteraque arma tenet,  
 Alciden Pygmaea manus prosternere letho  
 Posse putat, vires non bene docta suas.  
 Excitus ipse, velut pulices, sic proterit hostem,  
 Et saui implicitum pelle leonis agit.

Apologus hic admonet nihil praeter vires aggrediendum, nec ullum suscipiendum negotium, ad quod perficiendum vires non suppetant. Sic Propertius:  
*Turpe est quod nequeas capiti summittere pondus,*  
*Et pressum inflexo mox dare terga genu.*

Et Cicero 1. Offic. Suum quisque noscat ingenium, acremque se & vitiorum, & bonorum suorum iudicem præbeat, ne scenici plus quam nos, videantur habere prudentiae, néue histrio videat in scena, quod non videat sapiens in vita. Sed, ni fallor, conuerit fabula in eos potest qui licet tenuis fortunæ sint, aut ingenio non perinde valeant; audent tamen poten-

tiores vel etiam doctiores impetere, quo ex conflitu nihil reportaturi sint præter infamiam & deturimentum. Allusio est ad prouerib. Cùm sis nanus, cede. Quod intellexisse videtur Ammian. Marcellinus 22. lib. vbi magnanimitatem Iuliani Imp. celebrat, & maledicorum in eo contemptum illud extulit prouerbiali schemate, eoque eruto ē Græco apoloquopiam: frustra, inquit, virum circumlatrabāt, immobilem occultis iniuriis, ut Pygmæi Thiodamas agrestis homo Lyndius cum Hercule. Quo innuit Iulianum nihilo magis commotum fuisse susurronum & blateronum aulicorum iniuriis quam Hercules ille μεγαλότωρος καὶ μεγαλόψυχος rusticī hominis conuitiis, aut Pygmæorum insultibus exterritus fuerit. Meminit etiam figmenti huius Politian. in epist. his quidem verbis: Vincere non magis te potui, quam Herculem ridiculi apud Philostratū Pygmæi, quos ille omnes correptos leonis pelle inuoluit, &c. Meminit & Alciat. noster commentar. de quinque pedum præscriptione.

*Sub picea*) Piceam, quintam cedri speciem esse docet Plinius cap. 10. lib. 16.

*Alciden*) Herculē, vel ab Alcæo Amphitryonis & Persei patre, vel Δωτὸς τῆς ἀλκην, à robore & fortitudine dictum.

*Pygmæa manus*) Pumilionum aut nanorum multitudine. Hi homunciones extremas Ægypti partes inhabitat, agricolationi dediti, subinde cum gruibus bellum gerunt. Plinius lib. 7. ca. 2. aliisque locis. Gellius lib. 9. cap. 4. Cæl. Rhodig. lib. 4. cap. 3. nominis originem notat, idemque tetra editos facit, cap. 28. lib. 20. Existimat tamē Cardanus de rer. variet. lib. 8. cap. 40. contra quorundam opinionem qui fabulosos Pygmæos faciunt, reuera Pygmæos esse. Sed hæc ἀφέγοσθονύστως.

*prosternere leto*) suffocare, elidere.

*Vires non bene docta suas) phrasis Greca, pro, nō bene dimensis suis viribus, nulla ratione habita imbellitatis suarum virium.*

*Eisaei implicitum, &c.) partim eorum contriuit vt pulices, partim reclusit in sinu. Leonina autem pelle dicitur usus pro thorace Hercules post occisum in sylva Nemea leonem crudelissimum.*

## Impossibile.

59.

*Abluis Aethiopem quid frustra? ah definie. noctis*

*Illustrare nigre nemo potest tenebras.*

Ex Luciani epigrāmate transtulit, sic enim habet:

*Ἄστε τί μέτων οὐδεὶς δύεις οὐδεῖκον, ἵχεο τέχνης,  
οὐ δύσκολη δυνατερή νόνται ηγεθταίσασι.*

quod idem ab Erasmo sic est conuersum:

*Abluis Aethiopem frustra, quis definis arrem?*

*Haud unquam efficies nox sit ut atra dies.*

Id autem ex apolo<sup>go</sup> quodā Æsopico manasse planum est, quo quidē significatur ἐπι μάρτυσιν εἰ φύσεις  
ὡς περιλαθταὶ τινὲς ἀρχὴν, naturas manere vt suum ha-  
buere principium. Quò referendū Diogenis apoph-  
thegma, qui cùm improbū quendam & proteruum  
castigaret, rogatus quid faceret: Aethiopem, inquit,  
abstergo, vt difficulter candidum reddam. Quod in  
genere de his omnibus intelligi potest, quę nulla arte  
nullaque industria corrigi aut mutari queunt. Sed  
speciatim hoc torquebimus in ea quæ fucata sunt &  
adulterina, vt gloriam inanem, non vitæ meritis, sed  
precario emptam, cuius omnia simulachra, vt sic di-  
xerim, tanquam flosculi celeriter decidunt; quando-  
quidem simulatum quicquam nō possit esse diuturnum,  
& si cito ad naturā redierint suam : verissi-  
mum enim est quod ait Flaccus,

*Naturam expellas furca, tamen usque recurret.*

Vel hoc traduceimus ad mores indociles & indomiti

quandam naturam, quæ nulla vi aut arte mitescere potest, ut sunt efferata quorundam ingenia, à quibus non possunt auelli, quæ rudibus annis primum percepta sunt: Nam

*Quo semel est imbuta recens seruabit odorem*

*Testa diu —*

Tametsi enim ad tēpus desinere videatur in plenisque cacoēthes, multaque prohibeant ætas, metus, & magistri, eius tamen habitum delere, nedū compescere fere non est qui possit: *αὐτοὶ τε τοιούτοις οὐκέτι δύο, τοιούτοις μόνοις οὐδὲν αἴσιον.* mores ingenitos occultare difficultate. Ascribam huc epigramma lepidum Anuli ex pœta poësi.

*Indocile ingenium si pergas velle docere,*

*Infelix operam perdas: ut si quis asellum*

*In campum doceat parentem currere freno:*

*Qui cum quadrupedum in morem videatur equorum*

*Tollere posse caput, gressus glomerare superbos:*

*Hunc tamen aut frenis, aut si calcaribus urges,*

*Auriculas demisit inique mentis asellus*

*In terram, & pedibus posticis calcisrat. ergo*

*Desine: nam nunquam ars naturam vincet, equus' que*

*Nunquam ex degeneri fieri generosus asello,*

*Et nunquam ex stolido cordatus fieri ab arte.*

*Abluis Æthiopem* ~~huc~~ pertinent proverbia Erasm. *Æthiopem dealbare, & Æthiops non albescit*, quod refer & illud Nazaneni πάροδοις in Δωριζεται τοιούτοις οὐδέτεροι, ἀλλ' εἰδεῖς τὸ μίλαν, hoc est, *Pardus* non deponit pellis maculas, neque nigrorē *Æthiops*. refert Iunius centuria 7. Prouerb. Siquid de *Æthiopib.* pluribus requiras, consule Plin. lib. 5. cap. 8. & cap. 30. lib. 6. *Anulus. Olym. xi.*

*Συφυσι, οὐτ' αἴρω αλώνει*

*οὐτ' επιβανοι λεόνεσσι*

*Συνταξαντο οὐδος: Νομογένεις αὐτον,*

*ενοχει γενονται λεόνεις γατοι συνταξαντο οὐδος*

Cuculi.



*genuis agresti  
Cuculus  
Cuculus*

Runcolas agreste genus pleni que cucullos  
Cur vocitent, quænam prodita caussa fuit?  
Vere nouo cantat Coccox, quo tempore vites.  
Qui non absolut, iure vocatur iners.  
Fen ora in nidos alienos, qualiter ille  
Cui thalamum prodit uxori adulterio.

Id nobis luculenter enarravit Alciatus ipse met  
lib. 7. patergōn iuris cap. 5. his verbis. Cuculum vo-  
cant qui matrimonij sui incuriosus sit, quique uxo-  
rem suam marchis permittat. Cucubitate verbum  
confinxerunt quasi cuculitare. ego Cuculos pecu-  
liari conuicio agricolas dictos apud veteres legi, qui  
negligentes, socordes, tardique essent, quod non prius  
putatas vites haberent quam cuculus canere cœpi-  
set. Horatius:

— magna compellans voce Cuculum.

Græcè κύκος à voce dicitur, ut appareat veteres Græ-  
cos u p̄ilon per u eo more quo nos Latini facimus,  
pronunciasse. Recentiores grammatici Cuculos dici

hos homines putant à natura avis, quæ in alienum nidum, maximè Hypolaidis, quam ipsi curucā vocant, oua sua transferrunt. Sed hac ratione non cuculi, sed curucæ dici debuissent; cùm non ipsi in alienū, sed alij in suum nidum congerant: vnde & adulterium dictum, quasi ad alterius torum. Hactenus Alciat. Ait itaque cuculi nomen abusiuè in eos esse traductum, quorum impudicæ sunt vxores, cùm è diuerso cuculi potius vocari debeant, qui alienas uxores adulterant, habita scilicet ratione naturæ avis quæ sua in nidis alienis oua ponere soleat. Idem reperies apud Erasmum Centur. 5. Chiliad. 4. Vide Plin. 18. cap. 26. & Pierium lib. 2 5. Hieroglyph.

*Vere nouo cantat coccyx.) Vnde & pro verni temporis symbolo adhibetur. hinc Hesiodi illud:*  
*Ἅμος κόκκος νοκκίζει σπύρας ἐν πετάλοντι:*  
*Ut canitum audioris quem reddit ab ilice coccyx.*

*quo tempore vites, &c.) Illud est quod Plinius ait probro solere obiici vindemiatoribus, si cuculus eos deprehendisset putantes vineam. & Horat. 1. Serm.*  
*Tum Præsternit salso multum quo fluenti*  
*Expressa arbusto regerit conuicia durus*  
*Vindemiator, & inuidus, cui sepe viator*  
*Cessisset, magna compellans voce cuculum.*

### Vespertilio.

61.

*Affumperisse suum volucrī ex Mineide nomen,*  
*Socraticum auctores Chærephoonta ferunt.*  
*Fusca vitro facies, & stridens vocula, tali*  
*Hunc hominem potuit commaculare nota.*

Chærephon Atheniensis, Socratis discipulus, rara pertinaciter libris incubuisse fertur, ut lucubrationibus nocturnis extenuatus, maximum pallorem maciemque contraxerit, vulgarique ioco Noctua, vel, ut alij volūt, vespertilio est vocitatus. vnde est apud

Aristo-

Aristophanem in macilencum, & pallore cōfectum  
 disterium prouerbiale, ~~s& sev dīētētē xaspefārētēs tē~~  
 φῶν, nihil natura differt à Chærophonte. Philo-  
 stratus in prefat. vit. Sophistatum duos fuissē eius  
 nominis tradit, quorum alter Buxeus est cognomi-  
 natus, quod admodum pallidus esset ille enim lucu-  
 bratione nimia sanguine laborabat; estque de quo  
 hic sermo est: Alter iniurius quidam homo fuit, im-  
 pudentissimeque momordit, qui etiam Gorgiae stu-  
 dium taxare ausus sit. Prioris illius meminit Cælius  
 lib. 13. cap. 1. & Erasm. in Chiliad. 2. Centur. 9. pro-  
 uerb. 89. At quantum coniicere est, id non torquetur  
 in pallorem qui ex studiis contrahitur, sed in labes  
 quasdam corporis quæ animi vitia produnt. Qui  
 enim oculos habent ægros, assiduisque lucubratio-  
 nibus propè iam perditos, nō ideo ludibrio sunt ha-  
 bendi, & naso suspendendi adunco; sed potius qui  
 vespertilionis æmulati naturam, videtur aliquo mo-  
 do tum vocem, tum vultum humianum exuisse in  
 eo quod in luce hominum conuersari refugunt.

*volucri ex Mineide* ) id est, vespertilione. Mineides  
 Thebanæ sorores cum Liberi patti sacrificia in con-  
 temptu raperent, Mineruæ lanificio addictæ, ex im-  
 prouiso die numinis vocibus tibiarum, & tympano-  
 rum sono perterritæ telis instrumentisque suis in  
 vites ac hederam repente commutatis, omniq[ue] lo-  
 co feris repleto noctu fugientes, in vespertilioes trā-  
 formatae sunt. Ouid. 4. Metamorph. Hinc volucrem  
 Mineidem pro vespertilione dixit Alciatus.

## Aliud.

62.

Vespere quæ tantum volitat, quæ lumine lusca est,  
 Quæ cum alas gestet, cetera muris habet.

Ad res diversas trahitur: mala nomina primū

Signat, quæ latitanti indiciumq[ue] timent. *Lacrymosa, lacrymæ,*

M 5

Inde

*Inde & Philosophos, qui dum cœlestia querunt,  
Caligant oculis, falsaq[ue] sola vident.*

*Tandem & versutos, cum clam sectentur utrumque.  
Acquirunt neutra qui sibi parte fidem.*

Quanquam vespertilionis nomen ad multa tradi-  
duci possit, speciatim tamen triplici hominum gene-  
ri accommodat Alciatus. Primo vespertilioes iij ap-  
pellantur qui ob malam famam, vel aliquam capitis  
diminutionem, domi se continent, neque in medium  
prodire audent: vel qui grauati ære alieno noctu  
tantum prodeunt, ne a creditoribus offendantur, &  
in ius quoquo modo vocentur. Deinde conuertitur  
id nominis in quosdam rigidos philosophiae satelli-  
tes, qui omnino cæcutiunt, dum ea quæ sunt abstru-  
sa prorsus atque abdita scrutantur, ac rerum cœle-  
stium naturam conquirunt, quæ à nobis longè re-  
mote, neque oculis intueri, neque tangi manu, neque  
percipi sensibus possunt; & tamen sic de his disputa-  
re ausi sunt, ut quæ affluerunt, probata certaque vi-  
deri velint. At profecto longè fecus habendum no-  
bis est. Illi enim dum cōtradicendi studio insaniunt,  
dum etiam quæ falsa proferūt, arcte & accuratè de-  
fendunt, aliorumque vera refutant audaciūs, non  
tantum illis elapsa veritas est, quam se querere simu-  
lant, sed &c ipsi eam potissimum suo vitio perdunt.  
**Socrates** cùm esset omniū philosophorum vel Apol-  
linis oraculo sapientissimus, tamen ut ceterorum ar-  
gueret ignorantiam, dicebat se hoc vnum tantum  
scire quod nihil sciret. Videbat enim oculatissimus  
ille philosophiam illam humanam nihil in se habe-  
re certi, nihil veri: nec (ut pleriq[ue] censem) doctrinam  
ipsam dissimulauit, ut alios refelleret, sed quadam  
ex parte veritatem nouit, humanam enim sapientiā  
nullam esse fasilius est, adeoque quam philosophi  
scientiam profitebantur, quæ tum maximè versaba-

3 tur in syderum inspectione, contempsit, derisit, ab-  
iecit. Tertiò & postremò nomen hoc traducitur in  
callidos & verisperles ancipitis fidei homines, qui  
nec huius ordinis sunt nec illius, cum vtroq; tamen  
colludunt, & plerunque tanta dexteritate res agunt  
suas, vt cum viraque parte communicādi ius habere  
videantur, & vtranque (vbi collibuerit) cōuiciis pro-  
scindere & ridere, cum que aliud temporis exiget oc-  
casio, eandem probabunt & extollent. Genius homi-  
num certè, vt versatile & infidum, sic detestandum  
maxime & execrandum. Quid enim cum illis agas,  
qui neque fidem, neque mentem habent sibi cōstan-  
tem? Non enim dubium est quin alios, cum quibus  
versantur, fallant, cùm se ipsi prius fecellerint. Si  
enim veritatis essent aliqua tādem parte studiosi, da-  
rent operam profecto, vt meliores & iustiores con-  
fessatarentur, iisque adhærerent, contrarios vero fuger-  
ent, & serio, non perfunctorie aut oscitáter, & qua-  
si aliud agentes auersarentur. Sed quid lucri aut p̄  
mij denique? nimirum quod mēdaces atque im-  
postores quibus non credatur, etiamsi vera dixerint; sed  
& illud adiicitur, quod vtriq; parti suspecti & odiosi  
apud omnes turpissima infamiae labē asperguntur.  
Vtrinque enim proditorum habentur loco, quibus  
que neutra pars ex animo fauere possit. quo sit, vt  
qui factionis vtriusque sibi contrariae conuictores &  
asseclæ volebant haberi, non rato ab viraque confi-  
ciantur & atterantur, vt fuerunt in bello Italico Se-  
nenses; in quo cū se medios gererent in neutrā  
partium inclinatos, sedato tandem bello à diuisis  
militibus confossi sunt, vnde festiuē dixit quidā ma-  
gni nominis princeps, Senensibus idē accidisse, quod  
iis solet qui mediā domus incolunt partē, vt fumo  
ab inferioribus, puluere autē & strepitu vexētur ab  
iis qui supernas partes incolunt. Sapienter itaque à  
Solone sanctū est, vt qui in ciuili discordia & populi  
discensione

discessione duas in partes, non vni aut alteri se adiunxit, sed solitarius, neuterque à communis malo ciuitatis secessisset, is domo, patria, fortunisque omnibus priuaretur, & exul extorrisque esset, quod nō inflammādā aut augēdā discordia, sed cōpescēdē potius, aut etiā extinguedā gratia decretū est. Quod idē Phauorinus philosophus inter fratres, & amicos dissidētes faciendū esse censebat, ut qui essent in medio partis utriusque, benevoli, si in concordia amittenda parum auctoritatis quasi amici ambigui habuissent, tum alter in alteram partem discederet, ut hac via concordiam utriusque instaurarent. Sed ad alia festinandum, si prius monuero, Hesychium dixisse, vespertilionē impurū hominē, quique in ambiguo ponat ea quę fidei sunt, representare, ut sunt qui omnibus etiā dissimillimis sectis adhæret, quibus nō iuria dōrū μαρτυρίου inditū nomē est. Pierius lib.2.

*Vespere quae tantum volitat, &c.)* Vespertilio, volucrē biforme animal, à vespere nomē trahēs, quod vesperti voliter, de quo Pli.ca.61.li.10. & c.37.li.11. Legi aliqui tetricostichō hoc naturā vespertilionis exprimēs:  
*Vt quadrupes & avis volitat, discurrit, & inter*

*Quadrupedes non est nec numerandus aves.*

*Lacte suos nutrit pullos, & non parit cuum:*

*Sunt alae, dentes, labra, pedesque duo.*

Aduerte autem illud: (*Vespere quae tantum volitat*) referri ad primū genus hominum quos attigimus, eorū népe qui infames sunt & iudicium formident.


*que lumine lusca est*) Membrum hoc refertur ad caligantes philosophos.

*Quae cum alas*) hęc pars ad posteriores respicit, népe versutos & infidos, qui de se possunt quod est apud Varron.in Agathone, profiteri:

*Quid multa factus sum vespertilio, neque  
In muribus plane, neque in volucribus sum.*

*Caligant oculis*) caliginem inducunt, obscurant.

Ita,



*Alcasam veteres caudam dixere leonis,  
Qua stimulante iras concipit ille graues.  
Lutea cum surgit bilis, crudescit & atro  
Felle dolor, furias excitat indomitas.*

Immensus & indomitum furorem significantes Aegyptij, leonem catulos cauda flagellantem pingebant: leonem quidem ob iram, catulos vero ex eos, quoniam eorum ossa inter se collisa ignem videntur emittere. Plinius 8. libr. leonis irati signa colligens ait: Leonum animi index cauda, sicut & equorum aures. Immota ergo placidus, clemens, blandientique similis, quod rarum est: crebrior enim iracundia eius. In principio terra verberatur, incremento terga, ceu quodam incitamento, flagellantur, &c. ex quibus colligere est facile, quantus sit leonis concitati furor. Admonemur itaque irae impetum cohibendum esse, omnesque occasiones deuitandas, quod ea sic hominem extra se deiiciat, ut in belluam ferocissimam quasi transformet. Siquidem si paululum aduertas,

*Turpis*

*Turpius irato quid posses cernere vultu,  
Cum fluit à rabiido spumeus ore liquor?  
Sic despumat aper cinctus latrante catena,  
Sic etiam frenis exagitatus equus.  
Non hominem dicas feruens quem concitat ira,  
In furia versus incipit esse fera.*

Præter alios quamplurimos ad hanc rem mihi testis esse potest Alexáder Macedo totius penè Orientis victor, qui subitā quadam ira correptus Clytum nurricis suæ filium (à quo fuerat ad Granicum amnem seruatus) interfecit, quemque prouincit präficerat, conuiuio admouerat, multisque honoribus, ut amicissimum donauerat, impetu nescio quo inflammatu ferro traiecit. At paulo post cum ad se rediisset, erexit telum ex Clyti vulnere in scipsum doloris impatiētia vertebat, nisi suorum manibus fuisset prohibitus. Itaque summè nobis elaborandū est in ira domanda vel saltem sic cōpescenda & continenda, ne nobis possit ullum adferre nocumentum: hāc enim qui vicerit, hostem se viciisse omniū maximū & perniciosissimum dicere non iniuria potuerit.

*Alcæa veteres caudā, &c.)* Testis est Pierius Hierog. lib. 1. & Cælius lection. antiqu. lib. 13. cap. 8. leonis caudam ab eruditissimis Alcæam δῶν τε δι' αὐτῆς εἰς ἀλλήν τρέπεται, quod eius incitamento ad fortitudinem excitetur.

*Lutea cum surgit bilis.)* Duplicem esse bilem nemo nescit, atram scilicet & flauam: hac vulgo melancholia, cuius in felle sedes: illa cholera, quæ sedem habet in corde, definiturque ab Arist. accensio sanguinis circa cor.

*crudescit) crudus fit, induratur.*

*astro felle) fel iræ est sedes: humor autem qui est in folliculo fellis, vocatur bilis, quæ pro sui conditione hominem commutare solet. Iuuinalis Satyra 1.*

*Quid referam quanta siccum iecur ardeat ira?*

In eum qui sibi ipsi damnnum  
apparat.

64



**Capra lupum non sponte meo nunc ubere lacto,  
Quod male pastoris pronida cura inbet.**

**Creuerit ille simul mea me post ubera pascet: *Beneficia male*  
*Improbitas nullo flectitur obsequio.* *Locata, metifata et extor***

Id ex incerti auctoris epigrammate Græco trans- *Maurorum.*  
stulit, quod est eiusmodi:

Ἄλπες οὐδὲν παρέχουσαι τοιούτοις εἰς ἀπόγονοι,  
ἀντὶ δὲ σὺν ιπέσι τοιούτοις εἰς αὐτοῖς.

ἀντὶ δὲ σὺν ιπέσι τοιούτοις εἰς αὐτοῖς, id est,  
καὶ χάραξ αλάζει τοιούτοις εἰς αὐτοῖς, id est,

**Capra lupum lacto mammis truita, sed illud  
Pastoris cogit mens male cœta mei.**

**Nutritus per me, tandem frater sauit in me.**

**Vertere naturam grataria nulla potest.**

Præter Erasmus multi viri docti certatim videntur hoc vertisse tetraстиchon, quorum versiones huc aggregare non est animus. Obiter admonuero, in his quæ tantum latinis versibus extulit Alciatus, nos

*aliam*

aliam versionem appingere non eo voluisse animo  
 ac si nobis minus viri doctissimi labor arrideret; nā  
 vt semel adhuc, & quidem obiter dixerim, id in stu-  
 diosorum gratiam lubens facio, vt versionē habeant  
 quam cum alia conferant, seseque ad eundem mo-  
 dum exerceant. Itaque redeamus eō vnde digressi su-  
 mus. Videtur confictum hoc epigramma ex Theo-  
 crito, apud quem eiusdem est argumenti apologus.  
 Id torquetur in ingratos, eosque potissimum qui per-  
 niciem ijs adferunt de quibus bene meriti sunt; quo  
 genere hominum nihil peius aut deterius creare ter-  
 ra potest: tamque id flagitij putidum est, vt omnia  
 conuicia ingratitudinis solo nomine cōtineri dicantur.  
 Quid verò execrabilius esse potest, quam ijs vi-  
 tam adimere, aut etiam quodā torquere pacto, qui  
 nobis viuendi causas suggestere, dederuntque operā  
 vt quod sumus, essemus? At vt de leuioribus aliquan-  
 tum verba faciam, scribunt auctores grauissimi, in-  
 gratitudinem sceleris atrocissimi loco esse positam,  
 adeò vt tanto crimini non sit vlla pœna legibus cō-  
 stituta: quod sicuti sapienter arbitrantur, maius sit  
 quam vt ab hominibus vindicari possit ad ultionem  
 diuinā remitti. Tamen legere est apud Xenophon-  
 tem in Persarum moribus, & statutis hoc esse posi-  
 tum, vt maximè ingratitudinis notam infectentur.  
 Quem enim cognouerint posse gratiā referre, nec re-  
 fert, in hunc seuerissimè animaduertunt: quippe qui  
 arbitrentur eos qui sunt ingrati, & deos negligere, &  
 parentes & patriam & amicos. Ingratitudinem verò  
 (ait) potissimum impudentia sequitur, quæ ad om-  
 nem turpitudinē maxima est dux. Sanè vt hoc quasi  
 per transennam adiiciā, pulcherrimas ingenij sui pe-  
 nè diuini dotes multū obscurauit Aristoteles, quod  
 animo in præceptorē Platonē fuerit ingrato, quam-  
 quam tamen alicubi dissimulet.

*subet) Permittit: Græcum habet αἰαγκάζει, cogit.*

Impr.

*Improbitas nullo, &c.) Idem sonat penē Mimus Pu-*  
*blianus ille:*


*Malevolus semper sua natura vescitur.*

*Quò refer adag. Lupus pilum non animum mutat:*  
*&, Colubrum in sinu fouere: &, Aries nutricationis  
 mercedem persoluit.* ~~Non est hinc aliud adagium Gal.~~

## Fatuitas.

65.

*Hic de nomine  
 impossibile  
 disputatione*



*Miraris nostro quòd carmine diceris Otus,  
 Sit vetus à proavis cùm tibi nomen Otho.  
 Aurita est, similes & habet cœn noctua plumas,  
 Saltantemq; auceps mancipat aptus auem.  
 Hinc fatuos, captiu & faciles, nos dicimus otos,  
 Hoc tibi conueniens tu quoque nomen habe.*

*Hoc dictum est in quempiam temerarium, glo-  
 riabundum, & plus quam par est, autem nobilitatis  
 iactatorem, quem Othonem appellat ab Otide aue-  
 fava & gesticulatrice captuque facili, quam Aristoteles  
 noctua similem, & circa aures alarum quandam  
 similitudinem habere tradit. Proverbialiter enim  
 dicuntur*

N

dicuntur

*Vid. Jun.  
p. 22.*  
dicuntur qui in re qualibet facilè decipiuntur, ac illi maximè qui verbis sese protelari facillimè sinunt, cuilibet sine delectu & prudētia dextrā, quod aiunt, iniicientes, ut refert ex Eustathio Homerī scholiaсте Hadrian. Junius in proverb. *Otis.* Cæl. Rhodig. lib. 3. cap. 29. otos dici ait gloriæ vanitatē affectantes, id est *avarosōgex.* Vide Erasm. prou. Aues quæris.

*Aurita est, similes, &c.)* Plin.li. 10.cap. 23. Otis bûbone minor est, noctuis maior, auribus plumis eminentibus, vnde & nomen illi. quidā Latinè asio nem vocant: imitatrix aliâs auis & parasita, & quodam genere saltatrix. capitur haud difficulter, ut noctu x, intenta in aliquo circumeunte alto. Idem ferè Athen. dipnosoph. 9. cap. 14.

*mancipat*) manu capit, propriam efficit & usu capi. Horat. 2. epistol.

*Quædam (scruo consultis) mancipat usus.*

## Obliuio paupertatis parens. 66.

*Cum lupus esuriens mandit cervarius escam,  
Præq[ue] fame captiuum deuorat hinnuleum,  
Respiciat si forte aliò, vel lumina vertat,  
Præsentem oblitus quem tenet ore cibum,  
Queritat incertam (tanta est obliuio) prædam.  
Qui sua neglexit, stulte aliena petit.*

Ea est lupi cervarij natura, vt quamvis post longa iejunia repertas ægræ carnes mandere coepit, vbi quid casu respexerit, obliuiscatur, & copiæ præsentis immemor aliud querat, testib. Plinio & Solino Polylh. cap. 18. Idem contingit ambitiosis & auaris, qui spe honoris amplioris, aut commodi, in quo sit vbetior quæstus, neglecta præsenti sorte venantur aliam; fit tamen sè penumero, ut vtraque frustrenetur. Hinc Sophocles in Thyeſte:

— οὐδὲ μηχανεῖν διέργος  
πονήσει τηλε τὸ πάροντα αὐτολαμεῖν.

Id quidem exemplis quamplurimis confirmari possit, sed vnam tantum, breuitatis ergo, ex Iustino subiiciam. Pyrrhus in amplissimo imperij fastigio collocatus, iam nec eo contentus, Græciæ, Asiacque regna meditatur: neque illi maior ex imperio quam ex bello voluptas erat: nec quisquam Pyrrhū, quam tulisset imperium, sustinere valuit. Sed ut ad regna deuincenda inuictus habebatur, ita inuictis acquisitisq; celeriter carebat: tamē melius studebat acquirere imperia quam retinere: quam ob causam collatus est ab Antigono, lusori imperito, qui cum multa & fœliciter iaciat, iis tamen vtili modum negligat, Plutarch. teste. Fruendum est itaque rebus præsentibus, & recte agendo speranda meliora. Est enim animi valde pusilli & angusti, inopiam metuere plus quam par est; ideoque iis que adhuc non frui, & alienis anxiis inhiare. Ferè enim sit, ut iuxta proverb. duos insequens lepores neutrum capiat: cuiq; illud conueniat: *duoī διδυμάντες οὐ σετέρους ιτυζεσ.*

*Ambo concupiscens neutrū affequitus es.*

Huc refer adag. Præsentem mulge, quid fugientem insequeris?

*Qui sua neglexit, &c.) Non videtur incommodum si apponam lepidum & facile T. Mori tetraстichon huic Emblemati conuenientissimum:*


*Oscaniis implet anas, alium capturus hiabat,*

*Non capit, at quem iam ceperat, ore fugit:*

*Sic miser interea, dum rem captas alienam,*

*Sapius & meritò perdis, auare, tuam.*

## Superbia.



*En statua statua, & ductum de marmore marmor,  
Se conferre Deis ausa procax Niobe.*

*Est vitium muliebre superbia, & arguit oris  
Duritatem, ac sensus, qualis inest lapidi.*

*Figmentum hoc Niobes ob insolentem iactantiam  
in saxum rigens transformatae, arguit potentiorum  
quarundam mulierum superbiam elationemq; im-  
modicam, qua occæcatæ ne ipsis quidem Superis  
subesse se putant: quo sit, ut suæ mortalitatis in me-  
mores in detestandam avia dñorū incident. Hoc itaq;  
verborum inuolucro monentur, ne se se aliùs effe-  
rant, & plus quam oporteat, apud alios, aut etiam  
apud se sibi tribuant. Præterea de numine bene sen-  
tiendum est, quandoquidē non erratur periculosius,  
neque scelestius quam in numinis contemptu. Præ-  
clarè monitor ille apud Virgilium:*

*Discere iustitiam moniti, & non temnere Diuos.*

*Quod non inconcinnè referam Baptiste Gyraldi ele-  
giacam prosopopœiam in Niobes tumulum:*

*Ego*

Este procul lati, cernant mea funera tristes,  
Non similis toto mero in orbe fuit.

Bis septem natos peperi, bis pignora septem,  
Me miseram! Diuum sustulerat ira mihi.

Dirigit demum lachrymis, & marmora manant:  
Sic mihi mers dolor est, sic mihi vita dolor.

Discite mortales, quid sit turgescere fastu,  
Et quid sit magnos posthabuisse Deos.

En statua statua, &c.) Hoc imitatus ex senariis his  
ex 3. Epigram.

ο τύπεος οτις ερον ιαν ιχει ρεκογη,  
ο νεφελος εντο ειν ιχει τάφον,  
επι αυτος ιαντη νεφελησι και τάφος. id est,  
Hoc in sepulchro mortuus non conditur,  
Hoc est cadaver & sepulchrum non habens;  
Sed est idem cadaver & sepulchrum sibi.

Se conferre Deo, &c.) Niobe cum liberorum numero esset elata, Latonam cōtempsit, ipsique se præferre non erubuit, quod ea non nisi duorum, Apollinis & Dianæ mater esset. Itaque indignata Dea Apollinis, & Dianæ sagittis liberos eius omnes curvavit interficiendos, ipsamque Nioben sibi conuiciantem turbine rapuit iuxta Sipylum montem, & in saxum transformauit. Ouid. 6. Metamorph. Rei veritatem si vacat, ex Palæphati lib. 1. & Pausan. in Arcadic. exquire.

argutoris duritiem, ac sensus, &c.) Lapis in Hieroglyph. hominem sensus expertem significat; vnde illud Comici: Quid stas lapis? & primos illos homines rudes & impolitos, nullaque disciplinarum cognitione cicuratos, saxeos appellarunt. Hinc enim Maronis illud:

— hoc tempore primum

Deuacion vacuum lapides iactauit in orbem,

Vnde homines nati durum genus. —

Lege Pierium lib. 49:

Ond. 77. . . . . N 3

Impu-

ant mens apparet, & sive pugnae, &c.

Lunus agit pugnae, & lapis subiicit.

## Impudentia.

68.

*Pube tenus mulier, succincta latrantibus infra  
Monstrorum catulis Scylla biformis erat.*

*Monstra putantur anarities, audacia, raptus:  
At Scylla est, nullus cui sit in ore pudor.*

Scyllam Phorci filiam Glauci amore captā Circe quod eundem deperiret, sic affecit, ut fontem, in quo Nympha se lauare consueverat, beneficiis & magicis herbis infecerit: cuius rei nescia Scylla fonte de more ingressa inferiores corporis sui partes in caninos tictus vedit esse commutatos; quam tantam deformitatem horrens, in mare se praecepitem dedit, & in saxum mutata poëus argumentum fabulæ præbuit. Homerus Odyss. μ. Ouid. 14. Metamorph. Iustinus in Trogum 4. fabulæ de Scylla & Charybdi materia Poëtis suggestam ait ob fretum, quod in Sicilia citato sæuoque impetu fertur, in quo vndarum inter se concurrentium tanta pugna sit, ut aliás veluti tergadantes vorticibus in imum desidere, aliás quasi viètrices in sublime ferri videas: nunc hic fremitum feruentis æstus, nunc illuc gemitus in voragine desidentis audias. Accedit perpetuum Ætnæ montis incendium: hinc latratus auditos: hinc monstri credita simulachra, dum nauigantes magnis vorticibus pelagi desidentis exterriti, latrare putant vndas, quas sorbentis æstus vorago collidit. Scyllam fuisse nauic tremem Palæphatus tradit. Sallustius saxum putat esse in mari prominens, quod procul visentibus muliebrem formam repræsentet, in quod illisi fluctus, quoniam & luporum eiulatum, & canum latratum videntur imitari, finixerunt illam pube tenus feris huiusmodi succincta esse. Alciatus id apposite transluit ad impudentiam, quæ tribus potissimum vitiis rabidissimis comitari soleat, auaritia, siue rapina, audacia, inuidia, quæ sub eleganti, aut viri aut mulieris

forma

*Martia, regna  
audax  
Inuidia*

forma plerunque latitant. Quid enim non audeat impudens qui nihil non sibi permittit, turpe putat nil?

*Pube tenuis mulier, &c.) Virgil. duobus in locis imitatus est, sic enim:*

— pulchro pellere virgo

*Tuba tenuis. — & alibi:*

*Quid loquar aut Scyllam Nisi, aut quam fama sequuta est  
Candida succinctam latrantibus inguina monstros, &c. ex  
quo loco aduertes duas fuisse Scyllas, quas plerumq;  
Poëtæ confundunt, ut 6. Faſtor. Ouid. Lege Nannij  
Miscellan. li. 6. & Jacob. Bononiensem annotationib.  
quas pauculas scripsit in Virgil. & eundem Virg. in  
opusc. Ceiri.*

*Monſtrorum catulis ) canibus monſtroſis. Virgil.  
dixit:*

*Ah timidos nautas canibus lacerasse marinis.*

*Et Ouid. 4. Trist.*

*Effe canes utero ſub virginis. —*

*Cicero de Arufpic. responsis: Quam Scyllam tam  
eminentibus canibus tamque iejunis Poëtæ fingen-  
do exprimere potuerunt, &c.*

### ΦΙΛΑΣΤΙΑ.

69.

*Quod nimium tua forma tibi Narciffe placebat,*

*In florem, & noti est versa ſtuporis olus.*

*Ingenij est marcor, cladesq; φιλαυτία, doctos*

*Que pessum plures datq; deditq; viros:*

*Qui veterum abiecta methodo, noua dogmata querunt,*

*Nilq; suas preter tradere phantasias.*

Tiresias vates tam diu victurum Narcissum pre-  
dictit, quandiu à ſui conſpectu abſtineret. At ille  
proptiq; ſortis ignarus viſam in fonte ſui vultus ima-  
gine in ſic depetit, ut ſui amore captus miferè con-  
tabuerit, & in florem ſui nominis coſmutatus fit,

qui

~~ad Arundel N 4~~

qui narce dicitur, & stuporem sonat, quod Narcissus  
odor caput aggrauet. Plin.lib.21.capiub.5.11.& 29.  
Notatur hoc figmentum qui à veterum traditionibus  
& institutis desciscentes nouam quandam regulam  
consestantur, tamque sibi in hoc placent, ut licet ob-  
tusores reuera sint, quicquid tamen precipiunt, vio-  
lentiū aliquantum inculcat neglecta prorsus, & de-  
leta maiorum forma & methodo: eoque deuentum  
est, vt fidem illam canam & priscam veterū aucto-  
ritatem præ sua opinione nihil ducant: tanta est cœ-  
cutientia, stultitia atque peruersitas. Tale sunt natio-  
nes quidam impudentissimi, qui nouorum dogmatū  
farragine populum incautum inescant, verborum  
que phaleris sic protelant & peruerterunt, vt quasi gu-  
stata loto libeter à Christianę reipubl. cōmunione,  
sed suo magno malo, desciscant. Tam enim sunt per-  
frictæ frontis, vt sua dogmata omnium esse certissi-  
ma vel etiam iuramento assérere non veriti, nullam  
aliam meliorem, aut solidam de religione traditam  
fuisse sententiā, quam quæ ab eis tradatur, affirment.  
Sicque plurimorū damno & perniciē detestandam  
~~ostentationem~~ in rebus diuinis experimur. Potest & hoc  
torqueri commode, & generaliter in imperitos &  
~~ostentationem~~ rerum suarum non æquos admiratores, qui-  
bus sane, vt Comicus ait, nihil unquam quicquam  
iniustius, nihil enim rectum putant nisi quod fece-  
rint: quo sit, vt aliena tam impensè carpendo, suaque  
plus quam par est, admirando, ingeniali flos absque  
ullo fructu facillime marcescat. Vnde meritò illud  
repetam quod Alciatus in quadam oratione dixit, ni-  
mitum nullam esse perniciosiorē studiorum cala-  
mitatem quam sui ipsius confidentiam & admira-  
tionem, quem morbum Græci ~~ostentationem~~ appellant.  
Est autem etiam adulacione deterior, eoque homi-  
nem inducit, vt se existimet optimè scire quæ non in-  
telligit, redditque eum negligētem, superbū, ocio-  
sum,

sum, aliotum contemptorem. Emendatur autem hic  
error & malum non tam oratione quam frequenti  
auditu & collatione, quæ cum peritioribus habetur.  
Quapropter, inquit, cauendum ab hac bellua: nullus  
enim erit veræ sapientiæ capitalior hostis quam qui  
meliorum præceptorum dogmata flocci facit. Diui-  
nus Plato , quem tanquam raræ alicuius & veræ sa-  
pientiæ terrestre oraculum meritò docti omnes su-  
spiciunt ac venerantur, lib. 5. de legib. auream planè  
sententiam hanc pari verborum pondere protulit  
 τὸν τοῦ θεοῦ μέγατον πάντων πολλοῖς ἐμφύτευ-  
 τὸν τοῦ φυγαδὸς εἰσὶν, οὐ πᾶς αὐτῷ προγόνοις ἔχει δότο.  
 φυγαδὸς οὐ δεμιαὶ μηχανᾶται. τὸν δὲ εἰσὶν λέγοντες, ὃς  
 φίλος αὐτῷ πᾶς ἀπρωπός φύσῃ τε εἰσὶ καὶ οὐδεὶς ἔχει τὸ  
 δέιν τῆν τελείαν τοῦ δὲ ἀληθείας πατῶν ἀμερτουσί-  
 ται διὰ τὴν σφόδρα ιαντες φίλοι αὐτῷ ἐκέντο γίνεται  
 ικάστο. Sed expendamus singula maturius.

Imprimis enim φιλαυτία nō ab re appellat ma-  
ximum quoddam malum innatum in meliore ho-  
minis parte, nempe animo, & eō quidem deterius  
ac præsentius, quod licet eo plerique morbo correpti  
sint, non tamen vñquam de remedio querēdo aut  
applicando cogitant, vt tandem sani euadant. Atqui  
nulla exitialior aut dānosior ægritudo est, quam ea  
quæ sui sensum adimit, ita vt αἰτιῶντις quandā in-  
ducat & foueat: quo fit, vt omni animi cōtētione &  
industria in eo propulsando est enitendū, & eō ma-  
ior cura collocanda, quod morbum hunc (in quo sit  
fons, & certè principium aliorum omnium quæ in  
animum cadere possunt vitiorum) grauiores affert  
corruptelas, clademque ingenij præsentiotem. Nulla  
enim ratione fieri potest, vt qui hac percussus peste  
oberret, sanum vel in alijs vel in seipso iudicū reti-  
neat, cùm se non norit, quandoquidem sit in oculis  
mentis infusa caligo tam densa tamque spinosa, vt  
vel apertis oculis nihil videat. Itaque qui sui capitut

amore, non verè sese amare potest, sed falsam quādam de se opinionem, ut umbrā aliquā, quasi qui in tenebris palpat oscitanter, venatur. At verò ut Plato docet, scipium à scipio falli πάντων χαλεπότερον, imò verò adiiciam δεινότερον ἢ ἡδιωτίστατον. Cūm enim impostor ipse presto semper habeatur, nec minimū quidem abcedat, quo pacto non esset grauis simum & maximè deplorandum? Cæcitas hæc omnium intolerabilis, cūm inficitiam nostram sapientiæ loco habemus, & quanquam omnium penè rerum ignoratione laboremus, tamen nos omnia ingenio complecti arbitramur. Tolerabile alioqui vitium, si ea tantum placerent, quæ ingenij specimina quædā præ se ferunt, aut alia generis eiusdem, in quibus si tantum fallimur, nec fallimus, aut si sic fallimur ut agnito errore melioribus dehinc acquiescamus, nemo est quin veniale putet. Quotus autem quisque est qui placido ferat animo, quod ipsi næui, & vitia tam impensè nobis placeat, velut amatorem amicæ, ut ait Flaccus,

*Turpia decipiunt cæcum virtus, aut etiam ipsa hac  
Deletant, veluti Balbinum Polypus aqæ.*

Quo fit, ut vero verius dictū sit à Theocrito, (ut id ad nostrum sensum conuertamus)

— ἐργη

*πολύνις τὸ πόλυμε, τὰ μὴ γαλλα γαλλα πέπαντα.*

Nimirum id in causa est, quod, ut ait Varro,

*Omnis videmur nobis esse bellus, festius, saperda, cùm sumus oītopci.*

Quamobrem nihil vñquā deterius aut periculosius quam proprio ingenio vel minimum fidere. Certè ut de me ipse aliquid sum satis mihi conscientius, haudque me præterit quam debili & penè nullo ingenio sum, si quid tamen sit, nunquam vllatenus me profecisse liberè cōfiteor, quam cūm ignorare me multa, & quidem penè omnia primū agnoui, cumque

meo non minimo sumptu deprehendi, & apertis,  
quod dicitur, oculis expertus sum, quām non sit tu-  
tum aliorum iudicio & rumorū incumbere. Nam  
sæpe numero cōtingit, ut nos plerique præsentes lau-  
dent vel amore aut alio quoquis affectu moti, sicque  
de nobis bene mereri putant, cūm sæpius ut de colo-  
ribus cæci, sic ij de nostro captu & in literis, aut etiā  
honestis actionibus profectu sentiant. Interea tamen  
eorum in sententiam pedibus imus, quod aiunt, at-  
que importunè falli nos sinimus. Crassam me hercle  
& supinam credulitatem. Agnouit lubens Socrates  
de se Physiognomi iudicium, talemque à natura fo-  
re se palam fassus est, nisi se philosophia excolédam  
tradidisset. A qua quidem modestia longè semper  
absumus, qui ementitos quosdam sapientiæ colores,  
& imaginaria virtutum ornamenta in nobis inesse  
demiramus, & ut vera credimus absolutaque qui-  
bus ad perfectionem addi nihil possit, ideoque mo-  
lestè ferimus, si qui nostri mentionem faciunt, non  
satis honorificè loquantur, eaque tribuant quæ nos  
minime attingunt, vel etiam nullo modo ad nos at-  
tingent. Qui morbus ut deploratissimus sanari nisi  
ægrè potest, eaque potius spectemus quid nobis de-  
fit quām quid adsit. Si quid enim adest, cauendum  
maximè ne effluat, aut pretio ampliori quām par sit  
æstimatum vilescat apud omnes: si quid deceat, quod  
sciamus ornamēto nobis esse posse & usui, efficien-  
dum est ut labore & diligentia consequamur. Sed  
imprimis meminisse debemus, & subinde animo re-  
petere, non quantu[m] cæteris excellimus, sed quantu[m]  
aliis simus inferiores & imbecilliores: illud enim  
præterquam quod tumorem, inuidiam, audaci-  
am & desidiam fouet, solet etiam unā secum  
aduehere & alere turpissimam ignorationem, quam  
merito Sophocles Socrateas ragenor appellat. Veteri-  
bus illud in ore fuit, cum malignos habere vicinos,

qui

*Socrates*

qui suilaudator fuerit. Idcirco probata non est illa plus equo pruriens ~~τιλαυτίζει~~ opinio in Astydamate histrione, quod suas ipse laudes inscribi vellent statuē quam meruerat. Non enim populus insolens hominis votum sibi ferendum esse putauit, quanquam de sua patria bene meriti. Suidas auctor est Nymphas à Narcisso spretas verissimè dixisse:

~~πολοὶ σέ τε μισθοῖ αἱ σαν πὺρ φιλῆς.~~

Quid tam male audiit Sophistarum nomen nisi ob estranatā illam, & ceteram sui admirationem? Socrates ut eorum importunitatem frangeret atque eluderet (illi enim nihil se nescire iactabat impudenter) eosque contrariis armis oppugnaret, nempe honesta dissimulatione potius, quam pari verborum strepitu atque contentione, dicebat hoc vnum se scire quod rerum omnium esset inscius. Quod non aiebat ut falsa de se loqueretur, apud eos praesertim quorum consuetudine vtebaratur, sed ut assenseret ea lubes omnia se nescire, quæ tam impudenti fronte sibi arrogabant triuiales illi μαντεύοι, qui sic liberales disciplinas ipsamque philosophiam ostentando, reuera prostituerent & profanarent: aut potius ut significaret ad veram solidamque sapientiam neminem accedere vnuquam posse, nisi primum se norit ignorare. Sunt enim quidam ingenio tam stolido & lubrico, qui cum nōdum primoribus labiis literas degustarint, falsam tamen sibi scientia persuasionem induant. Ex quibus alij se ἀντιστρέψ, alij πανηγερε, πανηγυρε efferre non verentur: alij alios quoescunque conuellunt & impetunt, in quotum vel leuiculis & venia dignis erratis ingeniosiores, non perpendunt, ἐπιμηκότες πάχεισιν οὐκ εἰδότες, sibi nepe ignoscūt, vi Nauius ille Horatianus. At quanto in errore versantur qui sibi primas nullo rubore tribuūt? Agathocles Peripateticus cum apud Democritem iactaret se solum, & primum esse Dialecticorum,

eorum, audiuit: Si solus es, qui primus? si primus, qui  
 solus potes esse? Non est quod repetam literatoris il-  
 lius Rhemnij intolerabilem arrogantiam, cum dice-  
 ret vna secum natas, & tamdem perituras disciplinas.  
 Nec est quod huc attexam duorum in philosophia  
 principum notam satis, & peruulgaram etiavit,  
Aristotelis nempe & Ciceronis, quorum hic tam suę  
 ipsem induitnæ, & ingenio tribuit, ut nullis ferè in  
 procemiis laudem propriam conticuerit: ille vero  
 quod non modo suis in eodem philosophico studio  
 athletis parum fauerit, sed quod contradicendi stu-  
 dio doctoren etiam Platonem vexarit, sui nominis  
 celebritatem non parum obscurauit. Illi ipsi philo-  
 sophi libris quos de contemnenda gloria scribunt,  
 nomen etiam suum praefigi curant. Permittatur hoc  
 inflammndo studio, honos enim alit artes, nullus-  
que sui laboris premio & industriae laude frustran-  
dus est. At quis sanæ mētis eum dixerit, qui sibi plu-  
 ra quam habeat, atroget? Narrat Athenæus lib. 12.  
 cap. ultimo, Thrasilaum quendā tanta insania fuisse Thrasilans  
 percitum, ut quotquot naues in Pireum appellerent, insanas  
 suas esse crederet: eas enim voluptate quadam incre-  
 dibili numerabat, aliisque suam fortunam lubens  
 communicabat, donec frater eius e Sicilia reuersus  
 hominem medico committeret, qui ubi resipuit, af-  
 firmauit se nunquam vixisse felicius quam cum eo  
 mentis errore falleretur; quippe qui in tanta voluptate  
 nihil molestiae sensisset. Perinde se habent etiavit,  
 & sane deterius, quandoquidem ut aliis documento  
 sint anxiè studet, tum vel maximè quod honorem  
 alienum sibi audacius arrogant, aut quod aliorum  
 conatus nigro loliginis succo & mera erugine con-  
 spergant. Olim discipulis mos erat, ut proprio etiam  
 Marte reperta ad præceptores referrent. Quem mo-  
 rem sequutus Plato 2. ad Dionysium Epistola fate-  
 tur, quicquid scripterit, non sua, sed Socratis esse.

Qui

Qui leges priuilegia tulerunt ad cicurados mores aut continendos hominum animos, earum inuentionem non sibi, sed alicui numini tribuerunt; tum ut diuinitatis nomine quasi velo aliquo plus haberent auctoritatis, tum ut insererent rudiorum animis leges, ut pulcherrimum Deorum inuentum, sic & utilissimum, à nemine esse violandas, sed toto pectore collendas, turandas, amandas. Sic & priores illi cum referrent omnium artium, & disciplinarum inuentionem ad primam illam causam, id est, præpotentem rerum omnium opificem Deum, Palladem è Iouis cerebro prognatam esse commenti sunt. Quotsum hæc? ut nimirū intelligamus, quam in omnibus pulcherrima sit modestia, quamque turpis φιλαυτία. Concludam itaque cum Platone, dicamq; eum qui magnus est futurus, maximè decere, neque se, neque sua sic admirari, ut nihil putet exactius, nihil melius.

*διὸ πάντα τὰ εἰδέπεπον χρὴ φεύγειν τὸ σφόδρα φιλέειν αὐτῷ,  
τὸν δὲ ἀνὴρ θεάτρῳ διάκειν δεῖ μηδεμιαν αἰχμῶν ἵτε  
τῷ τοικοῦ φέρειν ποιέειν. Idcirco est operæ pretiū,*

ut quisque nimium sui amorem fugiat, meliores insequatur, nullo verecundiæ rubore præpeditus. Sed de his satis, cetera videamus.

*Quod nimium tua formam tibi, &c.)* Huic simile penè est epigrāma pictæ poëeos Bartholom. Anuli, quod propter elegantiam ascribere non grauabor:

*Narcissus liquidu formam speculatus in undis  
- Contemnens alios arsit amore sui;  
Tabuit, & sensim venientis in membra stupore  
Ipse sui, factus flos hyacinthus, amans,  
Hinc fugite (ó lumenes) fons iste Philautia, si quis.  
Stultus ubi, cum se non bene norit, amat.*

Vide pulcherrimam disputationē ea de re Marsi, Ficini Orat. 6. cap. 17. in conuiuium Platonicum, & Cæl. Rhodig. lection. antiq. lib. 26. cap. 21.

*marcor) putredo, caries. Metaphora pro eo quod est, deprauatio.*

*cladesque) ruina, alia metaph.*


*pessum plures darque dedit' quo) pro pessundat & pef- fundedit, tmesis.*

*methodo) docendi ratione.*

*phantasias) opiniones. Rerum tamen visiones & imagines & narratio appellat Fabius lib. 10. cap. 7. & lib. 12. cap. 10. vt visa Cic. 1. Acad.*

## Garrulitas.

70.



*Quid matutinos Progne mihi garrula somnos*

*Rumpis, & obstrepero Daulias ore canis?*

*Dignus Epops Tereus, qui maluit ense putare,*

*Quam linguam immodicam stirpitus eruere.*

*Imitatus est Anacreontis Odam eis χαλιδόνα, qua-  
sic habet:*

*τί σοι Θέλεις ποίησω,*

*τί σοι λάλη χαλιδών;*

*τὰ τρυπάσσου τὰ κούφα*

*Εστιν ηγετής*

*S. A. G.*

Θέλεις λαβεῖν φαλίξω,  
ἢ μᾶκον ἐνδεῖσθαι σεν  
τηλεύτας, ἵνα ὁ Τυρεὺς  
Εκτίνος, ἐντεχίξω;  
ἢ μεν καλῶν σκείρον  
ἰατρὸν διάποτον φανεῖς,  
ἀφίρταστος Βάθυλλον;

Quam sic Latiis numeris donauit H. Stephanus:

Quibus loquax quibusnam  
Te plectam hirundo penat  
Utrum ne vnu volucres  
Alas tibi recidam?  
Imans secem' ue linguam,  
Tibi quod ille Tereus  
Fecisse fertur olim?  
Nam tu quid ante lucem  
Meas strepens ad auret  
E somnus beatus  
Mili rapis Bathyllo?

Eiusdem argumenti est lib. 1. epigt. Græcor. ap.  
μυτερέα hexastichon gallo indignantis, ut apud Lu-  
cianum Micylli, quodd eum importuno suo cantu  
excitatum suauissimo somno priuauerit; ideoq; ma-  
lum illi imprecatur. Hic autem hirundinem obiur-  
gat somnos matutinos auertentem, idque maximè  
in eos torquet, qui odiosa garrulitate rationis inopia  
præ se ferre satis arguit, ut Progne abscissa lingua in-  
hirundinē garritu nimio insignē cōmutata eos signi-  
ficet, qui sapientiæ patūm, loquentiæ multūm ha-  
bent. Et sanè vnu venire solet, ut hi loquaciores ferē  
sint quibus est rationis defectus, quām qui prudētia  
& ingenij viribus excellunt: quandoquidem apud  
graues & sapientes quosque viros silentium com-  
mendatissimum, verborumque parsimonia grata sit.  
Quod spectat præceptū Pythagoricum, hirundinem  
Sub codē teſto ne habeas. quo significatur abstinen-  
dum

dam esse à consuetudine garruli & susurronis: &  
illud Nicostrati:

εἰ τὸ στιχὸν καὶ πολλὰ ἡ τοιχίως λεπτή  
λεπτὴ φρεγίς παράσημον, αἱ χειρόνες  
ἀπέντας οὐκέτη πολὺ: hoc est,  
Loqui si inde sinenter multaque & velociter  
Prudentiam indicaret, usque hirundines  
Festasse quam nos sapere dicantur magi.

Pregne garrula) Adnota hoc loco hirundine garruitatem signari. Pierius Hieroglyph. 22. Videtur autem primū hunc versum ex Martiale mutuatus lib. 14.  
*Si matutinus facile est tibi rumpere somnos.*

& obstrepero Daulias ore canis?) Daulia, daulis vel etiam daulias, pro luscinia effertur à poëtis, quod in urbe Daulide (quæ quondam fuit sub ditione regis Thraciæ) fuerit in auem sui nominis transformata. Ouid. 6. Metamor. & Prouerb. apud Erasm. Daulia cornix. Videtur autem hic noster Alciatus Prognem cum Philomela confundere, cuius linguam Tereus abscedit, cum ei vim intulisset, non autem Prognæ vxori. Hac de re vide quid disceptent Cælius Rhodig. li. 29. ca. 26. (non defuerunt enim qui Progne in lusciniam commutatam fuisse assertuerint) Iacobus Bononien. & P. Nannius 6. Miscell. annotation. in Virgil.

Dignus Epops Tereus, &c.) id est, meritò in Vpupa mutatus, qui maluerit linguā rescindere quam omnino auellere. Vpupa auis militarem quandam cristam in capite retinet, & quasi adhuc filiu quæritans has videtur ingeminare voces, πυ πυ, id est ubi, ubi: hinc epops dicta. de qua Plin. 10. cap. 29. Alij in accipitrem mutatum Tereum volūt, ut Higinus fabula 45. lege Cæl. Rhodig. lib. 18. cap. 23.

*putare) scindere, Metaph. à vitibus.*

O

Inui-

*Inuidi qui Marcellus cum Arg. fol. 252. 253. 254. &c. seq.*



*Squallida vipereas manducans fæmina carnes,  
Quiq; dolent oculi, quæq; suum cor edit,  
Quam macies & pallor habent, spinosaq; gestat  
Tela manu. talis pingitur Inuidia.*

Nullum vitiū inuidia penè vetustius est, aut homini damnosius & efferatius, quādoquidem si cum quibuslibet aliis conferatur, inspiciemus quām cæta temeritate rapiantur qui melioribus inuident. Nulla enim alia vitia sunt, quē nō aucupentur aut sentiant aliquā voluptatem. Inuidus perpetuò mæret ac irritatur, eoque grauius afficitur quo maiori tenetur inuidia, non secus atque ædes in quibus ipse sit, conflagret. Miserrima sanè conditio, sed quæ tanquam fœlicitatis pedissequa successus videndo prosperos intabescat, vt Naso cecinit. Hic autem *εινογραφία* perelegans, qua inuidorū tristissima & infœlicissima vita proponitur, quippe qui virulentis cogitationibus pascatur sibi quidem horribilem perniciem adferentibus: quique sine consilio & ratione aliorū rebus opimis marcescat, & aculeis maledicis pungat & in-

sceten-

fectentur, nullum tamen inde commodum reportari. Itaque, ut hoc quasi per transennā, quid ea turpius aut miserius, cūm ut aliis nocumentum inferat, sibi prius & quidem sēpē numero grauius nocet? ergo in cæteris iniquissima, in hoc tamen cōquitatis aliquid habet, quod eum in quo est, tanquam veneno perdit & cōsumit, cumque vlciscitur quem impedit, quod habet illud:

φέρεις ιστρίων, ἔχει δὲ τὴν καλὸν τὸν ἀπόλ.

τύκει γε φέρεον οὐμαστὰ τὰ πρεσβύτερα.

Cælium consule lib. 20. cap. 30.

*Squalida)* fōrdida & inculta. Squallor etiam tristitia nota.

*viperas manducans carnes)* Inuidia simile aliquid habet cum vipera, quam ferunt nō prodire in lucem nisi arrosis matri lateribus: sic lior eum primū afficit & quasi enecat in quo gignitur. Quò pertinet illud Ouidij in descriptione Inuidia 2. Metamorph.

— videt intus edentem

*Viperas carnes vitorum alimenta suorum, &c.*

Cui' que dolent oculi, &c.) hinc illud Maronis:

Testatur gemitu graues dolores,

Suspirat gemit, incutit' que dentes,

Sudat frigidus intuens quod odit.

quaquo suū cor edat) Allusio ad proverb. Pythagor.

Cor ne edito, id est, ne curis animum excrucies: vel ad vocabulum, cura, quæ quod cor vrat vel edat, dicitur. Cicero 3. Tuscul. ex Homero illud de Belli trophonte scribit:

Ipse suum cor edens, hominum vestigia vitans. ~~Intendit quis latrare~~

Huc refer Maronis versus hos: ~~palam facit, sed illa acommodat~~

Vesanos tacite mouet furores

Intentans animo faces Erinnyi

Lethalis, Tizy que vultur intus

Qui semper lacerat comestique mentem.

Quā macies & pallor habent, &c.) Sic Ouid. pluribust

Pallor in ore sedet, macies in corpore toto,  
 Nunquam recta aries, lucent rubigine dentes,  
 Pectora felle virêt, lingua est suffusa veneno, &c. & Virgil.  
 Pallor terribilis genas colorat,  
 Infelix macies renudat ossa.

*spinosaque gestat tela manu*) Hoc referendum est ad  
 aculeatam inuidorum maledicentiam. Siquideni:  
*Effundit mala lingua virus atrum.*  
 & perpetuò carpit quod asséqui nunquam potest.  
 Ad id respexit Ouid. cùm ait:  
*Indoluit, baculumque capit quem spinea tortum*  
*Vincula cingebant.*

## Luxuria.

72.



Eruca capipes redimitus tempora Faunus

*de Satyra,* Immodice Veneris symbola certa refert.

*abridetur* Est eruca salax, indexq; libidinis hircus:

*Varianus, Natus,* Et Satyri Nymphas semper amare solent.

*libido* Libidinis symbola declarat, nempe Satyrum, era-  
 eam capite gestantem. Eruca quidé (ab vrendo dicta)  
 prouo-

prouocat ad Venerem, vrpote quæ virtutis sit calidissimæ. Plin.lib.19. cap.8. Satyrus autem siue hircus luxuriam putidam & olentem designat. Sunt enim Satyri ad Venerem propensissimi, vnde id nominis dictum putant à σατύρῳ, quod virile membrum est. Hoc itaque innuit libidinem in affectu ardere maximè, in actu ipso fætere & olentem esse, vt quenque ab illicitæ Veneris titillationibus subducat.

*redimitus tempora) caput habens cinctum & coronatum. Virgil.in Copa:*

— *graia redimita mitella.* //

*Est eruca salax)* Frequens enim eius eſus Venerem stimulat, ideo antidotum contra amorem præscriputus Ouid.ab erucae vſu cauendum suadet 2. de remedio. Martialis etiam:

— *Venerem revocans eruca morantem.*

*indexque libidinis hircus.)* Teste Pierio Val.Hieroglyphic.10.

*Et Satyri Nymphas*) Vide Aelian. lib.3. de var.hist. & Leonic.Thomæzum lib.2.cap.24.

### O 3

### Luxu-

## Luxuriosorum opes.



Rupibus aereis summiq; crepidine saxi  
Immites fructus ficus acerba parit:  
Quos corui comedunt, quos deuorat improba cornix,  
Qui nihil humana comoditatis habent:  
Sic satuorum opibus parasiti & scorta fruuntur,  
Et nulla iustos utilitate iuuant.

Hoc ex apophthegmate Diogenis sumprum: dice-  
bat enim eos qui profuse & temere bona decoque-  
rent in rebus Venereis, conuiuis magnificis, & id  
genus aliis, arboribus esse similes in montium cacu-  
mine nascentibus, quarū fructus hominibus essent  
inutiles, à vulturibus aut cornis deuorandi. Illud est  
quod vulgus nostras crebro usurpat, *E diuina male opes.* Fit enim sepiissimè, vt amplissimæ posse-  
siones, quæ in pios usus conueru debuerant, in sum-  
prus inutiles, aut etiam perniciosos & detestando-  
prodigantur nulla habita iusti aut æqui ratione.

*Rupibus aériis* id est editissimis, altissimis, eadē me-  
tonymia qua superius aetio nido dixit.

sumptu-

*fummi que crepidine saxi*) videtur hoc hemistichiu  
ex 10. Eneid. imitatus:

*Fortè ratis celsi coniuncta crepidine saxi.*

Editioris autem loci cuiusq; extremitas crepido ap-  
pellatur, estque ora terræ quam alluit aqua.

*ficus acerba*) Caprificum intellige.

*improba cornix*) id est inauspicata , quam Virgil. si-  
nistra vocat ; eam enim prisci inter prodigiosas aues  
reponabant : Itaque his nominibus improbae vitæ  
homines intelligit, ex quibus nulla potest, neq; gra-  
tia neque commoditas elici.


*parasites*) curræ, & homines qui omnia ventris gra-  
tia faciunt. de his in sequentibus commodius.

*scoria*) meretrices.

*iustos*) viros bonos. In sacrís iusti dicuntur, nō tan-  
tum qui iustitiam , sed & qui virtutes alias omnes  
consestantur ; eaque iustitia est quæ in se virtutem  
amplectitur omnem. Vide Chil. Erasm. & Plato dia-  
logo qui *εόρατη*, vel *οντοτοπίας* inscribitur, virtu-  
tes morales uno iustitiae nomine complecti videtur.

Tumulus meretricis.

74.



Quis tumulus? cuius urna? Ephyrae est Laides. ah: non  
Erubuit tantum perdere Parca decus?

*Nulla fuit tum forma. illam iam carpserat etas,  
Vero iam speculum Veneri cauta dicarat anus.*

*Quid scalptus sibi vult aries, quem parte leæna  
Vnguisbus apprehensum posteriore tenet?*

*Non aliter captos quod & ipsa teneret amantes,  
Vir gregis est aries, clune tenetur amans.*

Laudem tota Græcia celebrauit ob insignem venustatem, ad cuius ædes freques fuit concursus, ut præter alios testatur Propertius. huius monumentum (Pausan. teste 2. Corinthiac.) extra urbem Corinthi, in qua ætatem exegerat, celebre visebatur secundum Bellerophontis septum, iuxta Veneris cognomine Melanidos templum, cui pro insigni titulo leæna anterioribus arietem complexa pedibus imposita fuisse perhibetur: quod libidinem eius meretricis indicabat & petulantiam. Per arietem, fatum stolidumque animal, amatorem vesanum intellige, illum quidem à leæna partibus posterioribus scalptū & detentum, quo rapina meretricia, dominiumque in amasios libidine pruriētes, & quasi vinculo colligatos exprimitur. Cæterum leænæ nomine meretricem intelligi multis veterum sententiis constat, & maximè sacrorum bibliorum locis aliquot: Ezechiel enim Hierosolymam leænam vocat, & Heliachim catulum eius qui in Ægyptum ductus est. huic & conuenit senarius veteris cuiusdam poëtæ:

*νικον λεξίνης καὶ γυναικὸς ἀριστης.*

*Par est leæna & feminæ crudelitas.*

Retulit Pierius in Leone 1. Hierogl. quem etiam lege in Ariete lib. 10. in quibus Laidis monumenti huiusc meminit, & Gyrald. Syntagmate 13. hist. deorum. De Laide plura apud Athenæum cap. 20. lib. 13.

*Ephyra est Laidos) Ephyra ab Ephyre urbe Achæac  
qua nunc est Corinthus. Propertius lib. 2. Eleg. 6.*

*Non ita complebant Ephyrea Laigos ades,* *Ad cuius iacuit Gracia tota fores.*

De eius patria concertant plerique, vt Athen. vide Leonicum var. hist. lib. 1. cap. 81.

*& non erubuit tantum perdere Parca decus) Nimirum mors nemini parcit. Nam vt cecinit in epigrammatis Virgilius:*

*Illa rapit iuuenes prima florente iuuenta,*

*Non oblitia rapit sed tamen illa senes. & Horatius lib. 3. Odar.*

*Mors & fugacem prosequitur virum,*

*Nec parcit imbellis iuuentæ*

*Poptibus et simidoque tergo.*

*de Parcis qd. Vaginam  
prologato gallico fol. 151. 152*

*Parca) Atropos, id est mors ipsa rerū vltima linea.* 153. 154.

*et as) nempe senilis, qua veniente color & ventus flaccescit. Ouid. 3. Trist.*

*Ista decens facies longis utiabitur annis,*

*Rugaque in antiqua fronte senilis eris,*

*Initietque manus forme damnoſa ſenectus,*

*Qua ſtrepitum paſſu non faciente venis.*

*Ian speculum Veneri, &c.) Milites qui per ætatem à  
bellicis functionibus cefiant, dicuntur vulgo arma  
poſuſſe: ſic ſcorta cum ad ſeniles annos perueniunt,* 793. 415.  
*Veneri ſpeculum dicant. Ausonius:*

*Lais anus Veneri ſpeculum dico, dignum habeat ſe*

*Aeterna aeternum forma miſerium:*

*At mihi nullus in hoc uſus, quia cernere tales*

*Qualis sum, nolo; qualis eram nequeo.*

*Agreferunt enim rugas contractas, amissamq; for-  
mæ gloriā, quam diu in ſpeculo erat intuita. Hinc  
Oidianum illud 3. Trist.*

*Cumque aliquis ducet ſunt hæc formosa, dolebit.*

*Et ſpeculum mendax eſſe querere tuum.*

*Idem ferè auctor de medicinae facieis:*

*Tempus erit quo uos ſpeculum uidiſſe pizebit,*

*Et venies rugis altera cauſa dolor.*

*Uice qd. Dolio  
folio 166. ad  
Graec. Trag.*

*Id & attingit ad Ligurinum Flaccus lib.4.*

*Dices heu, quoties te speculo videris alterum,  
Quae mens est hodie, cur puerus non eadem fuit?*

*Vir gregis est arses ) Vitum gregis appellat arietem,  
ut primo transformationum Ouidius,  
De grege nunc tibi vir, & de grege natus habendus.*

*Virgilius etiam de capro:*

*Vir gregis ipse caper —  
& in Georgicis:*

*Quem legere ducem & pecori dixerat maritum.  
Vide Macrob.lib.6.cap.6.*

### In amatores meretricum.

75.



*indovini delectatio  
recessus*

*Villoso induitus pescator tegmina caprae,*

*Addidit ut capiti cornua bina suo;*

*Fallit amatorem stans summo in littore sargum,*

*In laqueos simi quem gregis ardor agit.*

*Capra reficit scortum: similis fit sargus amanti*

*Qui miser obsecano captus amore perit.*

*Hoc de sargo pisce a laruato pescatore decepto  
manifeste in eos torquetur, qui cæco turpiq; amore*

*capti*

capti decidunt in obscenam personatarum meretricum nastram, rati prius venustum esse quipiam & decorum, vnde conditionem nastri tam miseram eos diu & multum penitet. Quod discrimen ut vitari queat, adhibenda est cautio diligens, nam ut nostra-  
tes dictitant: *Prius nosse fas est quam amare.* qui enim primò visam statim exardet, leuitatis non minimum prae se fert argumentum. Iudicio siquidem est opus & maturo consilio. Proinde bellè profecto Ouid. de remedio amoris primo, ut illicitos excludit eiusmo-  
di ignes, sic honestos probat, ait enim:

*Sicut amat quod amare iuvat, feliciter ardet,*

*Gaudet & vento natiget ille suo.*

Porro capram referre meretricem ex eo patet, quod morsu pestilentii maximè noceat, germina enim peruestigat quæ audissimè depascitur: sic meretrix adolescenti & potissimum cupida est, utpote quæ ob imperitiam facilius decipiatur. Vnde non illepede Nico Attica meretrix, alij, id est capra cognominata est, quod Thallum adolescentem qui in Atticam mel & caricas empturus aduenerat, abligurisset. Cælius lib. 8. cap. 8. & Pierius 10. Hieroglyph. Sargum vero capratum esse amasum præter alios tradit Gaud. Metula 3. Memorabil. ca. 33. idcirco ad capras secundum littora maris pascentes accutens facile capitur. Vide Plin. sub finem cap. 59. lib. 10. Sed tibi factum satis iri puto, si consulas Aelian. de animalib. libr. 1, cap. 23.

*Villoso induitus regmina capre.) Hoc mutuatus est ex Moreto Virgiliano,*

*— & cinctus villoso regmina capre.*

*In laqueos simi quem gregu) Sargus capre amore de-  
tentus, & ementita capre forma delusus illaqueatur.  
Simum gregem pro capris dixit: eodem enim epitheto  
vus est Poëta 10. ecloga:*

*Dum tenere attondens sima virgulta capella.*

*obstans*

*obsceno captus amore perit ) Imitatus & mutuatus  
est Ouid. illud Fast. 2.  
— caco captus amore furit,  
de Sexto Tarquinio loquentis.*

## Cauendum à meretricibus.

76.



*Sole sat & Circe tam magna potentia fertur,  
Verterit ut multos in noua monstra viros.  
Testis equum domitor Picus, tum Scylla bisformis,  
Atque Ithaci postquam vina bibere fues.  
Indicat illustri meretricem nomine Circe,  
Et rationem animi perdere, quisquis amat.*

Homerus Odysseas x. ait socios aliquot Vlyssis, qui missi ab eo fuerāt exploraturi Circeas ædes, virga percussos à Circe, epotoque pharmaco venefico statim in porcos transformatos. Quo fabulamento effingitur meretricis & libidinis foedæ typus. Ea enim suis præstigiis humanas illas cogitationes, & naturales motiones ( quæ ὄρη Græcis dicuntur) in homine tumultuantes vitiat, & mutat in deterius,

cūm

cum scilicet in natura quasi belluinam abeunt. Per Vlyssem autem qui nullo beneficio à pristina forma dimoueri potest, mentem animæ ducem intelligimus. Quod sic ad veterum mythologorum sensum expressit vir industria, & ingenio nulli penè secundus Erasmus: Quid innuit Circes fabula beneficiis homines vertentis in feras, nisi eos qui nequaquam ratione ducuntur, id quod hominis est proprium, sed totos sese dedicerunt turpibus affectibus, iam preter hominis vocabulum nihil hominis habere, sed ad pecudum degenerasse naturam, putâ libidine in virtuos, somnolenta, ignaviaque in fues, ferocia in leones, atque ita de consimilibus? Quid Vlysses, qui solus poculo epoto, virgaque monstrifica percussus, non est mutatus, nisi firmum illum & constantem sapientis habitum, qui nec frangi terroribus, nec vallis affectuum illiciis ab honesto potest abduci? Sunt vero qui dicat rei veritatem ex eo esse inspiciendam, quod Circe meretrix quos sibi amore turpi devinxit, effecisse tandem ut essent prædatores, viarum obsessores & homicidiæ, utpote quibus nihil superesset ad vitam subleuandam. quæ virtus cum potius ferarum sint quam hominum, rem totam lepido & comodo schemate Homerus, & alij adumbrarunt. Cui sententia subscribit Palladas lib. 1. Græcor. epigr. his verbis:

Tὸν κίρκην ς φύμα, καθάπερ εἰρηνεῖς ὄμοισσι,  
αἵτιναις ποτετοῖς οὐδὲ τίς θύμης,  
τὸς δικτυῶντας ἐποιεῖται τοιούτους,  
τοῖς διαθρωμαῖς δοτοῦνται λογομαῖς,  
εἴτε δοτοῦνται μηδέτεροι οὐχι ταῖς,  
ἐπειδὴ τοῖς δικτυοῖς δίκτυον ζεύσεν ἀλογεῖσται,  
εἰπεροι διατροφεῖς τοὺς νεότερους φυγάδας,  
εὐχεῖς τούς, φύσεις διατρέψας λογοτελεῖς  
εἰχε, γοντεῖς φάρμακον αντίταλον.

Versio-

Versionem adscribam Ioan. Sleidani non quidem  
inuenustam:

*Non ut Homerus ait, tristis medicamine lectos*

*Hospiti Circe reddidit ipsa fues:*

*Pauperior sed quisquis erat, discensit ab illa,*

*Nam meretrix quondam perniciofa fuit.*

*Exutisque sua prorsus ratione maritos*

*Fornice continuit non secus atque feras.*

*Et tamen hanc strenue delusam spreuit Ulysses*

*Insigni rerum condizione valens.*

*Mercurioque datam nec fas est credere moly,*

*Ille sed ingenio repellit usque dolum.*

*Quinetiam nemo non videt eodem recidere Horath  
carmina i. Epistolar.*

*Sirenum voces & Circa pocula nosti:*

*Que sicut socii stultus cupidusque bibisset,*

*Sub domina mereirice finisset turpis & excors.*

*Vixisset canis immundus, vel amica luto sus.*

Xenophon i. ΣΟΚΡΑΤΗΣ ΜΟΝΟΓΛΩΤΤΟΣ Socrate ait in conuiuis, ad quæ non nisi coactus accedebat, parcissimè cibum capere solitum, iocoq; usurpare multis eiusmodi appositis homines transformasse in fues: ipsum autem Ulyssem mutari non potuisse consilij Mercurij memorem, & abstinentia ipsummet sua semper vtentem. At hæc παρεγγέλει. Videamus reliqua.

Exemplum prius eorum qui à Circe in bellus conuersi sunt, absolui: alterum est Pici equum dormitoris, inquit. Picum Saturni filium facit Æneid. 7. Virgil. & Ouid. i 4. Metamorph. Rex fuit Latij, & ab uxore Circe in auem sui nominis conuersus. Quod fingi creditur, quoniam primus hac aue in auspiciis usus est, quodq; augur fuerit, quod à Seruio est annotatum. Sed id melius & ad hunc locum opportunius referemus ad animi leuitatem, & inconstantiæ quæ ex turpi amore contrahitur.

Tertium exemplum fuit appossum in Scylla, de

qua iam superius à nobis dictum satis. Hic tamen speciatim conuertitur ad meretriciam turpitudinē, quæ supernè faciem virgineam ostentat, infernè autem rabidi canes sunt, audacia, rapina, ingluuiies, qui suos sequaces ad incitas & exitium præceps adigat. Quæ omnia eō spectant, ut quisque virtutis & honesti studiosus impudicatum mulierum dolos præstigiasque omnes declinet; intelligatq; quod Cicero ait, corporis voluptatem non satis dignam esse hominis præstantia, eamque ut belluarum propriam contemni ac reiici oportere.

*Sole satæ Circæs) Testis Higinus. filiam autem Solis propter herbarum scientiam, quæ radiis Solis pullulant, credibile est. Fabula huius meminere Diodor. lib.4. Plin. variis locis. D. Augustin. 18. de ciuitate cap. 17.*

*Testis equum domitor Picus ) Sic Virgil.*

*— ancile gerebat*

*Picus equum domitor, quem capta cupidins coniunx  
Aurea percussum virga versumque venenis  
Fecit eum Circe sparsis que coloribus alas.*


*End of Moton into fire:*

*Sole satæ Circæs) Virg. plena fons  
Amule-*

*Rational ap yester) His & dolori responsum ad San. Rom.  
pt. 154.*

*Cic. i. Verma: Sed vegetabilis emphyasis ex fons  
tali abiquo peccati Circæs, fastidio est uer.  
Pandian. 2. De lundib. Shakspeare.*

*Legimus pectora molles, q; dedit fons  
Corporis ambo, — Subiecta calore frigus,  
Metabolus Circæs. — Geminor avior fons*



*Inguina dente fero suffossum Cypris Adonin*

*Lactucæ solis condidit exanimem.*

*Hinc genitali arno tantum lactuca resistit,*

*Quantum erusa salax vix stimulare potest.*

Athenæus Dipnosoph. 2. cap. 32. rationem assertur dicatur Venus Adonidem ab apro interemptum lactucæ foliis occultasse (quod alij tamen de Phaone Lesbio tradidere, ut retulit in historia poëtarum Lyl. Gyraldus) quod nimis, qui lactucis assidue vescuntur, hebetiores fiant, *et οὐρανίκοι*, & ad libidinem minus idonei: lactucam enim frigidā esse iam in superioribus docui ex Plinio. Venus itaque fingitur emortui Adonidis genitalia lactucis recordere, ut moneamur libidine in turpemque voluptatem cibariorum moderatorum usu sopiaendam & reprimendam esse. Nihil enim æquè conductit ad motus illicitos cohibendos quam virtus ratio temperata. Ouidius inter alia precepta quæ de remedio amoris scripsit, ut à quibusdā cibis abstinentū esse monet, sic quodam esse tutò adhibēdos suadet his quidem verbis:

Ego

Ecce cibos etiam (medicine fungar ut omni  
Munere) quos fugias, quos ueſquare, dabo.  
Daunius an Libycus bulbis tibi missus ab oru  
An ventral Megaris, noxius omnis erit.  
Nec minus erucas aptum est vitare salaces,  
Et quicquid Veneri corpora nostra parat.  
Utilius sumas acentes luminarutas,  
Et quicquid Veneri corpora nostra negat.

Inguina dente fero, &c.) Fabulam Adonidis ab apto  
interēpti Ouid. sub finem 10. Metamorp. descriptisit,  
nec tamen huius mysterij meminit. hanc attigit &  
Augustin. de ciuit. 6. cap. 7. totumque illud ad Phy-  
sican retulit Macrob. 1. Saturn. cap. 21.

Cypru) Venus, ab insula Cypro ei sacra, libidini  
deditissima. Polyd. Virgil. lib. 3. cap. 17. de inuento-  
rib. rerum.

genitali aruo) hic aruum genitale pro virilibus &  
pudendis posuit, quod sint generationis instrumen-  
ta, vt Virgilius 3. Georgico:

Hac faciunt nimio ne luxu obtusior usus

Sit genitali aruo, & sulcos oblinet inertes.

Loquendi eandem formulā non est aspernatus Au-  
gustin. lib. 18. cap. 23. de ciuitate Dei : sed voluntati  
(inquit) membra illa vt cætera cuncta seruirent. ita  
genitale aruum vas in hoc opus creatum seminaret,  
vt nunc terram manus, &c.


lætuca resistit) Consule Plinium & Cæl. Rhodig.  
cap. vltimo lib. 27.

~~Ex ciboz capoz ambo frangoz. Natura  
dolor amolat in Pro. lug. In uiola-~~  
~~148-149~~

~~Magnat. 13. Palmarum laqueas  
Ingratis magnis laudant fructibus, palmarum  
Non aliis sicut calix pueri greci galas.~~

## Inuiolabiles telo Cupidinis.

78.



Ne dirus te vincat amor, ne fæmina mentem  
 Diripiatur magicis artibus villa tuam:  
 Bacchica avis præsto tibi motacilla paretur,  
 Quam quadriradiam circuli in orbe loces:  
 Ore crucem & cauda, & geminis ut complicet alis,  
 Tale amuletum carminis omnis erit.

~~amuletum~~  
 quod) Basal Dicitur hoc Veneris signo Pagasens Iason  
 ad 3 Ayul. Phasiacis ladi non potuisse dolis.  
 fol. 409.

Artificiale est in Venereos motus & præstigiarum  
 laqueos amuletum, cuius tamen rei fidem penes au-  
 tores esto. Pindarus Ode 4. Pythiorum auctor est  
 motacillam à Venere primū ē cælo ad homines  
 deportatam, & Iasoni traditam ut Medeam alliceret.  
 hanc autem auiculam aiunt veneficiis ad incâta-  
 nes esse perutilem: eam namque accipiunt ex trocho  
 & rota quadā alligāt, quam in orbem voluūt incan-  
 tatores; & noxia verba immurmurant. Alij, quod  
 exempta viscerum interanca orbiculo appendunt,  
 vnde proverbio apud Græcos vulgato, Iyngē, id est,

*Vido caput regnum Cyprius, et* motu-  
*Dum non Kyrchos, et vobis myndi* zay

motacillā, hi dicantur habere, qui veluti quibusdam  
præstigiis homines ad amorem pertrahunt. Noster  
Alciatus ex Paulo Geometra (ut verisimile fit) extulit  
quod hīc octosticho tradit, nimirū ad arcēdas amo-  
ris illecebras (quo nullū exitialius aut furiosius præ-  
stigium) adhibendam esse motacillam humano sto-  
macho, quę disponatur inter binos circulos sese qua-  
si interfecantes. Sanè nunquam mihi persuaserō vi-  
rum doctissimū, & rerū multarū cognitione insi-  
gnem, id aliis cōmunicassē ut rem verā & seriam, &  
vt crederet tantā esse amatotij philtri vim, vt men-  
tis humanę libertatem sic cogere aut mouere posset.  
Sed tamē profecto non ausini diffiteri pleraque esse  
remedia ex bonis auctoribus petenda, quibus effræ-  
nata & indomita penē amoris huiuscē petulantia  
cohiberi queat aut etiā sopiri. At verò quis tam ex-  
cors erit aut stupidus, qui maniam illam Cupidineā  
in signi hac fatuitate coērceri possē dixerit, & fasci-  
no quadam præstigias in animo infuetas expelli?  
Viderint alij quibus amatoria Ouidiana quandoq;  
placuerint impēsiūs, tamen ipse met extulit & verius  
& quidem salubritus:

*Ardet & assuetus Circe tendebat ad arces;*

*Nec tamen est illis attenuatus amor.*

*Ergo quisquis opem nostra tibi poscis ab arte,*

*Deme beneficis carminibus que fides.*

Cæterū nullum perinde remedium est efficax ad  
turpes hosce motus sedādos, qmām studio & labori  
cuipiam honesto sese prorsus dedere; sic enim fiet,  
vt clavius clavo pellatur. Cūm enim perspicuum sit,  
amorem hūnc non nisi in animos luxu, & otio fra-  
ctos irrepere, nullo plane modo auelli potest, nisi ac-  
cedat labor aliquis & anxietas, quę suo rigore in-  
natas amoris maculas obliniat. Hinc Ouidius:

*Desidam puer ille si qui solit, odit agentes;*

*Da vacua menti quo teneatur, opus.*

Vid. below ad  
Same long. fol. 58.  
Note

*Quid si amuletum certius, & profecto salubrius huic apposuero, nempe ut iuxta D. Pauli consilium, carnem cum vitiis crucifigamus? Iste erit diuinus & celestis amuletus, qui terrenum illum in hac corporis compage delitescetem ergo, robore validiore conficit. Hoc unum captiuarum animarum amuletum satis erit, ad turpia omnia libidinum motuumque genera frangenda.*

*Bacchica avis presto tibi Motacilla.*) Auicula haec plurimis est discoloribus, prælongo collo, lingua exerta, colore vario, motu crebro se circuans, & ceruicem in orbem flectens, unde & σεισπυγίδες vocant, Latinè Motacillam. Non me tamen fugit quod

*Annot. &c. 3.* pluribus verbis contendat Baptista Pius, Motacillam, & lyngem pro una, & eadem accipi non debere, id que contra Seruij & Gazæ opinionem. Quæ autem haec avis sit, repete ex Arist. 2. de hist. animal. & Plin. 11. Lege Proverb. apud Erasm. Iyngre trahor, & Hadrian. Junium proverb. 92. Centu. 4. Adhæc cur Motacilla dicatur avis Bacchica, rationem auctores non reddunt. Hesychius quidem Bacchum *ius* cognominatum ait, quia(ni fallor) ad Venerem in Nammet immoderatus vini usus.

*Pegasæus Iason*) Falluntur qui legunt Pegasæus. Iason autem dictus est Pegasæus à Pagasa Thessaliz urbe, iuxta quam Argo nauis fabrefacta, quā etiam Ouid. septimi Metamorph. principio Pegasæum puppem nominat. Idem 8.

— auctor teli *Pegasæus Iason.*

& Fastorum 1.

*Passus idem Tydeus, & idem Pegasæus Iason.*

*Phasiacu delis, incantamentis Medææ, quæ à Poëtis eognominatur Phasis à Phasi Colchorum fluvio. Ouidius de arte:*

— *maritum*

*Barbara per natos Phasiacu vita fuit.*

Lasci-



*Delicias & molliciem mus creditur albus*

*Arguere; at ratio non sat aperta mihi est.*

*An quod ei natura salax & multa libido est?*

*Ornat Romanas an quia pelle nurus?*

*Sarmaticum musum vocant plerique zibellum.*

*Et celebris suani est vnguine muscus Arabs.*

Perstringit molliciem & lasciuem nobiliū quārandam matronarum, quæ ad corporis ornatum ostentent raras pelliculas animalculorū, nempe muris aranei, & luti zibellini (felis libidinosissimi) & præterea vtantur suffitu musci Arabici. Sanè de muris salacitate multa sunt à plerisq; scriptis tradita. Hinc enim illud Martialis:

*Nam cùm me murem, cùm me tua lumina dicas.*

Legi etiam & Messalinam portentosæ libidinis *Pierius* mulierem ab Epicrate dictam esse Myconiam, quasi *lib. 13.* dixeris murinam. Adhac nonnulli feminam sala- *Hierogl.* cissimam per æluri feminæ simulachrum figurari dixerunt, propter animalis ingenium: cogunt enim

mares ad coitum fœminæ, ipsæque puniunt nisi parant. Cæterum muscum Arabicum circumferunt nō modō matronæ principes, sed & aliæ gradu longè inferiores: tantaque in iis est & cultuum, & suffituum varietas, ut ferme ignorent voluptatem quæ inde capi possit, quod in his assidue versentur, quibus nempe perspectum non est quod Satyricus ait, voluptates ex usu rariore commendari. Cur autem mulieres suffitu & suauissimis odoribus vñatur, hæc esse cauſam aiunt, quod totæ sint venereæ. Itaque Poëtæ Græci Venerem nusquam loco egredientem fingunt, nisi odore aliquo exquisitissimo relicto ad suam præsentiam declarandam: adiiciunt præterea suffitus omnes esse falaces. Mulieres ornatus tiderat taxatq; Lucianus in Amoribus, Iuuenalis Satyr. 11. & uberrime Plautus in Penuolo, item Ælian. 1. de varia historia.

*mollitem mus creditur albus arguere*) Lege prouerb. Erasmicū, Mus albus, in lasciuum & libidinis immodicæ hominem.

*nurus*) matronas. nomen specialius pro communi, ~~ovatis~~.

*Sarmaticum murem, &c*) Zibellus à quibusdā mus Sarmaticus appellatur, quod è Sarmatia aduehatur: dicitur & Ælurus, de quo lege cap. 10. lib. 12. Æliani de animalium hist. & Cæl. Rhodig. lib. 24. cap. 25.

*muscus arabi*) Consule Cælij cap. idem libri eiusdem.

Desi-



Desidet in medio Eſſus ſpeculator & aſtra,

S ibtus & accenſam contegit igne facem.

Segnities ſpecie recti velata culuſo,

Non ſe, non alios utilitate iunat.

*piab. Vigil ad-  
omptus igne. Et  
actus. H. Stephen.*

Quanquam id non incommodè torqueri posset  
in eos, qui concretum ſibi donum ſcientiæ miferè  
negligant, idque non referunt ad uſum, cuius potiſ-  
ſimum gratia norunt ſibi eſſe demādatum & com-  
miſſum à ſummo, & p̄potenti patre honorū om-  
nium auctore uṇico, tamen, niſi me fallit animus,  
videtur hoc reuera ſuceptū eſſe in desides quosdam  
cēnobitas, qui *Deo eis* imaginem aliquam conſe-  
ſtantes, ignauiae ſitu ætatem terunt, literas aspernan-  
tur, aut certè non magni faciunt, quanquam alioqui  
polleant ingenij acumine, iners omnino genus &  
fruges consumere natum, & ex tertio illo hominū  
generē, quod assignat *Hesiodus*, merito dixerim, cùm  
nec ſibi, nec aliis uiles ſint. Id certè pluribus explicare,  
videtur eſſe non modò ſuperuacaneum, quando-

quidem notius sit, quām vt confirmare habeam, ne  
videamur iniquius in eos debacchari quos ad me-  
liorem frugem reuocare laboris esset infiniti, & pe-  
nē ~~adūtū~~: admonere, intempestiuum & quidem  
importunum: reprehēdere, prorsus odiosum & per-  
inde non omnibus gratum. Hac enim tempestate sic  
ominia sunt exulcerata, sic lubrica & peruiacia, vt  
quoquā te vertas, vel etiam nolens, experiaris te per-  
ignes incedere suppositos cineri doloso; & quicquid  
in eiusmodi quorundam hominum negotio velis  
attingere, hulcus & vomicam citissimē deprehēdas,  
adeō sub omni lapide dormit scorpius. Itaque satius  
essē duco malum bene conditum non mouere, &  
huius ordinis viros bonos ( quos tametsi paucos &  
colendos, & exosculandos esse puto ) à malotū face  
semper abstrahendos, & eximendos vnicè volo, ne  
errore quodam populari pro vitio virtus crima-  
sēpe ferat.

*Desideret in modio, &c.)* Desidere in modio pro igna-  
ti signo superius posuit, in simulachrum Speit:

*Cur in dolio; tegmine pigra sedest?  
itemque astra speculari:*

*Quæ Dea tam lato suspicans sydera vultus?*  
Lege Pierium Hieroglyph.lib. 56.

*Effusus) Est etiā Iudici fuerunt, ab aliis virtute seueritate,  
ie ieiuniis & institutis quibusdam differentes.*

*Non sē non alios iuuat) Proinde ex tertio illo genere  
hominum, quod Hesiodus assignat. Lege prouerb.  
Nec sibi nec aliis utilis.*

~~H. Remond & Co. 150000 if you can~~ Desi-  
~~re other of same kind as you have~~  
~~not~~

## Desidiam abiiciendam.

81.



*Quisquis iners, abeat, nam in chœnico figere sedem,  
Nos prohibent Samij dogmata sancta senis.*

*Surge igitur, duroq; manus assuece labori,  
Det tibi dimensos crastina ut hora cibos.*

Adhortatio est ad laborem , sumpto argumento  
ex parœmia Pythagorica , qua præcipiebat chœnici  
non esse insidendum : cuius explanationem malu-  
mus ab ipso Alciato repetere (cùm sit obuius locus)  
quàm ab aliis quibusque tametsi doctissimis, vt su-  
mus initio polliciti. Sic itaque ille 1. Parergon ca. 17.  
Sciendum est, inquit, apud Athenienses fuisse men-  
suram tritici, quantum quisque uno die comederet;  
ea erat & maior libra, vocabaturque chœnix vel *νέπων*, vt interpres Aristophanis ait: pendebat autem  
earum drachmas c l. hoc est septem & viginti vni-  
cias Græcas, vt Iulius Pollux , & Nicandri interpres  
scribit: nostra autem mensura sesquilibram: eius chœ-  
nicis dimidium drachmarum 75.libra seu libella di-  
cebatur, vt Rhemnius Palæmon ostēdit eo carmine:


*Atticanon minor est; ter quinq; hanc denique drachm;*  
*Et ter vicens tradunt expletier unam.*

Igitur iubet constitutio duas libellas, id est chæn-  
 cem virtualis substantiae custoditis præstari, quod  
 etiam olim fieri solitum ostendit Pythagoræ lym-  
 bolum: *Super chænian non esse sedendum:* id est, non  
 debere quenquam præsenti cibo esse contentum, sed  
 potius aduersus legem euangelicam de crastino sol-  
 licitari. Sic & Corinthij χειρονομίσου dicti, quod plu-  
 ribus seruis abundantent, quibus demensum, seu ut  
 in Euangeliō Lucae dicitur, οταπέται quotidie præ-  
 standū erat, id singulis mensibus erat apud Roma-  
 nos quaterni modij, ut scribit in Phormione Teren-  
 tiana Donatus. Hactenus Alciatus. Hoc itaque pro-  
 uerbio docebat Pythagoras, non oportere per iner-  
 tam, & otium, cibum alienū sectari, sed sua quen-  
 que industria debere sibi facultates comparare, qui-  
 bus vita mundicie consulatur. Proinde meritò Republ.  
 omnis liberaliter instituta segnes & laborum  
 osotes expellit & execratur. Refert Sabellicus apud  
 Florentiam patro instituto in eos animaduerti, qui  
 otiosè & ignauiter in ea ciuitate agunt. Expostulatus  
 enim eorum quispiā, vnde vietū sibi comparet, nisi ra-  
 tionē possit reddere, qua vita probet integritatē, vi  
 sceleris cōuictus plectitur, aut ut ciuitati perniciösus  
 eiicitur. Tale profecto debet esse ignavi hominis  
 maleq; feriati præmiū. *κοιμάσθρος γδ εὐεξ ἀγίος,* ait  
 Plato: quo quidē innuit, eū nūquā ad summū virtu-  
 tis fructū peruenturū, qui durā & asperā illius callē  
 nūquā fuerit ingressus. Siquidē ο φέύγω μήλω, ἀλο-  
 τα φίγη. Vnde meritò ut studiorū labores sequitur  
 gloria, sic ignaviā contēptus & inopia cōsequuntur.

*Samī dogmata sancta)* Pythagoræ symbola ora-  
 culorum instar à prisca celebrata sunt. De his Pla-  
 tarchus.

*crastina ut hora)* id est dies crastinus. Synecdoche.

In facile à virtute desciscentes. 82.



Parua velut limax sp̄ero Remora impete venti,  
 Remorumq; ratem sistere sola potest:  
 Sic quosdam ingenio & virtute ad sidera vectos  
 Detinet in medio tramite caussa leuis.  
 Anxia lis veluti eit, vel qui meretricius ardor  
 Egregiis iuuenes senocat à studiis.

Qui sunt ingenio lubrico & inconstanti, mentem suam à recta via graduque pristino dimoueri facilime sinunt. Sic enim cum dāno nō leui cœptis rebus abstinent, easque penitus deserunt, vel controverſiæ, aut litis mouendæ tricis, & quasi tendiculis auocati, vel quibusdam illecebris amasiæ alicuius deliniti. Qua in re preſtanda, vt in Clauci & Diomedis armorum permutatione, ſentiunt tandem ſuo magno malo quam periculofum fit, aut faltem in frugiferum philosophiæ septis auocari, vt rei vel leviculæ, vel etiam flagitiis darent operam. Id enim refert nauis quæ Remora pſciculo minutissimo ſiſtatur. Mirum ſanè & plane incredibile, niſi fidem aucto-

auctores magni nominis facerent. Cæterum per Remoram , impedimentum & obiectam tardationem significari apud veteres assentit Pierius Hierogl. 30.

*Parua velut limax Remora, &c.)* Testes sunt Plinius libr. 9. cap. 25. D. Basil. oration. 7. in Hexaëmeron, Lucan. in 6. & Volaterran. 25. Philologiæ. Cardanus de rerum variet. 7. cap. 37. satis constare ait hæren-tem remoram naues retardare. & Rondeletius contendit experimento vidisse triremem, in qua Cardinalis Turonensis Romam vehebatur , à cursu inhibitam , eamque deprehensam præbuisse conuiuum . Porro dicitur & Echeneis ab ζω, & nomine νάρδος , quodd naues remoretur , ut Remora Latine eadem ratione.

*impetu) id est impetu.* Statius 7. Thebaid.

— *aurigamque impetu vasto.*

Vide Gellium cap. 7. lib. 19.

*ad sydera vectos) ἀναγρέει.*

*in medio tramite) pro, in media instituti via , & te-*  
*infecta, ἀνηγράφεις.*

Ignauii.



Ignaui ardeolam stellarem effingere serui  
 Et studia, & mores fabula prisca fuit:  
~~Gyndebur  
censis  
Gylde~~  
 Quae famulum Asteriam volucris sumpsisse figuram  
 Est commenta: fides sit penes historicos.  
 Degener hic veluti qui cauet in aere falco est,  
 Dicitus ab antiquis vatibus ardelio.

Hoc suscepimus est in ardeliones vanosque ostentatores, quo hominum genere nullum aliud impudentius aut inutilius, quandoquidem se omnia tenere, & ad vnguem nosse profitantur, cum tamen reuera in iis præter iactantiam & importunam loquacitatem inuenias nihil. Sed lubet paucis in eiusmodi Thrasones inuehere, quod omnia sibi tam temere vendicet, tam nulla fronte arrogant, ut si cum aliis (quod fit saepiuscul e) rixantur;

Tot pariter pelues, tot tintinnabula credas  
 Pulsari. —

Nam enim ex omnibus artem aut disciplinam adduxeris in medium, cuius se imperitos non negent?  
 Quid

Quid tam abstrusum & obscurum in rerum arcanis  
esse potest , quod illi sua industria miraque ingenij  
solertia non sint exactè complexi? Tanta est horum  
hominum tam male feriotorum impudentia, tam  
que insolens proterua , vt cum oculos, quod aiunt,  
cornicu[m] ausi sint configere, nemini debet esse mi-  
rum, si de rebus, quas minime cōpertas habet, con-  
tra omnium assertiones, & iudicia pronuntient au-  
dacijs, & plus quam pat est, iniquius. Tum enim vi-  
deas eos suam sententiam elato supercilie tueri accu-  
ratiūs, sic ut periculum sit, si coneris eos de causa de-  
iicere , ne sua efferata licentia in te acrius sanguin-  
 quam velles, suaque Stentorea & vocalissima loquē-  
 tia te tuasque rationes itiuidiosè traducant apud im-  
peritum vulgus, tibi omnem respondēdi libertatem  
eximāt. Si verò sit quēstio de literis quae ad humani-  
tatem spectant quas vel primoribus tantum labris  
degustarint, aut tibi tacendum, aut si penitus auscul-  
tate nolis, colloquendum est ratiūs, eoque pacto ne  
vixiam contradicendi libido quædam intercedat. Si  
quid de Iurisprudentia forte dicendum sit, tum bel-  
lè suo more excurrent , nūquam veteres exactè dis-  
ciplinam legum sunt interpretati, aut, farragines sunt  
glossematum intolerabiles , aut inter se mirabilit  
pugnant, aut aliquid aliud eiusmodi. Si de medicina  
sermo est, nunquam tam concinne, tamque oponu-  
nē (si modò fidem illis habeas) Galenus aut Hippo-  
crates. Si de astrorū scientia, quid hoc lippis & ton-  
soribus esse notissimum contendent, nempe ut dil-  
genti hac cura propriam inscitiam tegant. At si ad  
Theologiaz reconditionis arcana deueniendum sit,  
aperient statim quid iuris habeant in iis excutiendis,  
solertes se esse fingent, sudabunt nitendo, neque ta-  
men hilum proficiēt, & abunde satagent, nihil agent  
tamen. Nec est quod philosophiam commemorem,  
illi enim nihil nesciunt , qui tam serio per omnem  
disciplinam

disciplinarū círculu per uolitarū, vt suo iudicio vel ipse Plato cœcutiat, Aristoteles ineptiat, Cicero garrisat, Aquinas deliret, & Peripatetici omnes miserabiliter errent. Adeo sunt in omni disciplinarum genere exercitatisimi, vt, contra Socratis institutum & mentem, hoc tantum nesciant quod omnia sciant; quin potius hoc tantum nesciant, quod omnia ignorent. Quod si tam multa sciant, mirum est maximè, quod se nesciant. Si enim vel quadam ex parte scirèt quid illud sit γράπτι ορεῖον, iampridem perspexissent sapientię aditum, cuius obuium & patentē esse non posse, nisi cùm aliquid se ignorare norit, aut si quid sciat, non oportere in tantum fastum prolabi, vt nullū aliū scire melius posse & absolutius audeat existimare. Sed missos faciamus eiusmodi πολυπράγμονας, πολυπράγμονας veniamusque ad carminis explicationem. In vetere quadam fabula introductus est seruus quidā fatuus & nihil non fatagens, qui asteriæ vel ardeolæ stellarię figuram repræsentaret, vt mores & conatus ardolio-nū exprimeret. Hi quidem satis mouent se, nihil tamen promouent, nihilque agunt, sed tantum fatagunt, idque ad modum adulterini & degeneris falconis, qui sit tantum cœuentis in aëre motus. Talem describit Attalū Martial. 1. & 2.lib. & Afrum 4. Talis est apud Terét. in Eunuc. Thraso, vt etiā Suffenus apud Catullū. huc refer proverb. Erasm. Callipides.

*(Ardeolam stellarem)* Plin. lib. 10. cap. 60. tria facit Ardeolarum genera, quæ sunt Leucon (ab albedine) asterias ab astrorum fulgore per similitudinē dicta, & pellos, quia non ita in altum volat, πέλλως enim propè sonat.

*cœuet* alas agiter & volare cōtendat. Cœuere propriæ clunes mouere, verbū obscenū. Persius Satyra 1.


— an Romulo, cœues? Iuuenal. 2.

An te cœuentem, Sexte, verebor. & 9.  
Computat & cœuet, ponatur calculus,

Avaritia.

## Auaritia.

84.



Hoc miser in mediis sitiens stat Tantalus vndis,  
 Et poma esuriens proxima habere nequit.  
 Nomine mutato de te id dicetur auare,  
 Qui, quasi non habeas, non frueris quod habes.

Dissentiunt inter se poëtæ de causa pœnæ Tantali:  
 alij enim ad inferos relegatum esse volunt, eiusque  
 capiti saxum impendere, cuius casum semper exti-  
 mescat, eaque pœna cruciari quod Deorum liberali-  
 tate sit usus intemperantiis, cum eorum conuiuijs  
 interesset: vel quod lingua habuerit incontinentem  
 vel quod Pelopem filium membratim dissecatum  
 coctumque cœtui deorum comedendum apposuerit,  
 vnde in inferis perpetua fame sitiique torquetur, ve-  
 etiam in mediis epulis & aquis. Est autem homi-  
 nis eizw sumpta & mutuata ex Petronio Arbitrio  
 & Horatio, verbis quibusdam tantum mutatis: illi  
 enim sic:

Nec bibit inter aquas, nec poma fugacia carpit  
 Tantalus infelix quem sua vota premunt.

*In copia q' Gabrie Cyriacorum regi*  
*Dicitur Socribat fol. 127*

Dicitur

*Divitis hæc magni facies erit, omnia latè  
Qui teneat, & sicco concoquit ore famem.*

Hic verò i. Sermon. Satyr. i.

*Tantalus à labris sitiens fugientia caprat  
Flumina. quid ridet? mutato nomine de te  
Fabula narratur. congestis undique sacris  
Indormis inhians, & tanquam parcere sacris  
Cogeris, &c.*

Sic enim auari hac in vita suos iam manes patiuntur, quibus quid mali optes nisi ut viuant diu? Macrobius. Saturn. i. Illos, inquit, epulis ante ora positis extuciat fame, & inedia tabescere, significat eos quos magis magisque acquirendi desiderium cogit presentē copiam non videre, & in affluentia inopes, egestatis mala in vertute patiuntur, nescientes parta respicere, dum egent habendis. *καὶ μάτω δι' ὀπές, οὐ μὲν εἰλεῖται κόπον, πενίν εἰχάτης πολὺς χαλεπωτερή,* meίζονες γένεσθαις *μείζονας καὶ διατηροῦσιν,* aiebat Bion. id est, Cupiditas habendarum opum, nisi aliqua satietate cohibetur, extrema pauperie longe deterior est: maiores enim cupiditates egestatem quoque maiorem accersunt. Proinde si quem diuitem efficeret voles (dicebat Epicurus) *μη γίγνεται φοβίσθαι, τούς δὲ εἰπούσιας αὐτοῖς, non est quod opes augeras, sed tollas cupiditatem.* Lege adag. Erasm. Tantali pœna, & Tantali talenta, Lucian. in dialogis mortuorum, Horat. i. epist. ad Iul. Florum & Ciceron. ultimum paradoxum.

*miser*) Tantalus quasi *ταλαντατος*, id est infeliciissimus, Plato in Cratyllo.

*Qui quasi vulgarissimum est illud. Tam deest auaro, quod habet, quam quod non habet.*

Q

In

## In auaros.



*Aduo frang.  
et  
Credas aliquid  
nihil est.*

Septimus populos inter dicitur omnes,  
Arua senex nullus quo magis ampla tenet;  
Defraudans geniumq; suum, mensasq; paratas,  
Nil praeter betas duxaque rapa vorat,  
Cui similem dicam hunc, inopem quem copia reddit?  
Anne asinus? sic est: instar hic eius habet.  
Namque asinus dorso preciosa obsonia gestat,  
Seque rube aut aura carice pauper alit.

Plutarchus in libello de l. & d. dupias meminit negotiatoris cuiusdam Chij, qui omnium maxime auarus, tametsi multum vinum primaeque bonitatis venderet, ipse tamen sibi acidum, vappamque conquiebat. Et fortasse is fuit, a quo cum profugisset seruus, rogatus quamobrem se ab heri domino fugitiuus extulisset: quia, inquit, cum presto bona sint; mala tamen querere solet, quippe qui vinum generosum vendat, tantumque subacido & vitiato utitur. Itaque recte genus id hominum comparatur asino, qui ergo gestet epulas opiparas obsoniaque delicatissimas,

*Potest  
fasciat  
Sic  
ma, &  
formantur  
talis opinio apud Horat. Secund. 3. Saty. 3.*

ma, & tamen carduis viicit. Plerique enim sunt adeò exordes, tamque sui parum memores, ut solo pane mucido, vappa, & larido subtrācido se expleat, quanquam opimis possessionibus abundant. in quo sanè ut genium insigniter defraudant, sic & partis ad vsum humanum concessis miserabiliter abutuntur. Simile est illud ex 2. Epigrammatō:

*πολλὰς μνεῖσθαι φησί εἰ αρτεμίδωρος,*  
η, μοιδὲν δαπανῶ ζει βίον ημίσιων.

*πολλέους αἱ χειροὶ λιμελφία φόρτον ἔχουσι*  
*πολλὸν ὑφίσταται χόρτον ἐδύστικτον μόνον. hoc est:*  
*Vivens ut muli, dum sumpus praecavet omnes*  
*Suppetat innumeras Artemidorus opes.*

*Aurum sepe gerunt ingentia pondera dorso*  
*Muli, sed siccum non nisi gramen edunt.*

Defraudans geniumque suum ) Defraudare genium,  
est natura denegare quod appetit, cui opponitur, indulgere genio, & animo obsequi. Plautus in Aulū.

*Perditissimus ego siam omnian in terra;*

*Nam quid mihi opus vita est, qui tantum auri  
Perdidit quod custodiū sedulo? egomet me fraudauis,*  
*Animumque meum, geniumque vicum, &c.*

Et Terentius in Phormione:

*Suum defraudans genium.*

*betas duraque rapa) Synecdoche, pro quibuslibet  
abiectis edulii, in quo notanda sordities auarorum.*

*inopem quem copia reddit) Antitheta. Ouidiuim imi-  
tatur 3. Metamorph.*

*Quod cupio mecum est, inopem me copia fecit.*

*Sequitur rubo, aut, &c.) Alludit ad illud: Asinus stra-  
mina manuit quam aurum. Vide Chiliad.*

## In aulicos.

86.

Vana Palatinos, quos educat aula, clientes  
Dicitur auratis necesse compedibus.

Allusio est ad Diogenis apophthegma: dicebat enim Aristippum (philosophum aulicum) aureis teneri compedibus ne posset exire, quod splendidiore principi vita captus philosophicam vitam mentiretur. In quo sensu etiam Seneca dixit stultu esse compedes suas quanquam aureas adamare. Id tamquam studiosè faciant aulici, nemo est quin videat. Non enim animaduertunt quantum voluptatis, & oblectamenti suppeditet viuere οὐτε ψυχὴν εἰσενθέσην, nec aliis gnatonum more, aut parasitorum necio cuius rei gratia, manum deosculari, ridenti arridere, & fæde palpando quamlibet personam induere. In quibus factitandis quid (obsecro) fidei aut bona mentis, quæ honesti ratio esse potest, cum simulationis, & perfidiae sentinam inexhaustam in animo praesentem vbiique circumferant? Ea de re copiosius Lucianus, eo scilicet commentatio quod scripsit de iis, qui conduicti mercede in diuitium familiis viuunt, & Budaeus lib. de Asse 5. Quantum autem pertinet ad nostri distichi materiam, videtur respicere ad M. Catonis lepidam sententiam. Dicebat enim fures priuatorum furorum in neruo & cōpedibus atatem agere, publicos in auto & purpura visendos. Retulit Gellius li. 11. cap. 18. & post eum Cælius 10. cap. 5. Vide proverb. Aureæ compedes.

*proverbiorum funda videntur*

In



Quæ rostro cylstere velut, sibi proluit aluum  
Ibis, Niliacis cognita littoribus,  
Transit opprobrii in nomen: quo Publius hostem  
Naso suum appellat, Battiadesq; suum.

Id dicitur in putidos & sordidie quadam insignes, ut qui turpia & quæ aliqui silentij fidem requirunt, eructantes detegunt, & quæ natura prouida voluit esse tecta, detegunt, sicque interdum loquuntur, ut podicem ex ore faciant. Hos itaque non ab re Ibides dixeris, id est sordidos & ineptulos, perspecto ausi ingenio. Hæc enim rostri aduncitate se per eam purgat partem, id est, aluum qua reddi ciborum onera maximè est salubre, itaque cylsteris usum primùm dicitur ostendisse. Plin. lib. 8. cap. 27. & Aristot. 9. de natura animalium. Quamobrem Ouidius & Callimachus suos æmulos & obtrectatores hoc nomine affecerunt, ut mox subiiciam.

quo Publius hostem Naso, &c ) Callimachus Poëta Cyrenæus Batti filius (hinc Battiades dictus) discipulus Hernaeocratis Iasei Grammatici, Apollonium

Rhodium qui se ingratum discipulum præbuerat,  
 diris imprecationibus deuouit, eumque per cōtemp-  
 tum Ibi nominauit, quasi auem Ægyptiam &  
 Alexandrinam, siue quod Alexandrinus eset, quan-  
 uis Rhodius diceretur, siue quod spurcissimus &  
 impudentissimus. Sic etiam Ouidius Callimachum  
 imitatus aduersarium quandam suum Ibi appelle-  
 lauit, quod virum Romanum mentiretur: vel quod  
 exulantis Ouidij vxorem turpi amore tactus sollici-  
 tarit: multaque ad Augustum detulit, quo diutius in  
 exilio Poëta detineretur. Itaque doctū emisit poē-  
 mation in Ibi Naso, in quo nō expressit maledici-  
 nomen, siue quod inultus maledicat, & prouocatus  
 regerat in eum conuicia; siue quod aliquem nomi-  
 natim carpere, & ita verbis proscindere lege prohi-  
 bitum eset. Ouidius eodem opusculo in Ibi:  
*Nunc quo Battadios inimicum deuouet Ibi,*  
*Hoc ego deuoueo tēque tuosque modo.*

In diuites publico malo.

88.



*Anguillas quisquis captat, si limpida verrat  
 Flumina, si ikimes ausit adire lacus.*

Cassius

**Cassus erit, ludetq; operam: multum excitet ergo**

*Si creta, & vitreas palmula turbet aquas;  
Dives erit: Sic iis res publica turbida lucro est;*

*Qui pace, arctati legibus, esurunt.*

Id videtur sumptum ex apolo<sup>go</sup> quodam Aesopico, de pescatore aquam verberante, ut fugientes pisces incaute in retia prolaberentur. Quam aquarum turbatione cum culparet aliquis, statim huic pescator ita satisfecit: At nisi sic moueat<sup>ur</sup> vnda me mori esurientem oportuerit. Quod sane aperte designat οὐκέτι πάλιν δημοσίοι τότε μάρτσα ισχάζεται, ἔτες τὰς πατέσας εἰς τάντα περιέργωτοι: eos nempe qui rerum publ. clauū tenent, tum vel maxime quantum facere, cum patria, sua opera, laborat seditione. Vnde & vulgato adagio ij dicuntur anguillas venari, qui priuati questus gratia tumultus concitant, cum videant publico Reipubl. statu nihil se posse corraderet, itaque non mirum si seditiones exortiri procurent, quo publicum ciuitatis malum insuum priuatum vertant cōmodum. Proverbij vsum ex Aristophanis verbis colligere erit facile:

ὅδος γε οἱ τὰς ἐξ χιλεῖς Δρεπούσοι πέποιθας,  
ὅταν μὴ οἱ λίμνην κετασθή λαυρίουσιν ἀδύτοι.  
ἴστη δὲ αὕτη τε η, κάτιο τὸν Δρεπούσοι κυκλώσι  
αὔριο, οὐδὲ ταρπέων, οὐ τὸν πόλιν ταρπέσθε.

Fecisti, ut si qui capiat anguillas, facit,

Quieta cum sunt stagna, venatur nibil:

Sed canum ubi omne illac & hac subuertērit,

Captura magna est: tu quoque ubi perturbaueris

Hanc ciuitatem, & inde plurimum capis.

Hanc atrem (heu nimium) callent quidam principes, qui tyrannico consilio in ciuitatibus dissidia ferunt, quod licentius mulcent miseram plebeculam. Nottissimum etiam est quod iactitant magni illi latrones à laqueo immunes, nihil esse melius, aut cōmo-

dius quām in aqua turbida pīscari. Lege prouerbī.  
Anguillas captare, & Pierij Hieroglyph. lib. 29.

*Cassus erit, ludēque operam*) id est, spe excidet, fru-  
strā se laborasse sentier, Proverbiales Metaphoræ.

*palmula*) remi extrema pars, sic dicta eo quod pro-  
tenfa est in modum palmæ. Virgil. 5. Aeneidos:

*Littus arā, & leuas stringat sine palmula caute.*

*Vitreas aquas*) Per similitudinem vitræ dicuntur  
aquæ cūm sunt quietæ, nec turbatæ. Statius 5. Syl-  
uarum:

— vitreasque notatu

Plaudit aquas —

Sic iis res publica, &c.) Similitudo erat, cuius hic  
est *στοιχίον*.

*Pace*) pacis tempore.

*arētati legibus*) Elegans Metaphora à vinculis aut  
compedibus, quibus illigati fontes retinentur. Lex,  
teste Cicerone, vinculum est ciuitatis, libertatis fun-  
damentum, fons æquitatis, &c. Nec sanè aliunde  
magis florent Respublicæ quām cūm legum vigeret  
auctoritas: quæ institutæ sunt præcipue, ut earum  
metu humana coērceatur audacia, tutaque sit inter  
improbos innocentia. Isid. 2. Etymolog. hic perti-  
nent quod alicubi dictum est à Demosthene: οὐδὲν  
ἔφελος πόλεως, οὐδὲ μὴ περιέργη ὅπῃ τὰς ἀδικούτας ἔχει.

*Stator in Tiberi Caput 27. Res e' obvales opus esse  
bello civili deciderat.*

In auaros, vel quibus melior conditio  
ab extraneis offertur. 89.



Delphini insidens vada cœrula sulcat Arion,

Hocq; aures mulcit, frenat & ora sono.

Quam sit auari hominis, non tam mens dira ferarum est:

Quiq; viris rapimur, piscibus eripimur.

Id extulit è Graco Biærogæs hexasticho, quod est 1.

Epigranum. sic autem:

φασες ὅτι εἰνται τυπολιθίδος τεχνίδι δίμες

\*αγχόη

φορικτὰς ἀκάτα τύποις τεχνίδιον,

αὐτῆς μὲν καὶ δέρην λιγυνχεῖ διξατο δέλφιν

σωμάτονον, οὐ δὲ βυθὸς τοῦ χειθὸς ἐπισώματος,

μέντης ἐπὶ ιδίου τοντος κοπίδιον. οὐ πα τάλασσα,

ιχθὺς αἰθρόπον εἴχε δικριστέρα. sic reddidimus:

Præcipitem è nauis citharae dum aliquando latrones

In vastum pelagi forte dedere fretum.

Protinus in medius delphin apparuit undis

Ilicio grata dulcisona que chelys.

Sessorem suscepit ab Isthmo, & ad usque Corinthum

Fluctibus è medius reddidit incolumentem.

Hinc patet indomito meliores a quo nasci

Pisces, quam tellus gignat alumna viros.

Historiam, seu (si mauis) fabulam abunde tractauit Herodotus lib. 1. & post eum Gellius cap. ultimo lib. 16. retulit. & Ouid. 2. Fastor. ea est de Arione ci-  
charaldo, qui arte sua pecunias partis cum patriam repeteret Corinthum, in piratas incidit, qui nummo-  
rum causla consilium ceperunt de eo interficiendo.  
quod ubi animaduertisset, impetrata ab eis venia fi-  
dibus cecinit, tum statim ex prora feso in profundum  
iecit, & eum subito a delphino exceptum & dor-  
so Corinthum usque vectum auerterunt. Id autem dicitur,  
& non iniuria flectitur in crudelem & insatiabi-  
lem hominum avaritiam, qui in vitam aliorum non  
veretur conspirare, quod bonis eorum & opibus po-  
tiri quoquo modo queat: hincque admonemur mi-  
tiores esse feras in ipsum hominem, quam ipse ho-  
mo in hominem sit. Quid vero scelestius aut dete-  
rius ea cupiditate habendi, quae non modo sui facit  
immemorem, sed etiam sibi & aliis exitiale? Eam  
itaque recte Menander appellat μένετον αἰδηπόν  
μεχόν; appositeque dixit Euripides:

ἴτις γὰρ δῆτα τὸ πλέον ἔχειν φέρειν' αὐτὸν,  
εὐδέλη φρεγεῖ δίστιλον, οὐδὲ βέλετον  
φίλους τ' ἀκελλούς εἶται καὶ πήση πόλει.

& Bion Sophista optimè τῶν φιλαργίας περιστά-  
τιον εγνατεῖ εἴρη censuit. Cur autem summū malū  
a quibusdam dicatur avaritia, in promptu ratio est,  
quod ea vix unquam sola esse queat, quippe cum per-  
petuas habeat sibi comites rapinā, periurium, men-  
daciū, prodicionem & homicidium; quod infinitis  
exemplis perspicuum esse potest: sed unum ad rem  
presentem erit satis, quod ex Aristotele protulit Ari-  
stonymus, Socios octo latrones de spoliis inter se  
cōcertasse, ex quibus quatuor sunt imperfecti: deinde  
quatuor alios rursum dimicasse ea de re, unde factū

*Malum ergo destrudimus sibi &  
aliorum, & mythologis esse utramque  
societas summa*

vt due

*vt* duo tantum fuerint superstites , qui cum rixandū finem nō facerent, vñus tantum ex omnibus mansit. Sed quid residui tandem erit, si etiam dextra in sinistram armetur? hæc ille.

*vada cerula*) mate cœruleum.

*sulcat*) metapogæ ab aratoribus , pro eo quod est, secat, proscindit, transgreditur.

*franat & ora sono*) ab equis translatio in verbo, frænat, pro eo quod est, retinet, sifit.

*viru rapimur, pescibus eripimur*) Id paulò ante carmen Græcum expressit:

*ū pā Sāmē orā*

*iχθ̄s aīd̄p̄m̄t̄ eiχ̄ dīnḡot̄ic̄us.*

## Gula.

90.

*Circulione gruis tumida vir pingitur alua,*

*Qui Laton, aut manibus gestat onocrotalum.*

*Talis forma fuit Dionysi, & talis Apici,*

*Et gula quos celebres deliciosa facit.*

Hac eicone depinguntur lurcones & gulosi seu helluones, quorum alteris tribuit gruis collum , ut sibi dari postulabat Philoxenus: alteris, vel( etiam si mauis ) vtrisque ventrem maximè prominentem. Expressit autem ventris hæc gulæque mancipia duatum avium maximè furacium, & gulæ deditarum figura. Latus enim edacissimus est, qui quod totam escam ore deuoret , locum fecit prouerbio , Larus hians. Onocrotalus autem olorum similitudinem habet, nec omnino distare viderentur onocrotali & olores, nisi faucibus ipsis inesset alterius vteri genus. Huc enim inexplebile animal congetit , mira ut sit rapacitas , mox perfecta rapina sensim inde in os redditia , in veram aluum ruminantis modo refert. Plin. cap. 47. lib. 10. Et hæc bellissima gulosorum insignia.

signia: Porro repetere non piget Melanthij Poete tragici ἐποφέγγια insignis votum fuisse, ut collū olorinum expeteret, quo sic diutius dapum sensu fruetur: ut etiam eius quem superius attigi, qui optabat τετράδινον χρυσὸν λεπτόν αποχέων, id est, guttū tres longum cubitos, cuius est mētio apud Gellium 19. cap. 2. & Leonicum de varia historia lib. 3. cap. 14.

*Curculione gruu*) gruis collo. videtur ex proprio secessō appellatiū, est enim curculio vermis edacissimus, quasi gurgulio sic dictus, & frumenti adeptus vocabulum, quo nomine sunt etiam notati plerique parasiti. Nannius 2. Miscellan.

Talis forma fuit Dionysi, &c.) Duos hosce inter gululos insignes memorat Athenaeus lib. 1. cap. 3. Diophantus. Apitius quidem omnium helluonum maximus gurges librum etiam edidit de gulæ irritamentis: non enim sat habuit principū congiaria & capitolij vestigal deuorasse. Hunc sibi manus intulisse quidam referunt, cum subductis rationibus et sextertio millies, quod in culinam cōgeserat, centies tātū superesse sibi cognouisset. Lege Plin. 9. ca. 17. Budæum 2. de asse.

Et gula quos celebres, &c.) vt, præter superius nominatos, Gnatho Siculus, Publ. Gallonius, Æsopus, Clodius Albinus, Astydamas, Abron & quamplurimi alij, quorum luxus ex veterum monimētis hinc inde colliguntur.

Ocni effigies, de iis qui meretricibus donant, quod in bonos usus verti debeat.

Impiger haud cessat funem contexere sparto,

Humidaq; artifici iungere fila manu.

Sed quantum multis vix torquet strenuus horis,

Protinus ignavi ventris asella vorat.

Fæmina, iners animal, facili congesta marito  
Lucta rapit, mundum prodigit inq[ui]s suum.

Id ex Pausaniæ Phocicis tractū. enumeratis enim aliquot statuis Deorum & Heroum Polygnoti manu depictis, post has virum quendam sedere ait, inscriptionemque indicare eum esse Ocnum, qui texat ē iunco restim vel funem, sed altantein asellam totū quod ille laborioset texuerit arrodentem. Gnauum & industrium hominem fuisse Ocnum aiunt, qui vxorem sumptuosam & prodigam habuerit, quæ profundere consueuerat, quicquid ille opere faciendo per summū laborem queritasset, idque per ambages voluisse Polygnotum designare. Compertum est etiam Ionum vulgo prouerbiū esse, quoties hominem significant ad laborem quidem vehementer propensum, sed nihil inde capientem cōmodi, Ocni funiculum torquet. Ita fermè Pausanias. huius quidem effigiei Plutarchus meminit libello *mētē eū dū pīas*, & Plin. 35.ca. 11.inter opera, ni fallor, Socratis pictoris. Sic & Propertius 4.Elegiarum:

*Dignior obliquo funem qui torqueat Oclo,*

*Æteruumque tuam pascat asella farnem.*

Retulit & commodè 12.Hieroglyphicōn Pierius, & in Chiliad. Erasmus. Si vacat, lege cap. 81. Miscellan. Politiani.

*Impiger) diligens, industrius. Virgil. 1. Aeneid.*

*— ille impiger haustus*

*Spumantem paleram.*

& Ouid. 1. Metamorph.

*Patros adit impiger ortus.*

Videtur tamen (quod obiter dixerim) adiectiuū hoc differre vel maximè à nomine Oclo, quod propriè ignauū, & qui faciat aliquid grauate, significat. Dicitur enim ὁρος οὐρης, & ipsa προσωπα dicitur ὁρες η ὄρνεια, sed & οὐρειν, id est quod pigescere. Hæc non refer mus, cum *curvus curvus*: *tamen*  
*νότιος φέτη φύγει από ταῦτα, οὐδὲς,*  
*καὶ γυμναῖς εἴσει*

tamē dictio ad sensum potius attinet: ignatus enim est, nihilque agit tametsi laborer, qui suas opes male collocat, easque in usus minime necessarios erogat.

*Sparto)genista*, sic enim quidam interpretantur. Spartum verò genus est herbæ apud Hispanos frequentissimæ.

*Humidaque artifici) περιφευτις restis.*

*Fœmina iners animal) Laborat totis diebus homiū*  
et speratque ditescere; sed quicquid labore tanto  
partum enascitur, ad ornatum proprium transfen-  
prodiga & insolens mulier. vnde vero verius à lu-  
uenale scriptum habemus Satyra 6.

*Prodigia non sentit pereuntē fœmina censem,*

*Ac velut exhausta rediuius pullulat arca*

*Nummus, & è pleno semper tollatur aceru:*

*Non unquam reputat quanti sua gaudia constent.*

quod pertinet adagium, Mulieris podex, apud Erasm.

*Mundum) Liuius in oratione Catonis pro lege*  
Oppia conseruanda: munditia, ornatus, & cultus,  
hæc fœminarum insignia sunt, his gaudent & glo-  
riantur, hunc mūdum muliebrem appellarunt ma-  
iores nostri. Nonius ex Lucilio:

*Legavit quidam uxori mundum omne penūque.*

Vide Blond. triumph. Romæ lib. 9.

*prodigit) consumit, dissipat, verbum aptissimum ad*  
prodigalitatem notandam.

### In parasitos.

92

*Quos tibi donamus, fluviales accipe cancos,*

*Munera conueniunt mortibus ista tuis.*

*His oculi vigiles, & forsice plurimus ordo*

*Chelatum armatus, maximaq; alius adeſt:*

*Sic tibi propensus stat pingui ab domine venter,*

*Pernicesq; pedes, spiculah, apta pedi.*

Cm

Cum vagus in truvis, mensaq; sedilibus erras,  
Inq; alios mordax scommata salsa iacus.

Apparet hoc susceptum esse in mordacem quendam ~~z, à z, a, l, v, s, t, u, z, r, o, s~~ scurram, cui symbolice cancri fluviales dono dat parasiticis moribus apprimè respondentes. Decorum itaque seruat in eo, quod rationem habeat personæ, cui hæc tribuat: intereaque graphicè depingat hominis importuni & obtricantis effrenatam licentiam, qui quaestus & ventris gratia omnia confert sua studia, ut aliis, & plerunq; etiam præsentibus obloquatur, in quos ei aculeetur molesta quædam dipteraria. Id autem genus hominū si quando iocandi fines transiliat, ita ut è salibus hilari fronte acceptis, & datis ad scommata mordacia se conferant, iam tum fastidio esse non ab re incipiunt, nec enim sapiunt qui iis omnia licere volunt, quandoquidem nihil magis lubricum sit conuicio, quod quasi melle litum animos ingreditur. Si Iubet, Parasitum Luciani & Iuuenal. 3. & 4. Satyr. petlege.

*œculi vigiles) aperte: quod refert parasitorum vigiliam in obseruandis aliorum mensis. Euolue prouerb. ἀλογοτεχνι in Chiliad.*

¶ forfice plurimus ordo, *etc.* ) ἀνθροείς ab exercitu. pedes habent cancri fluviales ad modum forficis. forfex sutorum est instrumentum, quo pannum aptant, & in frusta commoda dissecant. Chelæ autem sunt cancerorum brachia à Græco χέλη, quod etiam significat vngulam. Huc pertinet Pliniana descriptio cancerorum, quæ est libr. 9. cap. 31.

*stat pingui abdomen venter*) Abdomen pinguedo est spinæ adhærens, in qua sunt renes: tamen à pube ad præcordia sursum versus abdomen peruenire Cornelius Celsus tradit lib. 4. Iuuen.

— venter

~~Alius opinatus, Iuuenus ab aliis Tenuiter~~

— venter adest abdomine tardus.

Vide Cælium lib.4.cap.5.

Porro parasitus dicitur Eustathio γαστερόπλαγξ, quod  
abdomini inseruiat.

*mensē q; sedilibus errat*) Hinc epitheta, τραχεῖον χεῖ  
quod mensas illingat, & nidorem ē cibis surgentem  
rabido ore carpat: hinc Συρέταξ aut Συρέπταξ, quod  
foribus alienis insidietur, nempe qui sueuerit aliena  
viuere quadra. Lege proverb. Iunij, Sartaginum  
pernicies.

*scommata salsa*) epitheti Metaphora. de scommatū  
genetibus Macrobi. Saturnal.7.cap.5.

~~Paruam culinam duobus ganeoni-  
bus non sufficere.~~

93.



In modicis nihil est quod quis lucretur: & unum  
Arbustum geminos non alit erythacos.

Aliud.

In tenui spes nulla lucri est: unoq; residunt  
Arbusto gemina non bene ficedulæ,

Non

Non est multum lucri expectandum ex rebus minimis, in quibus quanquam multum laboris & operae collocandum sit, tamē fructus inde parum capitur. At in rerum maiorū administratione, utilitas multo consurgit vberior. quamobrem hinc vulgo variis effteruntur modis adagia, vt in tenui statu conforti non esse locum dicamus, qualia sunt ista, Domus una duos non alit canes, vt nec vnum arbustū duos Erythacos. Vno ramo nō benē sedent duæ ficedule: & quod nostrates quasi iocando effterunt, Nostra ianua non sustinet duos mendicos. Falluntur itaque qui ē rebus minutulis amplissimum expectant quantum, præsertim si sit eodem studio consors, vbi plerunque res absque inuidia transfigi, nisi ægre, possit.

*Et unum arbustum*) proverb. est in Chiliad. Arbustum vnum non alit duos Erythacos. Erythacus avis est quædam solitaria, vt eodem in saltu non temere nisi una reperiatur, quam Theodorus Gaza nūc sylviam, nunc rubeculam nominat: alteram quidem à syluarum desertis, alteram à ruboris indicio, quod ex Græco nomine intelligitur. huius meminit Plin. 10. cap. 29.

*In tenui spes, &c*) Distichon eiusdem argumenti cum superiori, mutatis tantum verbis. Alludit autem ad proverb. Tenuis spes. vide Chiliad.

*vnique residunt arbusto*) Proverbum aliud idem cum superiorib. Ficedula à ficubus edendis nomen habet, cùm tamen vuis potius vescatur: quo de nomine Cælius Rhodig. lib. 18. cap. 9. Martial. lib. 1.

*Citn me ficus alat, cum pascar dulcibus vuis,*

*Cur potius nomen non dedit tua mihi?*

Lege Plin. lib. 10. cap. 29.

R

Capti-



Regnatorq; penus , mens&q; arrosor herilis  
 Ostrea mis summis vidit hiulca labris.  
 Quis teneram apponens barbam , falsa ossa momordit  
 Ast ea clauerunt tacta repente domum.  
 Deprensum & tetro tenuerunt carcere furem ,  
 Semet in obscurum qui dederat tumulum.

Id videtur propriè in eos esse tortum qui laudios  
 vicit ergo se in domos opulentas seruiliter in-  
 gerunt, vnde nihil præter damnum , aut etiam inte-  
 ritum consequantur. vel in eos quadrabit qui luxu  
 & gula intemperatia mortem præproperam sibi ac-  
 cersunt, qui que, ut vulgo dicitur Gallico, suū in den-  
 tibus tumulum construunt. Porro gulam in serui-  
 tatem pertrahere docet Lucianus de mercede con-  
 ductis. Itaque huc non incommode retulero illud  
 Horatij, quanquam forte aliò recidat:

— qui pauperiem fugiens potiore metallis  
 Libertate caret, dominum velut improbus atque  
 seruit aeternum qui paruo nesciet uti.

Emblema

Emblema ex primo Epigrammatō Grēcorū Latinē  
hic redditum, huc non grauabor apponere.

*ταυρόγονος ἵππος καὶ δένατος λιχνούρευς μήδης  
οὐρανον ἀπρίσας χείλεσι πεπλαμένον,  
κάνγκρος διεργίονθι μωδάξατο σύριζα,  
αὐτίκα δὲ ιστεκόντες πλατάγης δύνασε.  
ἀρμέδην οὐδαμον. οὐδὲν εἰλεῖθρον ἀφύπτεις  
ληφθεῖς, αὐτοφέροις τύμβοις ἐπιτάπειτο.*

Regnatorque penus) penus est omne esculentum aut  
poculentum, sed frequenter metonymicos pro eo  
loco, in quo asservantur esculenta quaevis, accipitur.  
quo de nomine controuersiam repete non pœnitentia-  
dam apud Gellium cap. 1. lib. 4.

*Ostrea mulca) hiantia, vel ostreas hiantes. de ostreis  
Plin. 32. cap. 6.*

*Falsa ossa) id est testam ostreæ, quam ossa putabat  
esse.*

*domum) μετερυπινás pro cochlea vel testa, qua pro  
domo utitur.*

*terro tenuerunt carcere furem. ) ἀνανγέια à furibus  
qui deprehensi coniiciuntur in carcerem.*

*tumulum) μετεφερειά tumulum dicit, vel à con-  
sequenti quod perierit sorex in ipsa ostreæ testa.*

~~lun fer r sate Mauroj s. ffeladys  
2. Januarij 1570. 12. 12.~~



*Voce boas torua, præ largo est gutture, rostrum  
Instar habet nasi multisorisque tube.*

*Deformem rabulam, addicatum ventrique gulæque  
Signabit, volucer cum truo pictus erit.*

*Onocrotalus*, qui & *truo* dicitur, gutturis est amplissimi, & vocis clamofissimæ, ita ut ruditum asinidicas, & nasum instar tubæ. Sic quidā γαστεραγγεια, ut verbo Aristotelis utar, suo incondito clamore importunaque garrulitate cælo mare conturbare apud quosdam videntur, cum tamen dent sine mente sonum, quippe qui omnia referant ad ingluviem, quibus denique (ut apud nostrates dictorio vulgato notantur) omnia sunt lingua & podex. Id genus homines quod in dicendo nemini cedere videantur, ab imperita multitudine plurimi fiunt, quos tamē probi viri doctique fastidiunt.

*boas* } translatio à bobus.

*rabulam*) Rabula à radendis auribus, vel à rabie, vel à raui, id est raucitate. hominem significat qui causam quam defendit, à iudice cōtendit extorque-

re, yt

re, ut sunt patroni illi triuiales & plebei causidici, inter quos qui clamorissimus est, putatur alios iudicio & viu excellere. Cic. de Oratore: Nō enim declamatorem aliquē de ludo, aut rabulam de foro, sed doctissimum & perfectissimum quārimus.

*addictū ventrīque gula' que. Is vnicō verbo γνωστόν  
γάσπι, vel γνωστογάσπα appellatur. Iul. Pollux lib. 2.*

*Cvno quid p̄t, xplicat ~~soayg~~ ad ~~gastay~~ fol. 298.*

## Doctorum agnomina. 96.

Moris vetusti est, aliqua professoribus

Super adjici cognomina.

Faciles apertosq; explicans tantum locos,  
Canon vocatur Curtius.

Revoluitur qui eodem, & iteratq; nimis

*Maander, ut Parisius.*

Obscurus & confusus, ut Picus fuit,

Labyrinthus appellabitur.

Nimis breuis, multa amputans, ut Claudius,  
Mucronis agnomen feret.

Qui vel columnas voce rumpit, Parpalus,

Dictus truo est scholasticis.

Contra est vocatus, tenuis esset Albius

Quod voce, vespertilio.

At ultimas mutilans colobotes syllabas,

Hirundo Crassus dicitur.

Qui surdus aliis solus ipse vult loqui,

Vt sternus in proverbio est.

Hic blasus, ille raucus, iste garriens:

Hic sibilat cœu vipera.

Tumultuatur ille rictu & naribus,

Huic lingua terebellam facit.

*X. iudic. Maanderi.*

*# 10. fact' > quo Corvus.  
Mig. 5. 1. 5.*

*V. 16. Columnas  
dimittit, cyl. 4.*

*Erit. 3. p. 20. 77.*

*Singultit alius, atque tuſſit hæſitans.*

*At conſpuit alius, ut pſecas.*

*Quam multa rebus vitia in humanis agunt,*

*Tam multa ſurgunt nomina.*

Sic eſt natura vel potius consuetudine quadam deprauata comparatū, vt citius vitia quam virtutes obſeruerimus, & maximē in iis qui literas profitetur. Quod hic planum facit Alciatus in quibusdam ſuperioris ſeculi Iurisconsultis, vel etiam, quantū coniicio, in aliquot aliis qui ſuo tempore minus apti ius ciuile proſiferentur (quorum tamen, ut pat erat, nominibus parcit) vnde singuli ſingula in ſcholis cognomina ſunt fortiti, quibus notaretur ingenij vel naturæ proprium, & peculiare vitium in legibus enucleandis.

*Meander*) Meander, flexuosus & ſinuosus fluuius, quod nō minis ſepe pro obliquitate ſumitur.

*Truo*) de hac aui in superioribus.

*Colobotes*) mancus & decurtatus. ~~noſiōcio~~, comminuo & truncō.

*ſturnus*) De hac aui Plin.li. 10. cap. 24. & Volaterianus in Philologia.

*Pſecas*) Stillicidium vel gutta, aut stilla. ~~Vid~~

*ſtabit* ~~græco~~. *pſecas* ~~ant~~ ~~zor~~  
*ſil. 2. cinc. 9. pſecas. 44*  
*In pſecas. Imit. ſub vero inbro. Natu-*  
*raproductio.* *Cognit. vanas.*



De damone  
natma, let  
philestato gallus  
verentis qua  
fol. 23. 2

373.

Pana colunt gentes (naturam hoc dicere rerum est) De damone natma  
Semicaprumque hominem, semiuirumque Deum. tupli is . dy fol. 51.  
Est vir pube tenus, quod nobis insita virtus  
Corde oriens, celsa verticis arce sedet.  
Hinc caper est, quia nos natura in saclu propagat  
Concubitu, ut volueres, squamea, bruta, feras.  
Quod commune aliis animamibus, est caper index  
Luxuriae, Veneris signaque, aperta gerit.  
Cordi alij sophian, alij tribuere cerebro:  
Inferiora modus, nec ratio illa tenet.

Pan pingebatur, ut multarum diuersarumque na-  
turarum particeps, id enim nominis Pan totum vel  
vniuersum sonat. Itaque Macrobius Saturn. 1. ca. 17.  
Pan ipse sub hoc habitu quo cernitur, solem se esse  
prudentioribus permittit intelligi. Hunc Deum Ar-  
cades colunt appellantes ἄνθρωποι κίεναι, non syluarū  
dominum, sed vniuersæ substantiæ materialis do-  
minatorem significare volentes. cuius materiae vis,  
vniuersorū corporū seu illa diuina, siue terrena sint,

componit essentiam, &c. Alciatus Panos naturam & habitum ad hominem transtulit. Homo enim constat animo diuino, cœlesti, immortali, Angelis & Deo simili: corpore vero mortali ex quatuor elementis composto; hac quidem parte belluina naturam proxime referenti. In animo duas partes sunt, illa quæ intelligit, meminit, sapit, ratione, iudicio, ingenio vtitur ac valet, quæ pars superior nominatur, & proprio nomine Mens, qua vere homines sumus, qua Deo similes, qua cæteris animalibus excellentes, & longè superiores. Altera est ex coniunctione corporis rationis expers, bruta, fera, atrox, & bestia quam homini similior, in qua sunt motus illi qui Græcis πνεύμα dicuntur, pars longè inferior & abiectior, qua nimirum à belluis nihil differimus. Homo itaque medium est quiddam inter diuinæ intelligentias, & bruta animantia, eamque ob causam finixerunt veteres Pana esse Deum, qui superiore parte hominem, inferiore vero caprum referret: ut natura humana hoc inuolucro, & quasi proposito agalmate significaretur. Homo enim pro superiore sui parte rationem habet diuinam, & cœlestem, inferiore appetitum & libidinem, quibus conuenit cum belluis. Cæterum sunt qui hominis naturam triplicem hic notari velint, diuinam, humanam, & diabolicam; diuinam quidem, qua cum angelis participat, humanam, qua cum belluis; diabolicam autem, qua quippiam scelerem & depravatem agitat & molitur. quod planum etiam facit Augustin. sub fine cap. 3. li. 14. de ciuitate.

*Panacolunt gentes) Consule Laftant. & D. August. de Ciuit.lib. 18. cap. 17. Phornutum de natura Deorum, & post eum Gyraldum de histort. Deorum Synstagm. 15. Non nihil & tibi suppeditauerit Euseb. 3. præparat. Euangelicæ.*

*Et vir pube tenus) Alij legunt vir tenus vmbilico est.*

eo est, quam voles sequitor lectionem.

*quod nobis insita virtus) Cic. 1. Tuscul. Platonem istum Timaeo sequutus, & Aristotelē in 2. de animo, principatum animi ait esse in capite sicut in arce summa: ira verò & cupiditas locis disclusæ; illa enim in pectori, hæc subter præcordia sedem habere dicitur. Galenus in lib. de placitis Hippocratis & Platonis, in cerebro posuit spiritus animales, id est, imaginantur memoriam, sensum, motum, & intelligēunt facultatem vitalem in corde, naturalem in iecore, de quo existit nutritio & generatio; quæ tria sunt non partes sed facultates, & vires de unico animo existentes, qui ut seipsum moueat ratiocinando, irascendo, & concupiscendo, vtitur cerebro, corde & hepate, quæ tria sunt instrumenta sede & loco distincta. Quod itaque Alciatus ait nos habere virtutem corde orientem, & celsa verticis arce sedentem, animū rationalem, siue eam animi facultatem quæ rationis est, intelligit, quæ vita principium à corde, mentis verò & intelligentiae à cerebro habeat. vel fortasse ad veterum quorundam sententiam, qui animi principatum in corde reponebant, ut Empedocles: alij in cerebro, ut Plato & Democritus. Plutarch. de placitis 4. cap. 5.*

*celsa verticis arce sedet ) ἀνθεῖται & ἀληγορεῖται summo & præstanti principe in arce summa, ut loco tuiori sedente.*

*Hinc caper est, &c. In superioribus dictum est hic cum libidinis esse symbolum. & concubitu sit generatio. vide Macrob. cap. 8. Saturnal. 1. lib.*

*Ut volucres, squamea, bruta, feras) Animalium est diuisio: sumentem aut ærea, ut volucres aues; aquatilia, ut pisces; terrena, ut homines & bruta omnia. Legi principium 1. Metamorph. Ouidianæ.*

*Cordi alij sophian) id est rationem & mentem, cuius sedem in capite bona philosophorum pars, & quidē*

eorum qui melioris notæ putatur, esse voluere, Lege Opificium Dei Lactantij, cap. 16. *maxime.*

*inferiora modus nec ratio.) Inferiora belluina planè sunt, ut pote ira & appetitus, quæ tamen superiori animi parti, id est ipsi mēti subiici debent. nisi enim in motus imperium obtineat ratio, quid inter hominem & belluam putabis interesse?*

### Ars naturam adiuuans.

98.

*Vt sphaera Fortuna, cubo sic insidet Hermes:  
Artibus hic varius, casibus illa præst.  
Aduersus vim Fortunæ est ars facta: sed artis  
Cùm fortuna mala est, sèpè requirit opem.  
Disce bonas artes igitur studiosa iuuentus,  
Quæ certæ secum commoda foris habent.*

Solebant veteres Fortunam ipsam ita effingere, ut mulier esset quæ pilæ insisteret. At Mercurium studiosorum numen cùm designabant, basem quadratam seu vndiq; quatuor angulis nitentem tessellam efficiebant: hoc modo firmitatem studiorum representabant, quæ nullo fortunæ impetu possunt concutir. Sic Bras ille Prenæus omnia secum se portare prædicabat. sic Aristippus Cyrenæus ciuibus suis mandauit, ut eas sibi pararent possessiones quæ nauis fratera simul cum possessoire possent enatare. Igitur hī mihi sapientes videntur, qui periculosis artibus reliæ togæ studia sequuntur. Hæc ipse met Alciatus oratione quadam Ferrariæ habita. His itaque agalmatis propositis admonet bonas disciplinas opera diligenti consequendas esse, quibus nimirum fortuitos casus non temere vel sustinere, vel etiam retundere possimus. Quò spectat illud vice prouerbij celebratū; Λιμὴν ἀποχίας εἰσὶν αἱ τελετοὶ τέχνης: sua enim cuiq; ars pro viatico est. Obiter admonuero carmi-

nis

nis huius materiam sumptā ex Galeni oratione pa-  
rēnetica ad bonas artes, in qua fuse & oratorio mo-  
re Fortunæ, & Mercurij symbola diuersissima ex-  
planat.

*Ut sphæra Fortuna) Fortunam rotundo lapidi insidentem pinxerunt veteres, quod eius instabilitate designarent, ut pluribus verbis docet in Circulo Pierius. Lege 3. diuin. instit. Lactant. & Augustin. in ciuitate Dei 2. 4. & 7. libertatis potissimum. Hic porro sphæram pro quaunque re volubili, & rotunda usurpauit.*

*Cubo sic insidet Hermes*) Galenus in oratione ad artes (si modò eius est) ait Mercurium ut orationis parentem, & artium omnium auctorem in aliam effigiem, quam Fortunæ, effictum esse à veteribus tum pictoribus, tum plastis. Iuuenis enim est forma conspicua, non tamen fucatus, sed natiua quadam specie in basi quadrata, quæ firmitatis & stabilitatis nota est, &c. Idem ferè Pierius lib. Hieroglyph. 39.


*Disce bonas artes, &c.) mutuatus id videtur ex*  
*Ouid. i. de arte:*

*Dicē bonas aries moneo Romanā inuenī.*

~~house~~ the dynamite. testing of  
Almond John Marrow in the charge of <sup>In</sup>  
~~a. 50.000~~

## In iuuentam.

99.



*M. May. ad  
M. ap. Aug.  
An. 70. a. 20. 30.*

*Gov. of Virginea  
P. G. S. P. R. A. fol.  
= 12. - v. folie*

*Laud. A. N. m. s.*

*Sal. 84.* Natus uterque Iouis, tener atque imberbis uterque,  
Quem Latona tulit, quem tulit & Semele,  
Saluete, eterna simul & florete iuuenta,  
Nuniine sit vestro quæ diuturna mihi.  
Tu vino curas, tu viœtu dilue moibos,  
Vt lento accedat curua senecta pede.

Duo sunt quæ ut corpus bene constitutu, sanum,  
& incolume conseruant, sic & animum ipsum curis  
expediunt, nimirum certa viœtu ratio, vinumque  
moderate sumptum; vt e contrario crapula & vi-  
nolentia, vt etiam curæ edaces naturam hominis la-  
befactant & corrumpunt, ipsamque senectutem  
accelerant. Hic itaque descriptos videoas Apollinem  
& Bacchum: illum quidem medicinæ principem,  
qui salubri diaeta præcipiat quid quantumque sit in  
viœtu sequendum vel fugiendum: hunc vero qui vi-  
no sollicitudines adimat. Marsil. Ficinus lib. de vita  
cælitus comparanda, duos hosce Deos sic copulat:  
Fratres certe sunt indiuiduique comites Phœbus  
atque

atque Bacchus: ille quidem nobis duo potissimum  
ad fert, lumen videlicet atque lyram: hic item pre-  
cipue duo, vinum odoremque vini ad spiritum re-  
creandum, quorū vsu quotidiano spiritus ipse tan-  
dem Phœbus euadit & liber.

tener atque imberbis uterque ) Sic Tibullus Eleg. 4.  
libt. 1.

Solu aeterna est Phœbo, Bacchique iuuentus,

*Nam decet intonsus crinus utrumque Deum.*

De Baccho & Apolline plura in Syntagmatib. 7. &  
8. Gyraldi Deorum historiæ.

*Quem Latona tulit) Apollo Iouis filius ex Latona in  
Delo insula vno partu editus vna cum Diana, medi-  
cinae vsum primus tradidit. Ouid. i. Metamorph.*

*Saluete, &c.*) ut illud Homeri Iliad. et.

*χαίρετε κύριες θρόνοι εγγενεστάτη σε όλη την ανθρωπότητα.*

*Quem tulit & Semele) Bacchus ex Semele Iouis filius, ut superius explicatum est in statuam Bacchi.*

*humane vestro vento beneficio.  
Tunc vix amarum negotium*

*Curae edidit: diuersi Eurius. & Tibullus i. Eleg.*

Bacchus et agricola maria confecta labore

*Pessora, triflita dissoluenda dedit.*

Dilue) tolle, aufer, μεταφορά

*ut lento accedat, &c.)* *imago* *periphrastica.*

## In quatuor anni tempora.

100.

*Aduenisse hyemem frigilla renunciat ales:*

*Ad nos vere nouo garrula hirundo redit.*

*Indicat astatem sese expectare cucullus:*

*Autumno est tantum cernere ficedulas.*

Hoc referendum videtur ad quasque temporū & annorum vicissitudines; vel ad ea quæ suo non alio tempore solent esse tempestiva, quorumque magna vis est si suo tempori usum accommodemus. Vnde illud est Quidianum:

*hunc regem quod: praeconitrix ad meliorum  
temporum. Quia omnia, ad: hec hunc de optima legende  
z. Conf. 7.*

*Temporibus meditina valet, data tempore profunt;  
Et data non apto tempore vina nocent.*

*Quam sententiam docte nec minus lepidè expressa  
Sambucus his versibus:*

*Vtile qui sequitur, discernat tempora, causas,  
Anni mille negant hora quod una tulit.*

*Quodque suum poscit tempus, sunt munera veris,  
Autumni atque hyemis, si vicibusque calor.*

*Colchica ver, astas segetes, autumnne racemos.*

*Datas, urens que typhos bruma regnabit aquis.*

*In hac temporis quasi cyclicam metabολην varijs varijs  
Iuxerūt, quæ huc non piguerit ascribere, eaque potissimum, quæ maiorem cum hoc Alciati tetrasticho  
affinitatem habere mihi videtur. Lubens enim præ-  
termitto Horatianam Odam 9. lib. 2. & septimam  
quarti. Ouid. ad Pisonem:*

*Cessat hyems, madidos & siccat vere capillos,  
Ver fugit astas, estatum terga lacescit*

*Pomifer autumnus, nubibus cessurus & undis.*

*Idem primo de remedio amoris;*

*Poma dat autumnus formosa est mesibvs astas,  
Ver flores praber, igne leuatur hyems.*

*Et Tristium quarto:*

*Vere prius flores, astu numerabis aristas,*

*Poma per autumnum, frigoribusque niues.*

*Bart. Anulus in poësi picta ad hominum perpetuum & æternam metabολην, traduxit.*

*Ver, astas, autumnus, hyems, ha quatuor annis*

*Sunt tempestates orbe volubilibus.*

*Quatuor etates homo sic habet integer eius,*

*Qui puer, hinc iuueni, mox vir & inde senex.*

*Æterno ut similius mundo revolutio vita*

*Nos itidem aeternos arguat esse homines.*

*Vide proverb. in Chiliad. Ver hyemem sequitur, &  
varios locos Hieroglyph. Pierij.*

*frigilla) auis à frigore dicta, ut quibusdam placet*

de qua Aristotel.lib.8.cap.3. de hist. animal.

*Vere nouo garrula hirundo redit.) Ouid.Fast.2.*

*— an veru pranuncia venit hirundo?*

Dicitur & à Sappho ἀγε ἄγενοι περοφόρος ἀνδαρ, ve-  
ris nuncia blādiloqua luscinia. Notum est prouerb.

*Una hirundo non facit ver.* Lege Pierium lib.22.

Hieroglyph.

*Cuculus*) de quo in superioribus.

*ficedulas*) de ficedulis etiam alibi.

## Scyphus Nestoris.

101.



Nestoreum geminis cratera hunc accipe fundis,

Quod grauis argenti massa profundit opus.

Claniculi ex auro, stant circum quattuor ansæ,

Vnamquamque super fulua columba sedet.

Solus eum potuit longævius tollere Nestor.

Mæonide doceas quid sibi musa velit?

Est calum, scyphus ipse: colorq; argenteus illi,

Aurea sunt cæli sydera claniculi.

Pleiadas esse putant, quas dixerit ille columbas:

Ymbilici gemini magna minorq; fera est.

HAB

Hac Nestor longo sapiens intelligit usum:

Bella gerunt fortis: callidus astra tenet.

Homerus in Nestore sene prudenti, eloquentissimo & consultissimo, typū sapientiæ representat: cuius patera geminis fundis, argentea, clauiculis aureis, quatuor ansis, & sub harū quaque sedens columba, cælum & pulcherrimum astrorum ornatum significat. Nam crater, cui sit color argenteus, clauiculis aureis, cælum refert purissimum, & stellas aurei coloris: columbæ sunt Pleiades: duo vmbilici utraque vrsa. Hoc igitur schemate astronomiam commendat, quam quidem solus sapiens, & apprimè exercitatus, ingenio potest assequi, ut solus Nestor suū poculum manu perferre. De huius artis excellentia plura repetere licet apud Plinium variis in locis, sed potissimum cap. 37. lib. 7. Cæterum Homeri interpretes ferunt Nestorem, quanquam senex admodum esset, poculum sustulisse, cum cæteri iuniores vix à mensa tollerent. Sic habet Homeri locus:

ἄλλος υἱὸς μογέας δοτούντος τραπέζης,  
πλεῖον ἀντί τις ποτὸς δι' οὐρανοῦ ἀμογῆς ἔχει: hoc est,  
Uix alij plenum poterant sustollere mensa

Poculum, at ipse senex Nestor facile abstulit illud.  
De hoc Nestoreo poculo pluribus Athenœus dipnosoph. 10. cap. 12. sed maximè 13. libri 12. Lege Cornelij Vitellij Annotat. in Georgium Merulam.

Quod graui argenti) Circumlocutio, qua nimirum Nestoris scyphum commendat à materia.

Est cælum ) tribus distichis sequentibus continetur Epimythion, vel, ut melius dixerim, poculi εἰκόνες.

Pleiades esse) columbæ representant Pleiadas numero tamen non obseruato. Nam Pleiades septem sunt stellæ iuxta tauri signum, quæ Latinè dicuntur Vergiliæ, quod veris tempore oriatur. Lege Ouidium Fastor. 4.

Magna

*Magna minórumque sera est) Ursam maiorem siue Eli-*  
*cen, & minorē siue Cynosuram intelligit, quæ Græ-*  
*cis arcti dicuntur, suntque septentrionali polo velut*  
*axe quodam nixæ, & arctico circulo clausæ, sicque*  
*dispositæ, ut resupinata vtraque caput alterius con-*  
*tegat: cuius autem caput quæ superior est, ad infe-*  
*rioris caudam contendat. De his Ouid. Fast. 4.*

*Longo usū) Longa exercitatio & experientia do-*  
*ctrinam parat certissimam: potissimumque discipli-*  
*næ astronomica longa obseruatione opus habent.*

*Bella gerunt fortis) Collatio est dissimilium: qui*  
*corpore sunt valenti, cōmittunt prælia, atque inter se*  
*dimicant: sapiens verò rapitur & ducitur ad cœlestiū*  
*disciplinarum cognitionem.*

Quæ supra nos, nihil ad nos.

102.



*Caucasia eternum pendens in rupe Prometheus*

*Ditipitur sacri præpetis vngue iecur.*

*Et nolle fecisse hominem: sigulosq; perosus*

*Accensam rapto damnat ab igne facem.*

*Roduntur variis prudentum pectora curis,*

*Qui cali affectant scire, deumq; vices.*

Huius Emblematis inscriptio sumpta est ex dictis  
Socratis τὰ ὑπέρηφας οὐ τοῦτος ἡμᾶς, quod adagij vi-  
ce annotat Erasmus ex Laetantio. Notissima est au-  
tem Promethei fabula, qui cum hominem ex Iulo  
finxisset, & Mineruæ opera ignem cælestem sum-  
puisset, ut luteam statuam animaret, egrè tulit Iupiter,  
eumque Mercurij ministerio ligari voluit ad  
Caucasum montem Scythiaæ asperum & inhabita-  
bilem; aquilamque exhibuit, vel, ut abis placet, vul-  
turem, qui perpetuo cor exederet, excusque ten-  
uaretur. Sic Martial.lib. i.

*Qualiter in Scytinca relegatus rupe Prometheus.*

*Aſſiduam nimio peccatore pauit auem, &c.*

Macrobi. lib. i. in Somnium Scipionis, huius fa-  
bulæ mysterium exponit. Per vulturem, siue aquilâ,  
iecur immortale tundentem, nihil aliud intelligunt  
prisci illi Theologi, inquit, quam tormenta male  
conscientiæ obnoxia flagitio viscera interiora timantur,  
& ipsa vitalia indefessa admitti sceleris admonitione  
ianiantur, semperque curas, si forte requiescere ten-  
tarint, excitantis, tanquam fibris renascentibus inhe-  
rendo, nec ulla sibi miseratione parcentis, lege hac  
qua se iudice nemo nocens absoluitur, nec de se sui  
potest vitare sententiam. Plato in Dialogo de regno,  
à Prometheo ignem, à Vulcano artes datas homini-  
bus esse tradit.

Idem in Protagora sapientiam à Prometheo sur-  
teptam ait, hominibusque communicaram: cuius  
hæc ferè verba sunt: Cōmunem Vulcani & Miner-  
uæ officinam, in qua artes excolebantur, clam ingre-  
sus, furatus est Vulcani artem igneam, aliamque  
Mineruæ, qua viuēdi facultas obuenit. Cicero quinta  
Tuscul. Prometheum ait virum quendam perspicac-  
cem fuisse, & in rebus arcans apprimè versatū, quai  
hominibus communicauerit: huic Iouem iratum,  
quod veritas in profundo demersa videatur, letum

autem

autem ab aquila exesum significat sollicitudines & curas, quibus vel prudentiores irretiantur, quarum vinculis cum se expedire putant, in alias moletiores recidunt. Fulgentius in Mythologico non ab aquila Promethei cor, sed a vulture corrodi tradit; idque perbellè interpretatus est: cui videtur assentiri Petronius Arbiter his hendecasyllabis.

*Cui vultur iecur ultimum pererrat  
Et peccus trahit intimaque fibras,  
Non est quem tepidi vocant poetae:  
Sed cordu mala, luor atque luxus.*

Hic autem cōuertitur fabula, vel in eos qui diuina philosophiq̄ mysteria nescio qua mēte subtilius co-nantur indagare: vel in eos qui naturali iudicio, fidei Christiane oracula cōprehēdere, vel etiā ipsa arcana diuina (quæ scrutari periculosisimū est, ut quid plane ad uox tuū) discutere, de quæ iis humano sensu aliquid statnere se posse putat, ad quæ certè humani oculi caligat, ut noctuæ ad lumē solis diurnū. Proinde Sapient. 25. Qui scrutatur maiestatē, opprimetur à gloria. quod etiā spectat illud Euripidis: φερεις δὲ θντοι τὸ χει μηδαι. Mortale non decet altū sapere.

Poterit etiam non incōmodè torqueri in eos qui astrologi iudicarij vulgo nuncupātur, quorum animus quantis vagetur erroribus, alij viderint: vel in quosdam philosophos, qui quæ abstrusa protsus atque abdita Deus esse voluit, scrutati sunt, ac naturā rerum cælestium inuestigarunt, quæ à nobis longè remotæ neque oculis conspicī, neque tangi manu, neque comprehēdi sensibus possunt; & tamen de illarum omnium ratione sic disputatione, ut ea quæ asseruerunt, probata, & cognita videri voluerint, ait Laetant. in opif. Dei. Fabulam hanc pertractat Hesiod. in Operibus: quam ad rei veritatem explicat in proœmio lib. ultimi naturalis hist. Plinius, & libro Problem. Alexandr. Aphrod. Lege Lucian. in Prome-

*Sacri præpetiū vngue) sacri præpetis, id est ausi diuinæ, qua in significatione usurpatur à Virgil. 3.  
Æneidos,* ~~Ipse deus legit pugnare, ut~~  
*Et volucrum linguis, & præpetis omnia penna.* ~~Ipse deus~~  
Præpes autem, vt docet Gell. lib. 6. cap. 6. ausi dicitur  
quæ oportunè in auguriis præuolat. Blondus præpe-  
tes dici ait quæ se ante auspiciæm ferunt; nam præ-  
petere dicebant anteire: Quid. Fast. 6.

Tunc oritur magni præpes adunca Iouis.

In astrologos.

103.



*Icare, per superos qui raptus & aera, donec  
In mare præcipitem cera liquata daret,  
Nunc te cera eadem, seruensq; resuscitat ignis,  
Exemplo ut doceas dogmata certa tuo.  
Astrologus caneat quicquam prædicere: præcepis  
Nam cadet impostor dum super astra volat.  
Id videtur confinxisse ex Græco Isæcaro,  
Ικάρος, καὶ ἡσ περιώνεσ, γαῖα δὲ σε κηροῦ  
ἔγειρεν εἰς μέρον αὐτοῦ χαλκοτόπος.*

ann.

αλλ' ἀγε μὴ πίστη πάλλει κατ' ἡμέας, μὴ τὸ λυεῖσθαι,

περὶ δὲ τὴν πλωτήν, οὐδέποτε τελεόντες: id est,

Cera tibi vitam prius abstulit Icare, sed nunc

Te cera fixit denuo docta manus.

Immota liquidum seruato per aera pennas,

Balnea ne fiant nomine clara tuo.

Icari fabulā prolixē satis persecutus est Ouid.

octauo Metamorph. & secundo de arte. Meminit

& pluribus aliis in locis, totamque narrationem si

vacat, repete ex Diodoro Siculo, lib. 4. rerum anti-

quarū, cap. 13. Id autem torquet in Astrologos quod-

dam falsarios & impostores, qui supra humanum

captum conantur aliquid, queque longissime absunt

ab ingenio humano, vi mentis, & artis experientia

se ariolari posse putant. Recte sanè Isocrates dixit in

orat. Χρήστος τὸν μένον ταῦτα μεγάλων ισχύει.

εξ φύσεως ίσι. Diogenes cùm mente agitaret philo-

sophorum, virorum politicorum, medicorum, &

cuius generis aliorum, in hominum societate functio-

nēs, dicebat homine nullum aliud sibi videri sapien-

tius aut absolutius. Cùm vero contēplaretur astro-

rum inspectores, diuinatores & coniectores, clare

pronuntiabant nihil esse quod sibi videretur homine

stultius & imbecillius. Attamen quotus quisque est

qui non hodiē plus propè fidei ariolis istis & conie-

ctoribus, quam sacris oraculis habet? quis non ex

sua hora suorum euentorum seriem trahi putat, &

recte facta ac via syderibus potius, & constellatio-

nibus, ut vocant, quam sibi ascribit? At hæc figmen-

ta vel potius deliria vir sapiens facillimè declinatit,

ipsaque populatis multitudo potenter hæc respuere

occeperit, si tandem fucum agnouerit sibi factum.

Quò referā non inconcinnè diuinatoris cuiusdā An-

gli somniū. Is ex astris prædixerat Henricū septimū

Anglorum regem ( qui tum regno præcerat ) eo anno

extinctū iri. Rumor statim ad ipsum regem delatus

egredit fūdo cīmōdū 63, Xfīs ſomij, est.

un bīcāndū ſomij, &


z frugētū ſomij, Cāmōdū 128.

278 ANDREAE ALCIATI  
est. Iubet itaque hominem ad se vocati , à quo sci-  
scitatus est an ex astris certum aliquid posset præco-  
gnosci: innuit . Sed tunc (inquit rex) eius artis peri-  
tus es? sic esse respondit. tum rex, An certo coniectas,  
me præsentu anno moriturum? sic esse ait. Dic ergo  
mihi (rex infert) vbi tu futurus es his festis natalitiis?  
s'instabat enim natalis Domini dies ) nā & hoc for-  
te te non fugit. Ego, ait , cum meis familiaribus &  
domesticis laute me victurū spero. At certe (ait rex)  
artis tuae sum peritior quam sis ipse, nam scio te fu-  
turū in carcere. simulque hominē in vincula coniici  
jubet. Illic autem vbi iam satis diuinandi calor re-  
frixisset, cum risu dimissus est. Eiusmodi hominum  
fatuitatem acerrimè perstringunt Basilius oratione 6.  
*οἰς τινὶ ἐξαίρεστῃ* Gell. li. 14. cap. 1. Euseb. de præpa-  
ratione euangelica lib. 6. & Picus Miradula in opere  
*ex professo in nugones eiusmodi edito.*

*Exempla ut doceas* ) Debemus aliorū periculis fieri  
cautiores & prudētiōres: & maximē istuc est sapere,  
dum alieno damno sapimus. Publius in mimis:  
*Ex virtu alterius sapiens emendat suum.*  
Vide Proverb. Chil.

~~\* fons frumentorum~~ ~~litterarum~~ ~~et~~ ~~disciplinarum~~  
~~Dominus regnus nostrum regnatur (magis) quo~~ Qui  
~~magis regnatur~~  
~~Quod est ante pedes, non spectat: sed sa-~~  
~~tum playat.~~

Qui alta contemplantur, cadere. 104.



Dum turdos visco, pedica dum fallit alaudas,  
Et iacta altiuolam figit harundo gruem,  
Dipsada non prudens auceps pede percultur: *ultrix*  
Illa mali, emissum vulnus ab ore iacit.  
Sic obit, extento qui sidera respicit arcu,  
Securus fatus quod iacet ante pedes.

Id ex apolo<sup>go</sup> quodā *Æsopi de aucupe & vipera*.  
hic accepto visco & arundinibus exiit aucupatum.  
Viso turdo super alta sedentem arbore compositis  
arundinibus sursum spectabat eum comprehesus.  
Verūm ignarus viperam dormientem conculcauit, à  
qua morsus, iamque præ dolore vitam agens, dixit,  
Ah, alium capturus ab alio miserè capior. Huic si-  
mile est Epigramma Antipatri Sidonij de Alcimene  
aucupe, qui cùm arcu & funda peteret aues, in altū  
speculatus, ictus à dipsade interiit. Totum autē car-  
men est prosopopœia:

επον ιγα κα φρογε, κα απτάντειρεσ ερύκας  
απέρματος υψητη βίστιας γίγενον

πειρα χερμαστηρος ιύνερηρα καλα πινειν  
αλικιδην παντεν ειργεν ξπωδειεφος.  
και με λις ουτη τειχει παρει σου εαδινης ηχεια  
σαρκι την ει γενον πικρον εγεινον χειον  
ηελια χειροστη, ιδι αετη ηετη αιδιεγε λευοσον,  
τοιω ποσιν ιδι εινη και ηεκλειδομενον.

Hoc sic vicecumque latio reddidimus:

*Qui sternum iactu sementibus ante, rapacem  
Areecbam altissolam Biftoniamque gruem,  
Extensi manibus, bubula que id verbere fundas  
Alcimenes abigens ipse procul volucres,  
Infligit ad talos serpens tum vulnera dispas,  
Lethiferoque nigrum virus ab ore vomit.  
Me' que dat ipse neci, attentus dum sydera spello,  
Nescius ex itij quod foret ante pedes.*

Qui cōuenit quod de Thalete fertur, qui dum noctu celum contēplaretur, in scrobem decidit: quod ridens ancilla, δινεια παθειν ιην, αετη ταξη μον  
αγρων, τη ει ηερης ιονιτει. Id alij tribuunt Anaximeni. Gabrias in tetraesticis idem tradidit. Taxantur autem astrologi, qui cum cælestia, id est corporum superiorum inspectionem se consecrari putant, ea tamen ignorant quæ propriis sunt admota: cumque præsentia ferè ignorent, futurorum scientiam habere se gloriantur: atqui, quod Pind. habet olymp. 12.  
της μελοντων γε τετραφλον? φεασαι, id est, obscuræ sunt admodum & cæcæ futurorum cognitiones. In eos Morus epigrāma hoc lusit lepidum, & festiuū:  
*Saturnus procul est iam' que olim cacus, ut aiunt,*

*Nec propè discernens à puero lapidem.*

*Luna verecunda formosa incedit ocellis,*

*Nec nisi virgineum virgo videre potest.*

*Jupiter Europam, Martem Venus, & Venerem Mars,*

*Daphnen Sol, Hyrcen Mercurius recolit.*

*Hinc factum, astrologe, est, tua cum capit uxor amantes,  
Sydera significant ut nihil inde tibi,*

*turdos)*

*turdos*) turdus inter primas à saporis bonitate insignis: Martial.lib. 13;

*Inter aues.turdus, si quis me iudice certet,*

*Inter quadrupedes gloria prima lepus.*

De turdis Plin.lib. 10.cap.42.8c 53.

*alaudis*) galeritas, de quibus Plin.lib. 11.cap.37.

*gruens*) De gruibus in superioribus satis.adnotanda synecdoche qua posuit speciales quasdam aues pro aliis quibuscumque.

*Dipsada*) Dipsas aspidis genus, cuius morsu sitis inducitur, & Græce δίψας sitis est: Dipсадis mentio fit Deuteron. 8, huius meminit Plin. lib. 23. cap. 8. & lib. 22. cap. 5. Solinus polyhist. cap. 30. Lege Lucian. in prefatione de Dipсадibus, Cælium Rhodig. 25. cap. vltimo, & Pierium Hieroglyph. 16.

*Securus fati*) id est ignarus & inscius infortunij quod sibi mortem attulit.

Potentissimus affectus, Amor. 105.



*Aspice ut inuctus vires auriga leonis,*

*Expressus gemina pugno vincat amor?*

282 ANDREAE ALCIATI

Vtq; manu hac scuticam tenet, hac ut flectit habenas,

Vtq; est in pueri plurimus ore decor.

Dira lues procul esto, seram qui vincere talem

Est potis, à nobis temperet ánne manus?

Id extulit ex Græco argentatij, quod ascribam.  
αυγέζω τὸν ἀφειτον δῆμο σφεαγίδιον εἰρητε  
χερσὶ λευτεῖαις αἰνιχεῖαι τὰ πιάν,  
ὅς τὰ μέρη μάστυν κατ’ αὐχένος, οὐδὲ χειλίδες  
διθύμει, πολὺ δὲ ἀμφιτίθηλος χάρει.  
Φείων τὸν Θεριπόν, οὐδὲ καὶ θηρευτικόν  
ἀγένοι, οὐδὲ οἴγων φείσεται αμετέλει. id est inter-  
pretē Gorri:

Quid video in gemma hac? amor est, auriga leonis

Insider, & frenus ora superba regit.

Vna manus flagro cedit, moderatur habenas

Altera, nulla magis signa placeat & queuntur:

Sed metu immitem puerum, mortalibus agris

Quid faciet, qui sic corda ferina domat?

Huc respexit Lucian. in Deorum Dialogis: conque-  
rentem enim Venerem apud Cupidinem filium fa-  
cit, & sibi nonnihil reformidantem, ne propter sce-  
lera quamplurima leonibus tandem obuciatur, cui  
puer his satisfacit, Τόππετ μῆτερ, δῆμοι καὶ τοῖς λεόποντος  
τοῖς διαχειρόντες εἰμί, οὐ πολλούς εἰπαντας δῆμοι τὰ νόστα  
καὶ τὸν οὐρανὸν λαβούσθων λιτοχαλάντων. οὐ δὲ στρατόν, οὐ  
τὴν χειραν δεχόμενος εἰς τὸ στούντα ωφελειχρυσάνθη  
Χοροδιδίαπονοι. Confide mater, leonibus enim ip-  
siam familiaris sum factus, & sæpenumerō cōscendi  
eorū terga & apprehēdi iubas, equitis more infidens  
illos agito: illi verò interim mihi caudis adblandiū-  
tur, ac manū insertā ori receptāt, lambuntq;, deinde  
mihi reddunt innocuam. Hoc quidem scheinate sa-  
tis ostenditur, quāta sit amoris vis, qui de fortissimis  
etiam, & ferocissimis triumphare soleat. Per leones  
enim hīc significantur viri graues, & alioqui san-  
monia

monia probitateque aliqua insignes. Leones autem amore furere notat Plinius octauo historiae mundi cap. 16. Et Aristot. histor. animalium lib. 6. plura de amoris viribus Cæl. Rhod. lib. 9. cap. 2.

*pufio*) parvus puer. Cic. 1. Tusc. in lib. Platonis qui inscribitur Menon, pufionem quendam Socrates interrogat, &c. Idem pro Cælio: propter nocturnos quosdam inanes metus tecum semper pufio cum maiore sorore cubitauit. Iuuenal. Satyr. 6.

*Pufio dormit, pufio qui noctu non litigat.*

*scuticam*) paruum flagellum è loris factū, à Græco σκύτος, quod est corium. Horat. Sermon. 1. Satyr. 3.

*Ne scutica dignum horribili sectere flagello.*

Iuuenal. Satyr. 6.

— rubet ille flagellus

*hic scutica.* —

*plurimus ore decor*) sic eum effinxit Lucian. in Amore fugitiuo.

*Dira lues*) Epiphonema.

*Feram qui vekerat alen*) à maiori ad minus.

*Yne dñe illi c. note 3. 26. XII. delib. 3.*

*Nov. 1st. 26. XII.*

Potentia

*de pugnac.*

*1st. 20th.*

*Ex donata. Febr. 244.*

## Potentia Amoris.

106.



*Nudus Amor viden' ut ridet, placidumq; tuerit?*

*Nec faculas, nec que cornua flectat, habet:  
Altera sed manuum flores gerit, altera piscem,  
Scilicet ut terra iura det atque mari.*

Id transtulit è Graco Epigrammate:

*γυμνὸς ἐρῆσθα τοῦτο γελᾷ καὶ μείλιχος δέσπι,  
καὶ τὸ ἔχει τόξον καὶ πυγμήται βίαιη.  
εὐδέματι ταλάνγις κατέχει δελφῖνα καὶ αἴρει.  
τῷ μὲρᾳ γαλλιαν, τῷ δὲ Σαλαστηρίχη.*

Sic tralatum etiam reperiab Vrsino Velio:

*Nudus Amor blandis idcirco arridet ocellis;*

*Non arcus, aut nunc ignea corda gerit.*

*Nec temerè manibus florem, delphinaque trattat;*

*Illa etenim terris, hoc valet ipse mari.*

Legi alicubi Philostratum Cupidini rosam conferre: Nam sicut illa recens mollis est, ita Cupido cui aurei, non aliter ac roste, capilli tribuuntur: hic quoque spinas pro iaculis gestat; pro facibus fulgorem; folia pro aliis data sunt: denique utrique tempus color,

for, & mores conueniunt. Delphinus autem hominum amasis maris blanditias & tranquillitatem ostendit, iramque & commotionem fluctuum ibi emollitam signat, ut docet Pierius in Delphino suo. Hieroglyph. 27. Id autem videtur expressissime apertius in Hyppolito Euripides:

ο πονηρόπτερος ἀμφισσαλάς  
ἀνυάτῳ πέρι,  
ποτέται δὲ ὅπι γαῖας θύλαχτον  
δέ ἀλυνεγρήθη πόντον. hoc est,

Ille pennis ornatus variis vndique volitans alis velocissimis, volat namque super terram, superque sonorum & salsum mare. Quod significat omnia subiecti imperio amoris, qui nudus est, propterea quod hic affectus debet esse simplex & apertus; ridet, quod oblectamentum prae se ferat: blandè aspicit, ut persuadeat: nullis armis instructus est, ut cum eo congreedi non reformides. plura lege apud Athenaeū 13. cap. 5. Et Platon. in conuiuio.

*nec faculas*) Fax Cupidini tribuitur, quod corda mortalium adurat, & animos absumat.

*cornua*) arcum, qui cornutus appetet, cum potissimum tensus est.

*scilicet ut terra*) notissimum est illud ex Eclo. 10. Virg.

Omnia vincit amor, & nos cedamus amori. Idem alibi:

Omnia vincit amor: quid enim non vinceret ipse? Item,

Omne adeo genus in terris hominumque ferarumque, &c. *Pelops ad. Cetn. long. 152.*

*Proverbium:*

*hic dens & ferrus & maria alta* *Dante* *a 148.*

*Ond.*

*In superos ipsaqz Iond, la munima pondi* *VIS*  
*Vixta domas, ipsaqz regi qm munera terz*  
*Tertara quod cebunt* *Et furore. indec. 2.*

*Amen Vixit Sors d'indp alcuna velutqz*  
*Vide 30. Emb. Inniij*  
*& Scenaris Europa quis retinez & Stofan H. Steffan.*  
*in coniug. Verneqz yrales* *Al. 579 579.*

## Vis Amoris.

107.



fulmen, Idaea  
 verumque Gaudij  
 Dolere in  
 Sua. / congi-  
 71.

Aligerum fulmen fregit Deus aliger, igne  
 Dum demonstrat uti est fortior ignis Amor.

Vide Enabl.

Maj. 40.

Ex lib. 4. Epigramm. Græcorum sumpsit illud:  
 ἐπάρδος τὸν πλανῶν οὐρανόν, ἀγνοστοί κέρατον,  
 δεκτὸς ἀτερπίστων πῦρ πυρὶ δεῖπνος.

Tanta vis est amoris; ut ipso fulmine celerior sit, &  
 violentior, quippe qui nec ipsi Ioui cedat, quæ mul-  
 toties arcu petijisse poëtæ referunt: quo significatur  
 amore strenuo nihil audacius esse, neq; insuperabi-  
 lius. Itaque Græcis ἔργοις πάρδομον τοπ dicitur. De quo  
 illud est distichon per prosopopœiam.

Perfringunt, penetrant, urunt mea spicula fulmen;  
 Scilicet hinc nomen est mihi: πάρδομον τοπ.

Quod referam non incongruè lepidissimum Aug-  
 riani octostichion:

Omne olim calum (ut fertur) calum omne ruerat,  
 Inter se superi dum fera bella gerunt.

Fortiterat Bromius thyrso, Mars ense, tridente

Neptunus, ferris fulmine dextra leuis.

Alc.

*At cùm visus Amor fuit in fulgentibus armis,  
Nec non accensa lampade pulchra Venus:  
Pruatur thyrso Bromius, Mars ense, iridente  
Neptunus fortu fulmine dextra Iouis.*

Lilius Gyrald. hist. Deorum Syntagmate 13. repetit ex Plinio fuisse in curia Octavia Cupidinem fulmē tenentem, cuius auctor nesciebatur. Id affirmabatur Alcibiadem fuisse principem formā in ea aetate, in cuius clypeo ita erat pictus. Poterit fulmen hoc à Cupidine concussum traduci ad id quod dici solet. Amore plus quam vi effici: quod in quadam Epist. expressit D. Hieronymus: Ingenia quidem, inquit, liberaliter educata facilius verecundia quam metus superat.

*aligerum fulmen*) Epitheti metaphora: fulmen aligerū dicitur propter celeritatē, ideoque pictores fulmini tribuunt alas quod à Ioue immitti crederetur.

*Ignis amor*) Merito amor ignis dicitur. itaque Virg. passim amorē ignis nomine nuncupat. Sic 3. Georg.

*Omnis adeo genus in terra hominumque ferarumque,* *an. Junij 57.*

*In furiis ignis que ruunt.* Idem Aeneid. *Contra. 7*  
*— & caco carpitur igni.* In Eclog. porrò *flama sua Vulca-*  
*At mihi sese offert ultra meus ignis Amyntas.* *flama sua Vulca-*  
*Scripsit & perelegans sanè tetrastichon Io. Secundus* *50*  
*in Cupidinem camino insculptū eadē fermē causa:*  
*Flammis uomo Veneris quisquis fuit ille camino*

*Qui sculpsit puerum, credite, doctus erat.*

*Scilicet aeterna penes hunc custodia flammæ;*

*Per quem sopitus non queat esse focus.*

*Ouid. exq. Yvnd. Holeng:*

*— quis em calaveris ignem*  
*2 mina que semper proditor ipsa sua* *In*

In studiosum captum amore. 108.



Immersus studiis, dicundo & iure peritus,  
 Et maximus libellio,  
 Helianiran amat, quantum nec Thracius unquam  
 Princeps sororis pellicem.  
 Pallada cur alio superasti indice Cypri?  
 Num sat sub Ida est vincere?

Id suscepit est in quosdam doctrinæ gloria cœ-  
 lebres, qui amore turpi excæcati videre non possunt,  
 quantum vitæ suæ & famæ detrahant. Pudet sanè  
 referre sapientes quamplurimos, sui nominis imme-  
 mores, qui hac percussi non leuiter insania, discipli-  
 narum liberalium (quæ perficere ingenii & mores  
 debuerant) cultum natuum turpissimo Veneris mi-  
 nio infamarunt. Tales fuerunt apud Græcos Calli-  
 machus, Sophocles, Philetas, quos sequuti sunt Ca-  
 tullus, qui Lesbiam, Tibullus qui Deliam, Propertius  
 qui Cynthiam, Naso qui Corinnam versuum mira-  
 luxuria celebrarunt. Certamen eiusmodi inter Pal-  
 iodem & Venerem etiamnum durat, quodque cre-

brò accidat , plerisque etiam viris bonis (qui eo fortasse non tam inuiti harent) videtur esse ludus. Quo loco non piguerit cōmemorare , quæ Paulus Iouius ætatis nostræ historicus excellentissimus de Augustino Nypo philosophiæ professore satis diligenter retulit. Suscep̄tis enim liberis & vxore senescēte septuagenarius senex , puellæ citra libidinem impotenti amore correptus est usque ad insaniam : ita ut plerique philosophum senem atque podagricum ad tibiæ modos saltantem miserabili pudore consperirent: vnde illi maturatum vitæ exitum cōstat. Melius quidem Panætius , qui adolescentulo querenti sapiens amaturus esset: de sapiente , inquit , videbimus: mihi & tibi qui à sapiente longè absimus , non est committendum in rem tam commotam , & impotentem alteri emancipatam & vilem sibi . Marcus etiam Tull. mortua coniuge , ab amicis sollicitatus ad secundas nuptias: Vix possem ego , inquit , eodem modo uxori & sapientiæ studio vacare. Quod & referre non incommodè possim illud Chrysippi: cū enim dixisset quidam sapientem amore non capi , testimonio esse Menedemum , Epicurū , & Alexinum: hac ego , inquit , ratiocinatione utar: si Alexinus ille dissolutus , & Epicurus insensatus , & Menedemus canis ac delitus (sic enim ab Eretriensibus dicebatur) amore capti non sunt; nec sapiens quidem eo capitur . porro videtur hoc Emblema imitatus esse ex Græco Pauli Silentiarij:

εποιησάμενοι ταῦτα τὸν εἰδοῦλον τοῦ θεοῦ  
επορθόμενοι παρέβαντες τοῖς αἰτιώμασι·  
γνωσθεῖσι βελεύοσιν αἱρευόμενοι τοὺς εργάτους  
αὐχένα τοι μάνιν κύροι μετακατέστησαν  
δίζο με καγκελώσα , τορπίν ἐπιπλάσα νησές  
μῶ πλέον , οὐ τοσάντες μήλων φέρετε οἴδων.

Senex est qui conqueritur se cū adhuc iuuenis es-  
set, telo amoris inuiolabilem fuisse: atiā autem pro-

uetum amoris iugo cogi. Epigramma reddidit Velius Vrsinus,

*Acer eram, ut primus invicta mente sub annis  
Oestrisferæ spreni dulcia iura Deæ.*

*Misilibus nec eram diris violandus amorum,  
Qui tua nunc canus sub iuga vado Venus:*

*Suscipe ouans, tetrica victa tibi Pallade cefit  
Quam prius hesperidum munere maior honos.*

Ceterum ex Guicciardino Italo scriptore didici Epigramma hoc speciatim scriptum esse in Hieronymu Paduanum studiosum & eruditum, sed qui non minus amori quam libris operam daret.

*Immersus studiis ab aquis translatio.*

*Libellio )libellio dicebatur à veteribus, quem nos tabellionem vocamus, Græcè Χαρηματις.*

*Quantum nec Thracius unquam ) hac parium collatione turpem amorem significat, qualis fuit in Thereo Thraciæ rege, qui Philomelæ iuencula, Progenes vxoris sorori, stuprum intulit. Fabulam repeat ex Ouidio.*

*Pallada cur alio) Hæc apostrophe gratiam addit, eaq; tacite significat quam simus ad libidinem proclives.*

*Cypris) Cypris vel Cypria Veneris cognomē, à Cypro insula, luxui deditissima. Iustin. libr. 18. D. August. in Ciuit. lib. 4. ca. 10. & Polyd. Virg. li. 3. ca. 17.*

*Ida est) Ida mons editissimus, in quo tres Deæ de pomo aureo concertarunt.*

*Martialis*

*Præter Veneris, colis Arremidore, Almeria  
Et miraris opes Olympique finis?*

*A'VTÉPWSS*

Aντέρος, id est amor virtutis. 109.



d - Anteros

Dic ubi sunt incurui arcus? ubi tela Cupido?  
Molla quies iuuenum figere corda soles.

Fax ubi tristis? ubi pennae? tres unde corollas

Fer manus? unde aliam tempora cincta gerunt?

Haud mihi vulgari est hospes cum Cypride quicquam,

Vlla voluptatis nos neque forma tulit.

Sed peris hominum succendo mentibus ignes

Disciplinæ, animos astraq; ad alta traho.

Quattuor eq; ipsa texo virtute corollas:

Quarum que e Sophiae est, tempora prima tegit.

Hoc decastichon tralatum reperio ex Græco Mariani Scholastici eis ἐφετεῖσταθμοῖσι, quod sic est

4. Epigrammaton:

καὶ τοῖς τόξοις ἀνένο παλιντενύ, οὐ δοῦ στέο

πυγρούμηι, μετάτηις εἰς κραδίνη δορανεις;

πᾶς πλεσσε; πᾶς λάμπεις πολυώρυνος; εἰς τῆι δε τρισσαδε

σέμισσαται κρατίνη χρεις, κρατίδη εἰπ' ὅλῳ φίρεις;

οὐκ δοῦ πανδήμου ξενεκύτερος, οὐκ δοῦ γαίης

εἰρις, καὶ ὑλαῖνος ἔκγυρος διφερούμενος.

T 2

221

αλλ' ἐγώ εἰς καθηρει μερόπων φέρεια πυρσὸν αἰάτῳ  
διμοδίνες ψυχής δ' ἔργον εἰσαγάγω.  
οὐδὲ δι' ὀρετῆς σεφάνης πούσσον πλέκω· ἀντὶ τοῦ  
τούτου οὐδέσσας πεφάτω παῖς στοῖνος σεφομένη.

Effingit Cupidinē ἀπέξον καὶ ἀσοχεῖ, sine areu & sine  
telis, eruditio sane figura dialogistico, quo quidē  
virtutis omnis distributionem assignat. Sed primum  
aduertendum est ex Platone, in Symposio, duas esse  
Veneres, & totidem Cupidines: hęc antiquior & sine  
matre, cælo nata, quam cælestē Venerem vocamus:  
altera iunior, ē Ioue & Dione progenita, vulgaris &  
cōmuni appellata. eadem ratio est Cupidinis utrius-  
que: horum enim alter honestas cupiditates animis  
ingerit: alter verò affectus voluptuosos & terrestres  
inculcat; prior ille ~~αὐτίερος~~ est, quasi dicas, priori con-  
trarius; qui hominem attollit ad superiora & cæle-  
stia contemplanda, omnemque virtutem & hone-  
statem p̄fstat. Hic itaq; tres coronas manibus con-  
trectat, vnamq; circumfert in capite: quibus qua-  
tuor illæ virtutes (ex quibus omnis honesti fons pe-  
titur) designantur. Prior illa corona caput ambiens  
(partem quidē Platoni in Timao omnium corporis  
partiū diuinissimā, & tertē principem) prudentiam  
repräsentat: prouidere enim & aliquid prudēter me-  
ditari contemplationis est: tres aliæ quas manibus  
continet, iustitiam, fortitudinem & temperantiam  
denotant, quę potissimum in actione cōsūtunt. ma-  
nus enim actionis sunt organa. Quod perspicuū est  
ex primo officiorum Ciceronis: Qui maximē perspi-  
cit, inquit, quid in re quaque verissimum sit, quiq; acutissimē & celerrimē potest videre & explicare  
rationem, is prudētissimus & sapientissimus rite ha-  
beri solet. Quocirca huic quasi materia quā tractet,  
& in qua versetur, subiecta est veritas: reliquis autem  
tribus virtutibus necessitates propositae sunt ad eas  
res parandas tuendasque, quibus actio vita contin-  
etur,

tur; quo sanè loco differentem facit virtutem prudentialm à reliquis tribus: ea enim posita est in veri inuestigatione & contéplatione, reliquæ sunt actionis. De vtroque amore Plato in conuiuio. Ficinus oratione 2.cap.7. & oratione 7.cap.8.in conuiuium Platonis. Cælius lib. 16. ca. 25. & Syntag. 13. Gyraldi histor. Deorum.

Ceterū *αἰτίοντα* Proclus interpretatur amorem diuinū animas à corporibus abstrahentem: qua in significatione hīc usurpatur. Alij duplē Amorem ideo effectum esse narrant, quod nullius frugis aut commodi possit esse amor, nisi mutuus sit: qua de re Porphyrius philosophus hunc adfert apogenum: Cūm, inquit, Cupido infans patum coalesceret, Venus Themin Deam consuluit; quæ Veneri respondit, Anterota necessarium esse qui rependat vices, ut se se mutuò iuuent: cui Venus acquiescens, Anterota, quasi anticupidinē dicas, genuit: quo vixdum nato, Cupido cœpit adolescere & procerior euadere. Sed hæc fortasse *παρέπειας*.

*Fax ubi tristu*) tristis à cōsequenti: fax autem Cupidini tribuitur, quod indicarunt Ægyptij sacerdotes qui per ignem amorem exprimi voluerunt. Isidor. Græcus auctor rationem reddit, quia nonnunquam amor cupiditate impatientiū exurat, nonnunquam verò p̄satieta abuolet. Itaque apud Gelliū Portius Licinius dixit hominē ob amorē non esse ignitum, sed ipsum ignem. Notum est illud Virgil. Cęco carpitur igni: & est mollis flamma medullas. Item, Vritur infelix Dido: vt iam diximus paulò ante.


*Vulgari cum Cypride,*) Vulgatis illa Venus circa turpes amores versatur, honesta verò ad virtutē & honestatem amplexandam inflāmat, & ad rerum cælestium contemplationem animos pertrahit.

*Sed puris hominum*) Effecta pudici amoris, ubi notabis diligenti p̄paratione opus esse, priusquam adi-

tum habere possis ad rerum diuinarum & pulcherrimatarum speculationem.

*animas astraque) hic raptus quomodo fiat, superius  
doenimus, in Emblemate, scilicet cuius inscriptio est,  
In Deo letandum.*

*De Anteverta qd<sup>z</sup> Artēpos, Amor virtutis alium  
Veneris u. Veneris Cupidinem superans. 110.  
fd. 80. a. 6.*



*Aligerum, aligerog<sub>z</sub>, inimicum pinxit Amori*

*Arcu arcum, atque ignes igne domans Nemesis.*

*Vtq<sub>z</sub> aliis fecit patiatur: at hic puer olim*

*Intrepidus gestans tela, miser lachrymat.*

*Ter spuit inq<sub>z</sub> sinus imos: res mira, crematur*

*Igne ignis, furias odit Amoris amor.*

*Triumphus est Amoris pudici, qui de Cupidine  
q<sub>z</sub> inq<sub>z</sub> uiris Venerco spolia ampla referat. Nemesis igitur ultio-  
nis Dea superbientem Veneris filium voluit ab alio  
Anticupidine vinciri & constringi: quo significatur,  
turpem amorem, aut noxiā aliquam cupiditatem  
q<sub>z</sub> uiris possit*

## EMBLEMATA.

295

posse aliquando ab honesto quodam instituto, & affectu non modò imminui, sed & sopiri. Manifesta est itaque allusio ad prouerbium, Clavum clavo pellere: quò pertinet illud Hieronymi ad Rusticum Monachum: Philosophi seculi solent amorem veterem amore nouo, quasi clavum clavo pellere. Cic. 4. Tusc. Loci denique, inquit, mutatione, tanquam ægroti non conualescentes, sæpe curandus est. etiam nouo quodam amore veterem amorem tanquam clavum clavo eiiciendum putant. porrè tralatum est hoc carmen ex Epigrammate Græco incerti, quod sic habet.

Mare maror iegotet rur ari tioi éta ad iegon  
æ réfereos, rózor rózor àmisoúpia.

os ne pùdri ràx' iegotet o dè drosdùc, o opìnata: Cis  
dangùl, mufadu jau sámhos bennéos.

is bauðr nèk uéltor át' epliutor à mya dasug, Ynub. 105  
olíxet riscu ñipd; iñçat' iegotet ieges.

Illud autem sic à Velio conuersum asscripsi:

Tennatum volueri pueri atque ultricia penitus

Tela Cupidinei opposuit Nemesis:

Vi que commisit ferret. qui fortis & audax

Ante modo expertus spicula amaragemit:

Tirque sinum spuit in medium. prob mira! quis ignem

Igne uret! flamma sensit amoris amor.

Legi alicubi veterum morem fuisse, ut Cupidinem depictum haberent, qui alteri Cupidini palmam è manibus extorquere niteretur: significantes honestum amorem de amore Venereo victoriā quartete. quod significat Ouid. 2. de remedio, cùm ait:

Alterius vires substrahit alter amor.

ter spuit in que sinus) Irati & abominatis est gestus.

Tibull. Elegiar. 2. de sene amatore loquens,

Hunc puer, hunc iuuenis turba circumstetit arcta;

Despuit in molles & sibi quisque sinus.

Iuuenal. Satyr. 7.

*Ynub. 105*

*Ynub. 105*

39.

*Cypria. 3.*

& apud Theocritum puella rusticum quendam a  
 quo amabatur, ridens, dum illi deformitatem, gra-  
 uolentiam & alia corporis vitia exprobrat, ter in-  
 suum sinum despuit: ait enim,

Vid... null. *τεῖς εἰς ἐπίποτε κόλποι.*  
*την τραγουδινην ιστον.*

Dulcia quandoque amara fieri. 111.



Matre procul licita, paulum secesserat insans  
 Lydius: hunc dire sed rapuistis apes.  
 Venerat hic ad vos placidas ratus esse voluctes,  
 Cum nec ita immitis vixera sua foret.  
 Quae dedit, ah, dulci stimulos promunere mellis;  
 Proh dolor, heu sine te gratia nulla datur.

Apparet id esse tractum ex Antipatri, atque etiam  
 Bianoris Epigrāmatis eiusdē pene argumēti, li. 1. An-  
 thologie titulo *eis Óratoris, eis Óratoras*. hoc autem  
 sub figmento, amoris naturam intelligere licet, qui  
 vt rectissime Plautus ait, & melle & felle est fecun-  
 diffimus

dissimus: nam gustu dat dulce, amarū ad satietatem  
usque aggerit. Quid enim voluptate blādius? sed ea-  
dem quid tristius? cauendum est itaque, dum oble-  
ctamenta magno labore conquerimur, ne sub dulci  
melle venena lateāt: exemplum præsto est in apibus,  
quæ mel dulcissimum cōficiunt: eadem aculeū ha-  
bent præsentaneum, si quis sese propiū admouerit.  
Hinc à Grēcis γλυκύπηρος Anor dicitur: quod signi-  
ficat Euripid. in Hippolyto his verbis:

τί τε δ' ἡ λέψυσιν αἰδράπτες ἐπάν;  
ὑδρόν ὥ παι τὰυτὸν, ἀλγεῖνον δ' ἀνα. id est,  
Quid hoc est quod dicunt homines amare? respon-  
det nutrix: Iucundissimum, ô filia, sed idem calamiti-  
fissimum. verba sunt Phædræ ad nutricē, cui suos in  
Hippolytum amores credit. huc etiam respexit Ca-  
tull. ad Mallium:

*Multa satis lusi, non est Dea nescia nostri,  
Quæ dulcem curis miscer amaritatem.*

Et Boëtius, quem non puduit hīc etiam cōmodè ci-  
tare, quanquam quibusdam reclamantibus.

*Habet omnīs hoc Voluptas,  
Stimulus agit furentes,  
Apiumque par volantum;  
Ubi grata mella fidit,  
Fugit, & nimis tenaci  
Ferit illa corda mortu.*

Cæterū Epigrāma est Meleagri lib. 7. Grēcorū  
Epigrammatum, in quo ex apicula quētit cur Helio-  
doræ corpus tangat: Num ideo ut ei nunciet, quod  
ipsa amoris dulcem & amarum stimulum habeat?

*paulum secesserat) Hīc figmento indulgetur. Nam  
poētæ omnes semper Cupidinem Veneri adessē fa-  
ciunt. rationem adfert Seruius: quia, inquit, Vene-  
rea voluptas sine amore nō potest exerceri. Horat. i.  
Carmīnum:*

*Liberum & musas Venerēmque, & illi*

T 5

Semper

*Semper herentem puerum canebat.*

Plato in symp. rationem longius repetitam narrat.  
Vide 3. præpar. Euag. Eusebij, & Gyrald. Syntag. 13.

*Infans Lydius.) Periphrasis Cupidinis.* Lydi populi sunt in regione minoris Asiae omni mollitie & voluptate depravati, qui primi caupones & institores fuerunt. Herod. li. 1. lege Plin. 3. ca. 5. & 5. ca. 29. itemq; Athenaeū dipnos. cap. 4. li. 12. & Proverb. Chiliad. Lydus ostium clausit: &c, Lydus in meridie.

*diræ sed rapiastu apes.) Enallage personæ, per apostrophen.*

*Proh dolor, heu sine te.) Alludit ad illud 7. Metam.*  
— nulla est sincera voluptas;

*Sollicitumque aliquid latius interuruit.*

Plautus in Amphit. Est in ætate hominum (ita diis placitum) voluptati ut mæror comes consequatur. & Horat. Odar. 2.

— nil est ab omni parte beatum.

Lege Proverbia, Dulce & amarū: &, Ne quære mollia ne tibi dura contingent: &, Fæcem bibat qui vinum biberit. itemque illud, In apes irruere.

### Ferè simile ex Theocrito.

112.

Alueolis dum mella legit, percusit Amorem  
Furacem mala apes, & summis spicula liquit  
In digitis: tumido gemit at puer anxius ungue,  
Et qualiter erabundus humum, Veneriq; dolorem  
Indicat, & grauiter queritur, quod apicula patrum  
Ipsa inferre animal tam noxia vulnera possit.  
Cui ridens Venus, Hanc imitaris tu quoque, dixit,  
Nate feram, qui das tot noxia vulnera patris.

Hoc ferè idē cum superiori, nisi quod concinnius  
& lepidius claudat Theocritus: quem sua lingua loquentem audire non pigeat:

τὸν κλέπταν ποτ' ἔργοτε οὐκούν κίνησος μέλισσα  
 προσίστησιν σινθλων συλεύειν, ἀκαθέτη χειροῖσι.  
 δάκτυλα παιδίστησιν εἰσενέμειν ὁ δῆλος ἄλγες, καὶ χειρὶς ἐφύσησι,  
 καὶ τὰν γαῖαν επάτειχε, καὶ ἀλατον· τὰ δὲ λορρεόδετα  
 δεῖξεν τὴν οὐδέτερην καὶ μέλισσαν, ὅπις γε τυτθόν  
 θησεῖσαντι μέλισσαν καὶ ἀλίγε τραύματα ποιεῖσι.  
 Χ' ἀ μάτηρ γελάσσεται, τί δ' ἐπιστονιαστεῖσι μελίσσαις,  
 Χ' ὡς τυτθόντις μέλισσαις, τὰ δὲ τραύματα ἀλίγε ποιεῖσι.

Quod sane ex Anacreonte transcriptum, cuius Ode  
 sic se habet:

Ἔργος ποτ' οὐρανοῦ πεποδιστη  
 καμαρίβην μέλισσαν  
 ἐκεῖσθη, ἀλλ' εἰρήνη,  
 τὸν δάκτυλον δὲ μακθεῖσι  
 τὰς χειρὸς ἀλόγους.  
 Θραμμάνδες καὶ πεπαδιεῖσι  
 φρεσὶ τῷν καλλιώνυστήντιν  
 ὄλωλα, μάτερ, εἴπει,  
 ὄλωλα, καὶ δοπεθνίσκω,  
 ὄφεις μ. ἔτυψε μικρὸς  
 περφετός, οὐ καλούπι  
 μέλισσας οὐ γλερροῖ.  
 οὐδὲ εἴπει, εἰ τὸ κέντρον  
 πορεῖ τὸ τὰς μελίσσας,  
 καύστην, δοκεῖσι, ποιῶσιν  
 ἔργος ὄπεις οὐ βάλλει. hoc est,  
 Inter rosas Cupido  
 Apiculam iacentem  
 Non vidit, est que punctus.  
 Manūmque sauciatus  
 Mox ciulare cœpit:  
 Et cursitans velansque  
 Ad candidans Cytheren,  
 Heu occidi, occidi, inquit,  
 Ut amque mater efflo:  
 En me minuta serpens

Pennata

~~# carmine tot 300  
Pugnare, pugnare,  
Tunc q' thymo m...  
A dede vel Cupido, in  
Pugnare, pugnare  
multim' vales.~~

ANDREAE ALCIATE

Pennata vulnerauit;  
Apem vocant colont:  
Tunc illa: apis si acumen  
Tantum facit dolorem,  
Quantum putas dolere  
Quos tu feris Cupido?

Carmen Theocriti certatim, ni fallor, à doctis quā pluriinis conuersum est.

~~Oenobr. i. Aris: Qualit humum ) Doloris signum.pedibus terram~~

~~Lyding aquata) percutere, est & indignantis & grauiter ferentis Ho-~~

~~merus de Iro:~~

~~Ferre pede fulgat Sornia. — ody d' n̄as idōrtas~~

~~λαυτίζων ποδὶ γαιας.~~

Horatius etiā multis in locis pro signo lētitię posuit.

~~Vd- quon. Junij ridens Venus ) Poëtæ Græci Venerem appellant~~

~~50. Eccl. 6. φιλομετών, id est, risus amicam. Horat. i. Catminus:~~

~~Siue tu manus Erycina ridens. #~~

~~Iwia quæc regunt.~~

In statuam Amoris.

113.



Quis sit Amor, plures olim cecinere poëtæ,  
Eius qui vario nomine gesta ferunt.

Conuenit

Conuenit hoc, quod veste caret, quod corpore parvus:

Tela alasq; ferens lumina nulla tenet.

Hec ora, hic habitusq; Dei est. Sed dicere tantos  
Si licet in vates, falsa subesse reor.

Eccur nudus agat? Divo quasi pallia defuit,  
Qui cunctas domiti possidet orbis opes.

Aut qui queso niues boreamq; enadere nudus  
Alpinum potuit, strictaq; prata gelu?

Si puer est, puerumne vocas qui Nestora vincit?  
An nosti Ascrei carmina docta sensis?

Inconstans puer hic obdurans, pectora que iam  
Trans adiit, nunquam linquere sponte potest.

At pharetras & tela gerit, quid inutile pondus?  
An curuare infans cornua dura valet?

Alas curue tenet quas nescit in alhira ferre?

Inscius in volucrum flectere tela iecur. *i e a r* *Udo Dolens*  
Serpit humi, semperq; vnum mortalia corda *s e n a* *Ergo - 3.*

Ludit, & haud alas saxeus inde mouet.

Si cæcus, vitamq; gerit, quid tænia caco  
Vt ilis est? ideo num minus ille videt?

Quis ne sagittiferum credat qui lumine captus?  
Hic certa, at cæci spicula vana mouet.

Igneus est, aiunt, versatique in pectore flammas.

Cur age vinit adhuc? omnia flamma vorat.  
Quin etiam tumidis cur non extinguitur undis

Naiadam, quoties mollia corda subit?

At tu ne tantis capiare enoribus, audi.

Verus quid sit amor, carmina nostra ferent.

Incundus labor est, lasciva per ocia: signum  
Illiū est nigro punica glans clypeo.

Fragmentū de Amore ut sibi repugnās & ~~ad u'arō~~  
particulatim reprehendit, veramque Amoris definiti-  
tionem

tionem ad extreum se tradere docet: sub quibus omnibus inuolucris graphicè exprimitur amatorum vita miserrima: quæ signatim omnia explicabimur, si prius Marulli elegante descriptione subiecerimus.

*Quis puer hic? Veneru. plena quæ causa pharetra est?*

*Non bene prouisus certa quod arma mouet.*

*Cur sine veste Deus? simplex puer odit apertum.*

*Vnde puer? pueros quod facit ipse senex.*

*Qui pennas humeris dedit? inconstans. quare*

*Nulla Deo frons est? signa inimica fugit.*

*Quæ fors eripuit lucem? immoderata libido.*

*Cur macies? vigiliu cura, dolorque facit.*

*Quis cæcum præt? ebrietas, sōpor, oscia, luxus.*

*Qui comites? rixa, bella, odia, opprobrium.*

*Qui calo dignati? homines. quæ causa coegerit?*

*Mittor auctore est credita culpa Deo.*

*Heu curuum genus, & veri corda in scia, quo ius*

*Fasque, scelus miseri si scelere abluimus?*

Addam & Augeriani poëtæ certè nō illepedi eadem de re carmen:

*Angelus inuicta qui cuspide semper oberras.*

*Dic mihi, te nudum cur tua mater alit?*

*Nudo homines qui nostra petunt delubra, Rubent;*

*Cur stant in dextra spicula trado nocem.*

*Cur puer es? pueros facio quoscunque sagittis.*

*Saucio, siue volans ignibus uro meis.*

*Vento as bumeris cur fixit Iupiter alas?*

*Est quo uis leuior flamine qui quis amat.*

*Cur tecum facile? quia viuida corda fretumque,*

*Et sua montosa, & scrupula saxa cremo.*

*Cacus es? an claro, dic, lumine? cæcus amator.*

*Non ego, luce poli lux mea clara magis.*

*Pasceris ambrosia seu nectare? pascor amoris*

*Blanditius, risu, sedulitate, iocu.*

*Cur tibi pulchra parens? quia densos forma calores*

*Ingenerat, forma munere nascor ego.*

*Cur maru è fluctu prognata est mater? amator*

*Vt mota in salsu fluctuat unda vadit.*

*Dic, tua non vilis domus? an cultissima? nulla*

*Tella cole, hyberno sub Ioue dego miser.*

*Dic ubi stas, dum lassa tuo sunt membra volatu?*

*Crede mihi, nunquam ne leui ala vebit.*

*vario nomine) propter diuersa vel adiuncta vel effeta, quæ abunde in Syntagmatib. Historiæ deorum explanat Gyraldus.*

*conuenit hoc quod) absurdum, ut fabulam refutet.*

*Eccur nudus agat) maxima, inquit, est impudenda eum nudum pingere, cum dij nulla premantur egestate. Ea tamen nuditas importunam & perpetuam vigilantem amantium pertinaciam designat: vel manifestam eorum insaniam prodit. Recepit Faustus:*

*Cur tecum nullo corpus velamine monstrat?*

*Stultitia insani manifesta patescit amantis.*

*Quis cunctas domiti) Hinc dictus est tardumq[ue]tus, vt superius annotauimus.*

*aut quas non iuies) Nil est quod timeant amates, dum tebus amatis potiri se posse sperant. sic Plautus sub amatoris persona:*

*Neque villamibi obstabit amnis, neq[ue] m[er]s, neq[ue] adeo mare:*

*Nec calore nec frigus metuo, neq[ue] veniu neque grandinem,*

*Imbrem perpetiar, laborem sufferam, solem, si im:*

*Non conceda, neq[ue] conquesca usquā, neq[ue] noctu neque diu;*

*Prius profito quam aut amica, aut mortem inuestigauerio.*

*Tibull. item Eleg. 1.*

*Quisquis amore tenetur, eat tutusque sacerque*

*h[ab]et & habet do[re]m.  
ad sonor. t[em]p[or]e.*

*Qualibet infidias non timuisse decet.*

*Non mihi pigra nocent hyberne frigora noctis,*

*ad sonor. t[em]p[or]e.*

*Non mihi cum multa decidit iubar aqua.*

*Et Seneca in Hippolyto:*

*Non me per altas ire si inleuis iuies,*

*Pigeat gelavis ingredi Pindis iugis:*

*Non si ver ignos, & infesta regmina,*

*Cuncte paratis ensibus pellus dare.*

*p[ro]nuntium*

*puerumne vocas*) puer est ob amatorum varietatem  
& inconstantiam, qualis inest puer.

*qui Nestora vincit*, ) senem quemque sapientissimū.  
Hesiodus & Orpheus poëtæ Græci vetustissimi,  
mortaliū & immortalium mentes amore capi &  
domari tradunt. Ficin. in Platon. conuiuium.

*Ascræi senis*) Hesiodi ab Ascræo Bœotia pago in  
Helicone monte. \*

*Inconſtant puer*, ) ad id respexit Ouidius de arte:  
*Errat & in nulla ſede moratur amor.*

*hic obdurans peccora* ) idem ferme in Hippol.  
Seneca.

*Qui blandiendo dulce nutriuit malum,*  
*Sero recusat ferre quod subiit iugum.*  
Theophrastus: *ἴρρος δὲ τοῖν ἀληγόσι καὶ τοῖν εἰπούσιας*  
*τὸν ερῶντα ταχεῖαν μηδέχοντες τίνουσιν πρόσωπα, οὐδέ τινας*  
*δὲ τίνουσιν. Amor est irrationalis cuiusdā cupi-*  
*dinis excessus, qui velocem habet accessum, tardum*  
*autem discessum.*

*pharetratus* At *pharetratus* &) Xenoph. idcirco Cupidines sagi-  
tariorum fingeantur, ut formosi & formosæ etiā ē lon-  
ginquo loco vulnerēt, nimirum oculis ipsis tanquam  
sagittis eminus in rem amatam emissis. Propertius:

*Et merito hamatis manus est armata sagittis:*  
*Et pharetra ex humero Gnoſia utrōque iacet.*

Horatius Carmin. 2.

*Semper ardentes acuens sagittas*  
*Cotere cuncta,*

Item Faustus:

*Cur pharetratus amor! tristis quod missa doloris*  
*Spicula configat.*

*alatus* *alatus* *alatus* *alatus* *alatus* *alatus*  
Alas curue tenet) Cicero de natura deorum, pennatu  
Cupidinem vocat, ut Orpheus & Plato in Phædro  
*περὶ γῆρα*, idque propter frequentissimas in eo vici-  
itudines rerum, ait Pierius in accipitre. Propertius

*Elegiarum 2. 8. ad. inde 2. actus*

*in quo posse amorem dico per actus*

*Durac, tam vestigio per agnos oboe vnde.*

*Quicunq. Ol. Cenio. Et: ut Rabat graminis, quib. enobat alat*

*difficil. Et illi cingofusus prouidit*

Quicunque ille fuit puerum quis pinxit Amorem,  
 Nonne putas miras hunc habuisse manus?  
 Hic primus videt sine sensu vivere amantes, *Hor mortuorum  
Intellegens, legit.*  
 Et levibus curis magna perire bona.  
 Idem non frustra ventosas addidit alas, *Alegor. Apud so-*  
 Fecit & humano corde volare Deum: *gblamata 87.*  
 Scilicet alterna quoniam iactamur in unda,  
 Nostraque non ullis permanet aura locis.  
 Id apertius & breuius expressit Faustus in Ecloga  
 quadam:  
 Cur puer incedit pictis circundatus alis? *Alegor. Dolio.  
Sicca long. fol. 350.*  
 Quia nequeat leuior, vernaque incertior aura  
 Villo stare loco, & verba imperfecta relinquant,  
 Et careat firmo regnanti in pectore sensu.  
 Eubulus apud Athenaeum lib. 13. figmentum hoc  
 ridet, cuius senarios propter elegiam huc ascribere  
 non piguit.  
*τις λοιπός οὐ γένεται πρώτος αἰδηπόντων ἄρχει,  
 ἀκαπνοπλάσιος εἴρηθ' ὑπάρχοντες;  
 οὐδὲν δέ τις πλειονάς γένεται,  
 αλλ' οὗτος ἀπειρροτέρος πρώτων τῆς θεότητος,  
 οὗτος γάρ οὐτε κούδος, οὐτε ράδιος  
 απελαγχεῖται τῷ φέργῳ τιλυρότερος,  
 βαρὺς δέ ποιεῖται πάλιος αὐτοῦ ἔχει πλεονάχος.  
 τούτοις πράγματα, ληγεῖται, φήσειται. id est,  
 Quis omnium primus virorum pinxit, aut  
 Alatum Amorem sinxit in cera prior?  
 Hirundines solum sciebat pingere:  
 Mores nec ille norat, aut mentem Dei.  
 Nec est enim leuis, nec est is qui celer  
 Morbum ferentis auolet praeorditus:  
 Grauisque valde: qui sit ala ut sint ei?  
 Nugae merae sunt haec, quis ergo perficerat?  
 Serpit humi) repugnantia sunt quibus superuanea-  
 meam Amoris cœkū docet.*

*Si cœkū*) Amoris cœkitas impeditam hominis

rationem arguit: nec enim modo tuφιδε, sed & τοφιτις ἔργος. Theocritus Idyll. 10. τυφιδε δικαίωσι πλευτης, ἀλλα γιώφερτησις ἔργος: hoc est, cæcus non solum Plutus, verum etiam delirus Amor. Pro pert. Elegiarum 2.

*Ante pedes cecis lucebat scimita nolis:* lxxvii. 4. Dohm  
ad Senec. 154.

*Scilicet in fano nemo in amore videt.* 158.

Ouidius in Epistolis:

*quid deceat, non videt ullus amans.*

Et Seneca in Medea:

*Cæcū est ignis simulatus ira,  
Nec regi curat, paliturue frānos,  
Haud timet mortem, cupit ire in ipsoſ  
Obuius enſes.*

Faustus breuissimè complexus est Epimythion:  
— duplex cur lumine cassus?

*Non oculos videat quod facta decentia clares.*

*tania) vittarum extremitas, & pro tota vitta sumitor aliquoues: hic pro panniculo, quo velantur oculi Cupidinis, accipe.*

*sigilliferum qui lumine) absurdum aliud per collationem dissimilium.*

*Igneus est) ab effectis, ut iam dictum est.*

*timidis Nasadum) Naiades aquarum Deæ, per quas hinc castas & pudicas puellas matronasque possis intelligere. Quo referendum videtur illud Meleagri:*

*δεινὸς ἔργος, δεινὸς· τι δὲ τὸ πλέον; ἡνταῦτη εἶπω,  
τι πάλιν οὐπλάσια, πολλάκι δεινὸς ἔργος;  
ἴηδος ὁ τελεῖς τάπιος γῆθα τῇ πονηρᾷ κακοδιείᾳ  
μοστρα, ἡντὶ εἰπονοιδεῖς εγένετο, τείπεται.  
Θεῦμα δὲ μου, πῶς ἄρετος σταγανούχοι φαρεῖσθαι  
κόμματος, οὐδὲ τοπεῖται οὐ, τερρότοκος.*

Sic reddit eleganter Ursinus Velius:

*Sensus Amor? sensus. quid tum, si talia marenſ  
Conquerar? atque ieiunia talia; sensus Amor?*

*Nimirum*

Nemirum puer h.ec comitia rideat, & ipfis  
Gaudet, & insultat iurgia si qua loquor.


Ait ego demiror, glauco Venus edita ponto,  
Qui flammam ex unda progenerasse potes!

At tu ne tantis ) Haec tenus refutatio fuit veterum  
de Amore cōmentationum, tandemque verā amo-  
ris descriptionem ultimio perstringit disticho.

Iucundus labor est lascina) Libidinis & obscēnæ vo-  
luptatis actum significat; cuius schema est malum  
punicum in nigra scuti planicie, quę representant si-  
militudine quadam sexus utriusque γενητικὰ μέσα.  
punicum quidem dulci sapore, sed amaro cortice  
mihi referre potest ιδούλως γενητικόν: nigra pla-  
nities cœcitatatem & caliginem, quibus implicantur  
qui turpiter amant. cæterū vir doctus quispiam  
aīt, hic glande significari partem obscēnam genita-  
lium, quam Cornel. Celsus, Anst. & Galenus bala-  
non appellant, quod glandem significat; estque viri-  
lis penis prior pars, quæ Latinis est mentula.

V 2

In



Iam Iudum missa patria, oblitus q[ui] tuorum,  
 Quos tibi seu sanguis, siue parauit amor;  
 Romam habitas, nec cura domum subit illa reuerti,  
 Aeternatantum te capit urbis honos.  
 Sic Ithacum præmissa manus dulcedine loti  
 Liquerat & patriam, liquerat atque ducem.

Notissima est illa Teucri vox apud Ciceronem  
 Tuscul. 5. Patria est ubique est bene : tum enim  
 vel maximè patriam ipsumque natale solum tradimis  
 obliuioni , cum aliena regio meliore nobis  
 conditionem suppeditat. Sed certè hoc potissimum  
 in eos traducitur, qui cum ad amplum aliquem di-  
 gnitatis gradum peruerterint, sui suorumque imme-  
 mores tumidas attollunt vertice cristas, ut iis nihil in-  
 tolerabilius esse possit, neq[ue] asperius, quippe qui nec  
 de parentibus, nec de amicis amplius cogitent: ex quo  
 perspicuum fit, quam helleboro indigeant, cum non  
 intelligant leuissimo casu se posse labi: quamq[ue] teme-  
 rarij sint, & instabiles fortunæ fluxus & refluxus. At

Orato.

Apud Suetonius & Iotyphagis bayeri in Annis

EMBLEMATA. *Carta. 4.* 309

Oratorem audiamus licet : Si quam virtutis præstantiam , aut ingenij , aut fortunæ splendorem sumus consecuti, eam nostris impetrare est opus , & cum proximis communicemus: ut si parentibus natissimus humili & obscuro loco, si propinquos habeamus imbecilliores, vel animo vel fortuna , eorum augeamus opes, eisque honori simus & dignitati : ut in fabulis, qui aliquando propter ignorantiam stirpis & genetis in famulatu fuerint: cum cogniti sunt, & aut Deorum aut regum filij inuenti, retinent tamen charitatē in pastores , quos patres per multos annos esse duxerunt.

*Quos tibi*) Duo hic amicorum genera notat, vnum eorum qui sanguinis coniunctione; alterum qui vel vicinitate, vel studiis quibusdam paribus, vel cōmercio aliquo , aut vsu vitæque consuetudine amicitia nobiscum iuncti sunt.

*Romam habitas*) potest hoc intelligi synecdochicōs, pro quavis vrbe celebri.

*Eterna urbis*) Vrbs *κατ' εἰρήνην* Roma, vt olim Athenæ *εἰρήνη*, & Alexandria *πόλις*, quod ceteris excellerent. vide Magij Miscellan. li.4.ca.6. Allusit autem ad priscorum Romanorum opinionē, qui Romanum & Romanum imperium semper duraturum credebant: hinc illud est Iouis apud Virgil. *Veneri aeternum imperium pollicentis:*

*Hui ego nec metas rerum, nec tempora pono,* *Imperium sine fine dedi.* Et Ausonius: *Annis ab fine i. annuendo.*  
*Ignota aeterna ne sint tibi tempora Romæ.*

*Ithacum præmissa manus*) id est, multitudo Vlyssis sociorum.

*Dulcedine loti*) Homerus Odyss.9. ait, Vlyssis socios, dulci quadam gustata loto, reliqua neglexisse, ac præsenti voluptate delitos noluisse ad nauim redire, nisi verberibus adactos. Lege prouer. Lotum gustare. De lotophagiis Strabo li.17. Plin.li.13.ca.17.

*loto qdā Vlyssis ad. Vgona. V 3* Hanc fol. 353.

Hanc fabulam plerique conuertunt in voluptuosos,  
 & libidine pruriēteis, qui gustato semel dulci blan-  
 doque turpum voluptatum veneno, ab eo non fu-  
 re abstineant. Lucianus de mercede cōductis. Erasm.  
 z. copia, & Budæus s. de Assè.

## Sirenes.

115.



*Absque aliis volucres, & cruribus absque puellas,  
 Rostro absque & pisces, qui tamen ore canant.  
 Quis putet esse ullos? iungi hæc natura negavit.  
 Sirenes fieri sed potuisse docent.  
 Ilicium est mulier, que in piscem desinit atrum,  
 Plurima quod secum monstra libido vehit.  
Aspectu, verbis, animi candore trahuntur,  
 Parthenope, Ligin, Leucosiaq; vni.  
 Has Musæ expluant, has atque illudit Ulysses:  
 Scilicet est doctis cum meterrice nihil.*

Elegans est Sirenum mythologia: hæ fuerunt  
 Acheloi fluminis & Calliope Nymphæ filiæ, tres  
 nimirum

timirum, Parthenope, Ligia, &c Leueofia. Virginis  
referunt habitum, & in pescem desinunt. alij volu-  
tes eas faciunt. Cum littus Siculum incoleret, nau-  
nas prætereuntes, cantus, & vocis amoenitate pellicie-  
bant, pellectos sopiaebant, sopitos demergebant, &  
postea deuorabat. Vlysses autem cum illac sibi præ-  
creendum esset:

*Illæsus cera sociorum collidit aures,*

*Atque suas vinculis præbuit ipse manus.*

*Transluit scopulos & intospita litora clausa;*

*Illa præcipites desiluer e fredo.*

*Sic blandas vocis que notas, & carmina vicit;*

*Sic tandem exitio monstra canora dedit.*

Homerus Odiss. 11. totam pertractat historiam.

meminit & Plato in Phædro. Virgil. Æneid. 5. & 5.

Metamorph. Ouid. Sirenes autem aues fabulosas es-  
se putat Plinius lib. 10. cap. 49. cui sane aduersantur

Theodorus Gaza & Trapezuntius, qui Sirenes in

mari se vidisse affirmant. Reuera meretrices fuere,

inquit Seruius, quæ quia transeuntes deducerent ad

egestatem, his fieri sunt inferre naufragia. Ad hanc

fabulam alludens D. Hieronymus ait: Et nos ad pa-

triam festinantes, mortiferos Sirenarum cantus sur-

da debemus aure transire, quò spectat illud Socrati-

cum δει τοποτηριαν τας θεοντας πανθεον & θεο-

δια την αρτιαν ιδειν μετερ πατέρου: voluptates

oportet præterire tanquam Sirenes eū, qui virtutem

tanquam patriam intueri desiderat. Cæterum in

Vlyssie typum sapientiae obseruamus, qui & suos

auocat à turpi voluptatum commercio, & ipse sibi

eandem legem imponit. Cicero. 5. De finibus pau-

lo aliter enarrat, sic enim: Mihi quidem Homerus

huiusmodi quiddam vidisse videtur, in iis quæ de

Sirenum cantibus finixerit. Neque enim vocū sua-

uitate videntur, aut nouitate quadam, & varietate

cantandi reuocare eos solitæ, qui præteruehebantur:

*Sirenes  
mes fabulosæ*

*meretrices*

*Calius*

*Rhod. li. 14*

*cap. 14. ex*

*Palapha-*

*10.*

*Vlysses*

*Delicio ad  
Sirens. long.  
113. 119.*

sed quia multa se scire profitebantur, ut homines ad eorum saxa discendi cupiditate adhuc escerentur. Mirum sane cur hic Cicero per Sirenum canus nil ab Homero significari dicat, quam discendi studium & sciendi voluptatem; cum Ulysses ne Sirenum canibus caperetur, ligari se voluerit: quod non fecisset, nisi insignem quandam calamitatem & turpitudinem ab eis sibi suisque importatum iri cognouisset. Horatius Epistol. 2. de voluptate turpi intellexit: *Sirenum voces & Circa pocula nosti, & cat.* Lege Lucianum commentario de saltatione: & proverbi. Ceram auribus obdis.

*Absque alis volucre*) eadem descriptio, qualis fuit in superiori Emblemate de homine anguipede, idque ænigmatico.

*Illiūm est mulier*) ab Illiendo, quod blanditiis illiciat.

*qua in pīcēm*) absurdum est. quo alludit ad illud Horatij:

— *ut turpiter atrum*

*Desinat in pīcēm mulier formosa superne.*

Per pīcēm mollities & voluptas plerunque intelligitur. vide Lucianum de Syria Dea, vbi mulierem superne in caudam pīcis desinentem visam fuisse ait.

*plurima quod secum*) quamplurimas certe calamitates ex libidine promanare nemo nescit: tamen eius tres sunt præcipuae illecebræ. siquidem aut *visu*, aut *cantu*, aut *commercio* capiuntur, & in turpis amoris pedicas illaqueantur humani animi, vt mox dicemus.

*Aspectu*) visu causatur amor. Hinc illud Propertij vulgatissimum: *Nullus Mulier seculi*

*Si nescis, oculi sunt in amore duces.*

Theocritus *videt, & spāvit. quod Maro Ecloga 8.* Sic est æmulatus:

*oīk. pīcēm  
Dassēxoi.*

*20. de līm  
ad grām.*

*līm. fa.*

*213. a fe. 58. 2. amatoris pīctus*

*Dīm. 2. fīd. dīm. 2. fīd. 2. fīd.*

*fīd. 2. fīd. 2. fīd. 2. fīd. 2. fīd.*

*fīd. 2. fīd. 2. fīd. 2. fīd. 2. fīd.*

*Ut vidi, ut perī, ut memalū abstulit error.* *Le pectoribus meis  
Ouid.item in Epistolis.* *Naturae. Phys. Aeg. 67.*

*Tunc ego te vidi, tunc cœpi scire quās effer:* *a. 70.*

*Illa fuit mentis prima rustica mea.*

*Et vidi & perī, nec noti ignibus arsi.*

Appul.lib. 10. Causa omnis & origo præsentis doloris, & est medela ipsa & salus vñica, mihi tute ipse es. Ipsi enim tui oculi per meos oculos ad intima delapsi præcordia, meis medullis acerrimum com-  
mouent incendium. Plato amoris vulnera radios esse quosdam ait tenuissimos, qui ex intimo cordis expirant, vbi vitalis sanguis dulcissimus, & calidissimus sedem haberet, viaque sibi per oculos patefacta, subinde per amantis oculos illapsi ad intimum eius cor penetrant.

*Verbis) & verba certe non minorem vim habent ad pelliciendos animos quam oculi; imò verò maiorem plerumque.*

*(animi candore) eloquentia compta ornataque, quæ vel pertinacissimi, vel etiā maximē refractarij mollii, & in aliam penē formam mutari queunt.*

*Parthenope) trium Sirenū nomina, ταρπίδειος virginem sonat: Ligia quasi licia ab allicio, vel ligando metaphoricōs, quibd venustate aspicientes se deuinceret: Leucosia ἀ λευκὴ, album, ab albedine, quæ in sui admirationem rapit, mentisq; oculos dissipat. eā enim significatur verborum ornatus.*

*Has Musæ explumant) per Musas intellige literatos, qui cum voluptatibus corporis nihil habent cōmercijs: præcipuum autem libidinis antidotum est literarum studiū. Huc portò licet referre fabulam poëticam satis vulgatam: suasit aliquando Iuno Sirenibus voce, & cantus suauitate plus æquo tumescientibus, ut Musas ad canendum prouocaret, & eas vincere niterentur. Musæ non recusantes, facili negotio de iis victoriam reportarunt: nec verò dulcis*

& cōmodus Musarum concentus cum blando & doloso Sirenum modulo conferendus erat. Musæ igitur plumas Sirenibus auulsetunt, quibus sibi coronas confecerunt in victoriæ signum. Mythologi per Sirenes sophisticen: per Musas solidam & exp̄essam sapientiam volunt intelligi. pluma, scripta sunt ridicula eorum, qui adumbrata, non vera sapientia sese ostentant: de quibus docti sapientesque virtuſe cillimè triumphant.

*has atque illudit) Antidotum est alterum in Amorem, nimirum peregrinatio. Ouid. 10. Metamorph.*

*Tre libet procul hinc, patriæ que relinquere fines,*

*Dum scelus effugiam: retinet malus ardor amantem.*

*Id verò suadet apertius 1. de remedio.*

*Tu tantum quamvis firmis retinebere vincis,*

*I procul, & longas carpere perge vias.*

*Tempora nec numera, nec crebro respic Romam:*

*Sed fuge, tutus adhuc Parthus ab hoste fuga est.*

*Idem 2. lib.*

*Manat amor teclis, si non ab amante recedas,*

*Turbaque in hoc omnes ingentiosa sumus.*

*Proximus à teclis ignis defenditur ager:*

*Vtile finitimi abstinuisse locis.*

*Non facile esuriens posita retinebere mensa,*

*Et multam saliens incitat unda situm.*

*scilicet est doctis) Epimythion est, quò referendum videtur lepidissimum Platonis tetraastichon, ut habet Laërtius:*

*Αὐτῷ μὲν μύστηι, κορέα τε ἀφεδίταις*

*πιάτ' , οὐ δὲ γυναικίς ιστημένης.*

*Χαὶ μέση ποτί κέπον, ἀρη τὰ σωμάτα τελεῖ,*

*ἴμην δὲ πέτρην τοῦτο πατέσσεται. id est:*

*Hec Venus ad Musas: Venerem exhorrescite Nymphæ:*

*In vos armatus aut Amor infiliat.*

*Cui contrā Musæ, Lepida hac ioca tolle precamur,*

*Alioquin hoc ad nos non volat ille phos.*

*Idem*

Idem argumentum tractat Lucianus in dialogis Deorum. quod eò spectat, ut significetur, doctos, & laboriosa studiorum mole pressos, stulto amore non corripi: quod accidere solet iis qui otio sese turpi dedunt, laboremque honestum refungiunt. quod Cicero pro Cælio pluribus verbis extulit: Scitote Iudices, inquit, eas cupiditates, quæ obiciuntur Cælio, atque hæc studia, de quibus disputo, non facile in eodem homine esse posse. Fieri enim non potest, ut animus libidini deditus, amore, desiderio, cupiditate sepe nimia, copia, inopia etiam nonnunquam impeditus, hoc quicquid est quod nos facimus in dicendo, non modo agendo, verum etiam cogitando possit sustinere. An vos aliam causam esse ullam putatis, cur in tantis præmiis eloquentiæ, tanta voluptate dicendi, tanta laude, tanta gloria, tanto honore, tam pauci sunt, semperque fuerint, qui in hoc labore versentur? omittendæ sunt omnes voluptates, relinquenda studia delectationis, ludus, iocus, conuiuium, sermo etiam penè omnium familiarium deferendus, quæ res in hoc genere homines à labore studioq; dicendi deterret, non quo aut ingenia deficiant, aut doctrina puerilis.

Senex

Senex puellam amans.

116.



Dum Sophocles (quamuis affecta etate) senectam pueram  
 A questu Archippen ad sua vota trahit.  
 Allicit & precio, tulit agre insana inuentus  
 Ob zelum, & tali carmine utrumque notat.  
 Noctua ut in tumulis, super utq[ue] cadaveru bubo,  
 Talis apud Sophoclem nostra puerla sedet.

Vulgo apud nostrates iactatur, vitia quædam esse  
 quæ deo & naturæ repugnant, hominibusque valde  
 displicent, nimirū iuuenis ignauia, & torpor, inopis  
 superbia, & senis libido: tum enim vel maximè *sic  
 mādes cī yēgyp̄tēs*, cùm vitiis plusquam iuuenilibus  
 intempestiue delectantur. Quantò enim quis ætate  
 prouectior est, tantò à voluptatum corporis titillationibus  
 remotior esse debet. Cicero in Catone  
 maiore: At non est voluptatum tanta quasi titillatio  
 in senibus, credo, sed ne desideratio quidem. Bene  
 Sophocles, cùm ex eo quidā iam cōfecta ætate quæ-  
 reret, vteretur ne rebus venereis; Dij meliora, inquit  
 libenter verò istinc tanquam à domino agresti &  
 furioso

furioso profugi; cupidis enim rerum taliū odiosum est & molestum fortasse carere: satiatis verò & expletis iucundius est carere, quām frui. idem retulit Plutarch. cōnientario *πειρατηρίας*: Val. Max. lib. 4. & Rhodig. lib. 21. cap. 10.

Ad id facit lib. 7. Epigramm. Græcorum institutum Philodemi poëtæ iam senectute cassi, qui fateatur se quōdam amori dedisse operam, sicuti & alios; lusisseque cùm per tempus liceret; sed tādem canitie admonitum, grauioribus curis & studiis incubuisse. Modò, inquit, reiiciatur amor, canus enim adest pro nigro capillus, ætatis iam maturæ nuntius: ubi ludendi tempus esset, lusimus: cùm autē non amplius datur, ad meliores curas properemus licet. hactenus ille. & certè facile est colligere verissimum esse quod habet Plautus in Mercatore:

— *Labant iuuenes, itidem rapiuntur senes.*

*Illi se amant, quod amant amatum volunt atque cognitum;*  
*Illi verò si amare ea etate occuperint, multò insanius acerius.*  
 Ceterum quantum ex historiis deprehendi potest, Sopholes Venereis rebus multū fuit addictus, & iam grandeuus Theotida meretricem deperiit: idem senex admodum, Archippen adamauit scortū nobile, cuius prior amasis, Smictines nomine, à quodam rogatus quid ageret Archippe: respōdit, *Velut noctua tumulo insider.* Athenæus Dipnos. lib. 13. cap. 22.

*insana iuuentus) aut quod iuuenes à commercio*  
*Archippes auocarentur: aut id referas ad pederastiā,*  
*qua notatus est Sophocles: ait Cælius, Athenæus*  
*cap. 27. lib. 13. & Hieronym. Rhodius in historicis*  
*commentariis meminit.*

*Ob zelum) zelotypiam.*

*super utique cadavera bubo, ) senex morti proximus*  
*tumulum expectat, itidem mox cadauer futurus.*

In

In colores.

I 17.

Index modestiae est pullus color: utimur omnes  
Hoc habitu, tumulis cum damus inferias.

At sinceri animi, & mentis stola candida pura: Val. Msc.  
Hinc sindon sacris linea grata viris. ex op. 15.

Nos sperare docet viridis. spes dicitur esse  
In viridi, quoties irrita retro cadit.

Est cupidis flavius color, est & amantibus aptus,  
Et scortis, & quaeis spes sua certa fuit.

At ruber armatos equites exornet amictus;  
Indicet & pueros erubuisse pudor.

Ceruleus nautas, & qui caelestia vates  
Attoniti nimia religione petunt.

Vilia sunt gilvis, nativaq[ue] vellera lynnis:  
Qualia lignipedes stragula habere solent.

Quem cura ingentes cruciant vel zelus amoris,  
Creditur hic fulvia non male vestre tegi.

Quisquis sorte sua contentus, ianthina gestet;  
Fortuna & quanimis tedia quiq[ue] ferat.

Vi varia est natura coloribus in gignendis,  
Sic aliis aliud: sed sua cuique placent.

*yn. Ym. 8.* Colores & eorum differentiae non minimum solent animos nostros afficere, ob eamque rem docti & indocti ~~nad~~ <sup>ad</sup> h[ab]ent ea quae sunt in animis, passim coloribus exprimunt. Horum tamen colorum tot significationes esse possunt, quae sunt hominum affectus & sententiae. Quae tamen quo ad rationem aliquam proprius accedunt, vel naturam rerum expressius declarant, eò pulchiores haberi debent: ut cùm nigrore utimur in mortuotum inferis, albore ad puritatem animi significandam. Vitor spei nota, ut dictum est. Auaris, amatis, & id genus aliis qui spem

Spem pretio non emunt, rufus haud male conuenit.  
 Ruber tum militum, tum puerorum quos verecun-  
 dia maxime decet, symbolum esse poterit: ut cœru-  
 leus nautarum: giluus & byrrus vilium, & eorum  
 qui sunt tenuis fortunæ. meticulosis denique & ze-  
 lotypis, quod animo sint perturbato, non male ful-  
 uis color tribuitur: ianthinus iis qui sua sorte cōten-  
 ti viuunt.

*Index mæstite pullus,) nigro vel pullo colore in  
 parentalibus vtuntur. quod ex historia Thesei prodi-  
 tum nobis est. Ille enim imperfecto Minotauro cùm  
 rediret in patriam, nigroque velo per imprudentiam  
 vteretur, pater Ægeus hoc signo tanquam lugubri, &  
 funesto cōsternatus, quippe qui filium extinctū esse  
 crederet, se in mare præcipitē dedit. Quem colorem  
 mæstite & doloris notam habuisse, significat Ouid.  
 exul, sive calamitatis memor, librum ab omni orna-  
 tu ablegens his verbis:*

*Infelix habitum temporis huius habe.  
 Nec te purpureo velent vaccinia facio:  
 Non est conuentens luctibus ille color.  
 Nec iustius mino, nec cedro charta notetur:  
 Fortuna memorem te docet esse mea.*

*tumulis cum damus inferias,) cùm mortuos sepul-  
 chro mandamus. Inferias sacrificia fuere quæ diis <sup>l'ide</sup> Debet  
 inferis soli dicebantur. & Inferias facere, est mor- <sup>ad sonor</sup> <sub>al</sub>  
 tuorum animas sacrificiis placare, vel iusta defun- <sup>Virg. 228.</sup>  
 etis persoluere. Virg. in 9.*

*Absentis ferat inferias, decorisque sepulchro.*

*Idem 4. Georg.*

*Inferias Orpheus mittit, lucumque reuise.*

*Catullus:*

*Multas per gentes & multa per aquora veſta.*

*& deinde:*

*Nunc tamen interea priſco qua more parentum*

*Tradita ſunt tristes munera ad inferias.*

*Tradit*

Tradit Seruius morem fuisse in sepulchris virorum fortium captiuos necari. Quod postquam crudelē nimiū visum est, placuit gladiatores ante sepulchra dimicare, qui à bustis bustuarij dicti sunt. Eorum si forte copia nō fuisset, laniantes feminæ genas suas effundebat sanguinem: De hoc inferiarum nomine nonnihil Gell. 19. cap. 8.

*At sinceri animi* Albedo puritatis, fidei, castimoniae, integritatis, & aliarum generis eiusdem virtutū nota, ideoque religioni accommoda. Cic. 2. de legib. Color albus præcipue decorus Deo est, cum in ceteris, tum maximè in textili. Plutarchus lib. de Iside & Osiride querit causam cur sacerdotes linteis tantum vestibus vterentur: id quidem factum ait, quod immortalibus diis omnia pura, mundaque conueniunt. Non enim fas est, ait Plato, pura Deorum nomina contaminatis & impuris rebus coli: itaq; cùm linum maximè purum fiat, sitque ad eluendum expeditissimum, sacrificis, & Deum cultoribus præ ceteris conuenire censuerunt. Pierius 40. Hieroglyph. meminit, & Alexand. ab Alexand. cap. 17. lib. 4.

*Sindon*) vestis alba vel amictus è lino Ägyptiaco.

*Nos sperare*) Spei color est viridis, quod omnia spe duce vernent. vt enim cùm virescunt segetes & arbores, ab eis fructum expectamus: fit tamen interdum ea spes irrita, fallax, & nullius omnino frugis. Nam vt Ouid.

*Fallitur augurio spes bona sapere suo.*

& Plautus: Ego scio qui spetauerint, spem decepisse multos.

*Est cupidis flauus*) Auatis, amantibus & iis qui metricias artes sectantur, non male quadrabit color flauus, qui ex albo, rufo & viridi concretus est, qualis est color mellis, auri & aristarum. Auatis quidem, qui spem precio non emunt, cùm sint coloris flavi ob insatiabilem habendi cupiditatem; Amantibus, ob flauedinem

Mauedinem contractam ex amoris affectu, licet interdum propter conceptam in animo spem vireant. Scortis denique & turpium voluptatum sectatoribus, qui praesentis opinione boni ducuntur.

*Atruber armatos) rubor militū est: ardorem enim bellicum, cædē & ferociā tacitē arguit. Apud Pœnos in castris Annibal's rubeā vestem ducis tabernaculo protentā, ut aliis purpurā indiciū fuissē certaminis proditū est, quo viso miles ad pugnam se accingeret.*

*Indicit & pueros) Purpureus color pudoris indiciū. Hinc prætexta Romanos pueros admonebat verecundiā in dictis factisq; seruandam. Notum est Catonis illud, cūm diceret sibi magis placere adolescentes qui tubescerēt, quām qui pallescerēt. & Diogenes verenti cuidā: Cōfide fili (inquit) hic enim virtutis est color. Lege Alexand. ab Alexand. 2. cap. 19.*

*Cæruleus natus) Seruius in 8. Aeneid. Cæruleus color maris est, à cuius Deo equū constat esse inuentū.*

*Vita sunt gilius) Tenuis fortunæ homines decent vilia, vt byrrhum siue rufum, giluum siue melium. de quibus Gell. cap. ultimo lib. 13. Cæl. Rhodig. 22. cap. 32. Alexand. ab Alexand. lib. 1. ca. 9. & Cardan. de rerum variet. 13. cap. 67.*


*Quem cura) meticulosis, zelotypis, & iis qui omnino sunt perturbati, fuluuus amictus ex viridi & rufo permixtus competit.*

*Quisquis sorte) Violaceus ad eos pertinet, qui sua contenti sorte viuunt, vel etiā fortunæ ludibria pro nihilo ducunt. eos enim affectus violæ & rosæ significare possunt. ια κ, αβδη.*

*Ut varia est) Multiplex est colorum differentia: sic varij sunt variorum conceptus & opiniones.*

*Sed sua cuique placent) Homerus, ἀννα παρ' ἄγαρ. Suum enim cuique pulchrum, ait Cic. & sic res habet, te tua delectant mea.*

*De Mercurio Virga* Virtuti fortuna comes. 118.  
in *Vitellius* 220.



*Anguibus implicitis, geminis caduceus alis  
Inter Amaltheæ cornua rectus adest.  
Prudentes sic mente viros, fandiq; peritos  
Indicat, ut rerum copia multa beet.*

His symbolis, virga nempe Mercuriali caduceo, duobus inter se connexis serpentibus, & duplice copia cornu significatur, homines sapientia, & eloquentia praeditos, rerum omnium abundantiam facile consequi. quod spectat Aristotelicum illud, diuitem si velit esse posse qui sapientia fuerit excultus: quod quidem symbola haec tacite explicant: nam caduceus disciplinæ, eloquentiæ, sapientiæ, sed & felicitatis notam habet, teste Pierio libr. 15. de sacris Ægyptiorum literis. Cornu vero Amaltheæ rerum omniū abundantia est. Hinc apud Stobæum Hippodamus Thurius ciuitatē bonis legibus constitutam cornu Amaltheæ appellat, quandoquidem bona ingenia eius beneficio profectum capiant, tum mores, studia, legesq; fiant optimæ, item rationes re-

Et & equæ, pietas, sanctimonia, reverètia. Enim uero  
Quisquis Palladias totu[m] quinquarib[us] artes  
Emitt, & Aonis pocula sacra iugi.  
Hunc nil deesse potest, hunc pleno copia cornu  
Imperat Attalica conditione frui.

Ab hac sententia non multum abcessit Socrates, τὸν ἀγαθὸν εἰς τὸν κόσμον οὐτως εἴναι τὸ σύμβολον, ὃ μήπε δὲ νοίσων, ἀλλ᾽ ἐργάτης, πάτερ ἔξειν τὸν ἀγαθὸν καὶ μὴ τὸν ἀγαθὸν τὸν, τὸ μὴ νοίσων τὸν μηδέ. Τοῦ δὲ τὸ κόσμος τὸ βοῦς ἐγκατιστάτη ὄντος τοῦ ἐργάτην εἰς τὸν κόσμον, τὸ βοῦς δὲ τὸν κόσμον εἴναι οὐ, τὸ δὲ ὄμοιο οὐτοῦ τῆς γενεργίας, πάντες ἑρεγνὺς τὸν χρεῖαν ἔχειν διό τοι ἔχοντες αὐτὸν εἰσάρνουμ, δέ, τοι ἀγαθὸς δαιμὼν, οὐ διὰγενὴν τύχην, id est, Amaltheę cornu sic interpretabatur: eum quidem significare qui minimè sit dissolutus, sed operi intentus, genus omne boni cōsequunturum. Per cornu vero bouis, quod animal est laboriosissimum, virum operarium intelligi. Botros autem & similia in cornu haberi, quia ex agricultura consequimur, quæcunque necessaria sunt. itaque ipsum gestantes inducuntur bonus genius & bona fortuna. In collectaneis ex Philēmone sic:

Τὸ τέλος ἀμφιθέας δεκατεστραγούς κέρος,  
εἰσὶν γάρ φουστιν οἱ γερφεῖς κέροις βοῶν,  
ἀργυροῦν δέ τοῦτον ἔχειν, λέγεται,  
φορεῖ τὸδέ αὐτὸν πάντες οὐδεὶς γνώσεται  
φίλοι, βοῦδοι, μεγάρτυρες, σωματικαὶ.

Putasne Amaltheę cornu huiusmodi esse  
Quale pictores cornu bovinum depingunt?

Argentum est, quod si habueris, petas,  
Ab ipso quicquid voles, omnia tibi adderetur,  
Amici, auxiliatores, testes, domum multitudo.

Caduceus) Virga Mercurij, qua dicitur vsus ad lites & iurgia tollenda, ad somnum inducendum, ad euocandas ex inferis animas, vel etiam immittendas: unde illud est Horatij:

*Tu piis letis animas reponis  
Sedibus, virgāque leuem coērces  
Aureat turbam, superus Deorum  
Gratus & imus. Et Virgil. 4.*

*Tum virginam capit, has animas ille euocat oras  
Pallentes, alias sub tristia tartara mittit,  
Dat somnos, adimitque, & lumina morte resignat.*

De serpētibus autē Caduceo implicatis, hēc est My-  
thographorū narratio. Mercurius in Arcadiam itē  
faciens, duos inter se Dracones acerrimē concertan-  
tes offendit, quos interposito baculo statim compe-  
scuit & pacauit: qua de causa ne posteri mitaculum  
ignorarent, Ægyptij virginam duobus interpositam  
draconibus Mercurio cōsecrarunt, & Caduceū no-  
minarunt. Baculus hīc eloquentiæ typus est: dracon-  
es sapientiæ gerunt symbolum. Alij ad pacem refe-  
runt, quam plerunque legati frue caduceatores com-  
ponunt. Huc enim respexit Isidorus: Mercurius, in-  
quit, virginam tenet quę serpentes diuidit: nam bellan-  
tes & dissidentes interpretum oratione sedantur.  
Iamblichus in Epistola ad Deuxippū: Reuerā, inquit,  
Deus quispiā fuit qui hominibus Dialecticā osten-  
dit, & ē cālo demisit: vel, vt quidā dicunt, eloquens  
Mercurius, qui in manibus Dialecticæ symbolū ge-  
stat, serpentes scilicet se inuicem respicientes.

*Amalthea cornua*) Amalthea capræ nomen fuit,  
cuius lacte Iupiter est enutritus, Adrastes & Idæ  
nympharū ministerio & opera. cūm vero aliquando  
capra cornu, quod habebat amplissimum, in obie-  
cta fregisset arbore, nymphæ id sustulit diuersis po-  
mis ac herbis onustum, & ad os ipsius Iouis detu-  
lit: cuius beneficij memor iam grādior factus, cornu  
seruatum nymphæ, cuius erat capra, dono dedit ea  
virtute imbutum, vt quicquid desideraret, ex eo cor-  
nu protinus exiliret. Alij hoc cornu referunt ab Her-  
cule creptum fuisse Acheloo sese in varias figuræ  
commu-

commutanti. Ouid. 9. Metamorph. & Fast. 5. Strabo lib. 10. Laetant. lib. 1. cap. 21. Cel. lib. 11. ca. 1. lib. 22. cap. 3. & lib. 30. cap. 1. Mythologi referunt ad regionem antea sterilem & infœcundam, quam labore & industria Hercules feracissimam reddiderit. Nos facultatum & omnium bonorum abundantiam hic interpretamur, quæ virtutem & scientiam consequi iure debeat; quod significat huius Emblematis inscriptio. cuius Cicero meminit in Catone maiore his verbis: Te Cyre beatum ferunt, quoniam virtuti tua fortuna coniuncta est. Quò etiam refer adagium, Virtute duce, comite fortuna, ex Ciceronis Epistolis familiaribus. Cæterum quenquā latere nolim, Mercurij Caduceū vnā cum Amaltheæ cornibus fuisse ipsis Alciati symbolum; ut refert Paulus Iouius in Symbolis armorum & amoris.

*pallentes sic mentes) diximus natus duximus appelle  
naturam suorum pectorum:*

Fortuna virtutem superans. 119.



Casareo postquam superatus milite, vidit  
Cinili undantem sanguine Pharsaliam;

Lantau

*Ianiam strictrus moribunda in pectora ferrum,*

*Dogmata. 629 Audaci hos Brutus protulit ore sonos:*

*Virtus, Infelix virtus; & solis pronida verbis,*

*Fortunam in rebus cur sequeris dominam?*

*Tunc. 630 Interfecto Iulio Cæsare à Bruto & Cassio, vt li-*  
*63. Cont. bertatem ciuib[us] creptam restituerent, res tamē non*  
*cessit vt sperabant. Siquidem extincto Cassio in bel-*  
*lo ciuili, cūm Bruto vidisset se superatum iri, qui-*  
*busdam de fuga suadentibus, Non certe pedibus, in-*  
*quit, est fugiendum, sed manibus: tandemque arre-*  
*pro gladio prorsus desperans se ipsum contredit, iu-*  
*uāte Stratone Rhetore. Dion in Augusto refert tum*  
*versus hos pronūtiasse, qui in tragedia Herculi tri-*  
*buuntur: οὐ τὴν μονάρχην, λόγος ἡδε ἀνατείχει δι*  
*σε αἰσθητον ὄντος, οὐ δὲ ἀρχεῖσθαι τύχην. hoc est,*  
*O miserā virtus, quām tu res eras nugatoria: equidē*  
*seriō in te exercebar, at tu fortunae inferaiebas.*

*Sic h[ab]ebat. Significabat tunc quidem temporis plus momēti*  
*quodlibet, & virium fortunae quām virtuti fuisse, vitiosque bo-*  
*torum etiā, nos improborū machinis fractos & extinctos. quod*  
*(Imperioribus) Q. Curtius lib. 8. cōfirmat cūm ait: Quis neget exi-*  
*miā quoque gloriam sēpius fortunae quām vir-*  
*tutis esse beneficium? Alciatus Parergon lib. 2. cap. 7.*  
*retulit hanc Bruti sententiam, v[er]surauitque in epi-*  
*taphio à se conscripto de Pyrrhi Angleberni ac Au-*  
*relianensis Academiæ iureconsulti morte, his om-*  
*nino verbis:*

*Quu[m] non malignas mortis accusat vice,*

*Virtute clares que viros præcep[er]at rapit,*

*Vinciores improbos coru[m] finens?*

*En Pyrrhus ille tot animi illustris bonis*

*Latoque clavo est ante præceptus diem:*

*Frustra putauit esse te Virtus deam,*

*Qua fortuitu[m] seruiebas casibus.*

*At tenuera h[ab]ec fuit Bruti, id est hominis pagari,*

nec verè philosophi opinio, qui quantum in eo erarit, colligere est facillimum ex scriptis Platonicoř & aliorum, quorum fuit iudicium acrius & auctoritas maior. Certè non multūm ei potest obesse fortuna, qui sibi firmius in virtute quam in fortuna præsidium collocauit. Virtus enim omnia q[uod] in hominem cadere possunt, subtilis se habet, eaque despiciens casus contemnit humanos; culpaque omni caretens præter seipsum nihil censet ad se pertinere: ut recte docet Cic. Tuscul. 5. & Lactant. lib. 3. de falsa sapientia cap. 28. *Dicitur ad Salm Tunc 224. 225. velut*

*soli prouida verbū*) in hoc sequebatur quorundam dogma, qui asserebant, virtutem nihil aliud esse quam verba, & voces. cuius meminit etiam Plutarchus comment. de superstitione, ubi hoc quod ante ascripsi ferē, citat ex Poëta quopiam: ἀ τέλευτον ἄρετα, τόπος ἀγροῦ οὐδὲ, ἐγὼ δὲ τὸ εὐτυχεῖσθαι, ἀφεις τῶν πλουτοποίων ἀσκιασάς την γόρην αἰράσον ἅδομεν ἀκολασίας.

*Non q[uod] Causas habet  
Causa. non habet causam. II. c. 3.*

X 4 Pauper-

*Mors iniugis datur regas. Apul. lib. de ipsa? fol. 95.*

Vnde fortunatus situs mortuus hincat Morsibus.

Sed quis situs fortunatus? lib. I. c. 13

Robur in angustis fuit le ope

Hoc est in aliis tamen.

Nolo vixi, fructu redimidi pro sensu et fama:

Qui vixi laetari quod situs mortuus poterit.

Potest poterit.

Hoc regi nō poterit et nec mundum mori.

Paupertatem summis ingeniis obesse  
ne prouchantur. I 20.



Dextra tenet lapidem, manus altera sustinet alas:  
Ut me pluma leuat, sic graue mergit onus.  
Ingenio poteram superas volitare per arces,  
Me nisi paupertas inuida deprimerebat.

Adolescentis est ingeniosi prosopopœia; quæ multis aliis communis est: quibus si quid suppeteret ad studiorum progressum, non sane in minimis hærent, sed absolutam perfectamque disciplinarum cognitionem serio contrectarent. At propter summam facultatum inopiam consistunt, perpetuoque in infimo puluere voluntari coguntur. Enim uero vulgarissimum est illud Iuuenalis:

Haud facile emergunt quorum virtutibus obstat

Res angusta domi. idemque:

— cantare sub antro

Pteris thrysus ne potest contingere sana  
Paupertas, atque aru inops, quo nocte diéque  
Corpus eget; satur est cum dicit Horatius ahe.

Lapis

Lapis paupertatis est symbolum propter gravitatem & difficultatem pōderis. hinc enim est Senarius hic,  
ēdēr mīnūs Bāpūtēgoz b̄cī dōptor.

dextræ etiam lapis adhærens referri non incommodè potest ad impedimentum scribendi. Nam præ inopia nihil eloqui potest, vel scriptis mandare adolescentes fortunæ bonis omnino destitutus. Et certè talis futurus erat Virgilius, talisque Horatius, nisi liberalitatem Mæcenatis fuissent experti. Per alas siue pennas, vigorem ingenij & acumen intellige.

Prv. Iunij, 26. Vulstado remigio C. 7.

In occasionem.

I 2 I.

DIAZOZIUS.



Acuver. ad 1500.  
Argt. fol. 122.  
b. 30..

Lysippi hoc opus est, Sicyon cui patria. tu quis?

Cuncta domans capti temporis articulus.

Cui pannis stas? usque rōtor. talaria plantis

Cur retines? paſsim me leuis aura rapit.

In dextera est tenuis dic unde nouacula lacutum

Omni acie hoc signum me magis esse docet.

X 5

CIV

*Cur in fronte coma? occurrens ut prendar. At heus tu*

*Dic, cur pars calua est posterior capitinis?*

*Me semel alipedem si quis permittat abire,*

*Ne possum appenso postmodò crine capi.*

*Tali opifex nos arte, tui causa edidit, hospes:*

*Vtq; omnes moneam, pergula aperta tenet.*

Id sumptum est ex Graeco Posidippi poëte Epigrammate, quod hoc ascribam.

*τίς πόδειν ὁ πλάσμας; σινώντος ὅμων γε διπτή;*

*λύπτων σοῦ δὲ, τίς; καὶ γός ὁ παρθενάγονος.*

*τίπτε δὲ ἐπ' ἀκραβίαις; ἀεὶ προχέω. τί δὲ παροῖς  
ποστὶν ἔχεις διφυεῖς; ἵπται μὲν πτλωνέμους.*

*Χειρὶ δὲ δέξιτερη τί φέρεις ξυρῷ; αἰδηπάσι δεῖ, μα  
τὸς ἀκούντων δέξυτερος τελέσθε.*

*ηδὲ καὶ τί λατ' ὄφιν; ὑπαρτιάσαντι λαβέσθε.*

*τὸν γδὲ ἀπαξίην πλινθοῖ παρεστρέψαντα με ποστήν,  
οὐ τοι εἴθι, μιμέογεν ἀρίζεταις ἐξιπθεῖς.*

*τοῖον δὲ χρήματα με διπλά τοι εἰ, ενεργέσεων*

*ζεῖτε, καὶ ταραθεγεῖτε δῆμος διδασκαλίνετε.*

Erasmus eosdē paraphrasticōs reddidit, id est, musa paulo fusiore in proverbio, *Nosce tempus.* Ausonius in Epigrammati eodem ferme argumēto descripsit occasionem, sed huic comitem fecit metanciam, id est penitentiam. qua de re Politianus cap. 49. Miscellan. Retulit & Syntagm. 1. Gyraldus. Adimemur hac Icone occasionem, cūm sese offerat, statim esse atripiendam: eius enim tanta est oportunitas, vt plerumque ex voluptate tristitia, ex damno lucrum, ex honesto in honestum parturiat, & contrā: breuiterque rerum naturam permutet. In aggrediendo itaque & conficiendo negotio præcipuum habet momentum, vt non ab re veteres eam donasse diuitiate videantur. Cætera suo loco particulatim explabimur.

*Lysippi hoc opus*) Lysippus statuarius ex Sicyone  
vrbe Peloponnesi, multis varisq; sue artis operibus  
nobilitatus, vt Alexander vetuerit, ne à quoquam  
pingeretur, aut sculperetur, præterquam ab Apelle &  
Lysippo. Lege Plin. cap. 7. & 8. lib. 34.

*cuncta dominans) Descriptio est occasionis: per articulum, punctum & momentum intellige breuissimum. Vide proverbum, Temporis punctum.*

*Cur pinnis stas) hoc significatur, volaticam esse & fluxam occasionem, idcircoque talaria pedibus ut Mercurio attribuuntur.*

*nonacula) culter rasorius: quo etiam acutissimum momentum exprimitur.*

*Cur in fronte coma) alludit ad illud:*

*Fronte capillata, sed post occasio calua est.*

Nam post neglectam occasionem ea frui non amplius licet. *τετράς* enim recaluator occipitio à coma libero, capillis in supercilia diffluentibus olim pingebatur, talemq; prius finxit Sicyonius ille plastes Lysippus. Demosthenes in epistolis de Concordia, eandem sententiam Atheniensibus inculcat: *τὸν δὲ περὶ τὰς καὶ γρίφοις, ἵνοθέσαι ωρὴν ὑμῶν τὰ δέοντα, οὐδεὶς δόγαν καὶ σωτῆρας καὶ ἐλευτερίας διωκεῖντον κατύστησι, οὐ μάρτιον ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀλλοις ἀπαντεῖνται πρὸ αὐτοῦτον δὲ οὐ παρεχούσιντον, οὐ πέδον εἰδῆς τοὺς αὐτοὺς αἰσθαντεῖν, οὐδὲ τὸν χειώνα τὸν ἔργοντες γνώμην, οὐ ἕργον τοῦτον εἰς μίσον θέτειν.*

Horat. primo Epist. ad Bullatum:

*Tu quancunque Deus ibi fortunauerit horam,  
Grata sume manu, nec dulcia differ in annum.*

Ouid. i. de remedio:

*Sed propria, nec te venuras differ in horas:*

*Qui non est hodie, cras minus aptus erit.*

Itemque Martialis:

*Non bene distuleris videns quod posse negari.*

Lege proverb. Premenda occasio: &c, Capere crines,

*alipedem)*

*alipedem) celerem & velocem, quasi alas in pedibus habentem.*

*tals opifex) admonet spectatorem imago, docetque cuius rei gratia, & propter quam causam locata sit in loco vndeique patenti, scilicet, ut omnes sui negotij admoneat & doceat.*

### In subitum terrorem.

122.



*Effuso cernens fugientes agmine turmas,  
Quis mea nunc inflat cornua? Faunus ait.*

Putauit antiquitas Pana pastorum Deum repentinos terrores, & animi consternationes immittere usque adeò impotentes, ut non ratione modò, verum & mente careant, quemadmodum non raro usu venire solet in exercitu, cum nulla mouete causa equi atque homines perturbantur. Phornutus Panicos terrores ait dici de repentinis & sine ratione factis: ita enim non nunquam greges atque armenta paucere videntur, cum sonitus aliquisue strepitus surgit in sylvis, aut e speluncis, aut ex terra cauernis. Hic terror Gallos inuasit cum Brenno duce Delphos p[re]daturi

dicaturi accesserat. Terrores quippe, inquit, nulla certa causa existentes à Pane oriri produntur. Hinc Silius lib. 13. Punicorum, scribit hoc terrore Panico Annibalem fuisse perculsum, cum ad urbis mœnia accessisset eā expugnaturus. Apud Suidam Polybius ait: Cum Luna defectū esset passa tēporibus Persei, Macedonū Regis, vulgo rumor increbuit, hoc quasi ostento regis mortem significari. Quæ res effecit, ut Macedones consternarentur, ipsique Romani animos sumerent. Itaque ἀλυθίς οὐ τὸ πενθερόν οὐ πολλὰ κενὰ τὸ πολέμον. Id significat Cic. pro Cæcina: Exercitus, inquit, maximi saxe pulsi fugatique sunt terrore ipso impetuque hostium, siue cuiusquam nō modò motte, sed etiam vulnere. Huc refer prouerb. Panicus casus: &c, Inanis metus: &c, multa belli inania. Lege Diodorū lib. 1. cap. 2. Leonicum variarum histor. lib. 1. cap. 29.

*effuso agmine) disperso exercitu & perturbato.*

*Faunus) Pan, cuius cornua credebantur terrorem immittere.*

In



*Ingentes Galatum semermi milite turmas,  
 Spem præter trepidus fuderat Antiochus:  
 Lucarum cùm saua boum vis, ira, proboscis,  
 Tum primum hostiles corripuisse et equos.  
 Eigo trophyalocans Elephantis imagine pinxit,  
 Insuper & socijs, Occideramus, ait,  
 Bellua seruasset ni nos fædissima barrus:  
 Ut superasse iuuat, sic superasse pudet.*

Historia hæc refertur à Luciano in apologia quædam quæ inscribitur Zeuxis siue Antiochus. Cùm non ignoraret Antiochus, cui cognomen Soter erat, & corporis viribus, & audacia instructos esse Galatas, illorumque multitudinem innumerabilem videret, spem valde malignam animo concipiebat potiundæ victoriae, illis tanquam inuitis existentibus. Itaque iam de fœdere ineundo pacisque conditionibus petendis cogitabat, cùm Theodotas vir animi generosi, & instruendæ aciei peritus iussit interea elephantos, quos Antiochus yndecim habebat, clam occultissi-

occultissimè tenere, ne ex acie apparentes hostibus  
 fierent conspicui: ubi verò manus essent conferēdæ,  
 & Galatæ aperta phalange currus immitterent, ele-  
 phanti in Galatas fecerunt impetum; ipsique equi  
 ferociam elephantorum non sustinentes, fessores  
 dorso excusserunt: ad extreñum itaque Antiocho  
 cessit victoria: ideoque Macedones regem victorem  
 coronabant, lætumque Pæana canebant. ille tamen  
 effusis lachrymis dixisse fertur: αὐχαμόμεθα, ἦ τρε-  
 πάτη, οἵ γε οὐτεία εἰ ἐνείδει τούτοις διεῖσθαι  
 ἐψύστο, ὃς εἰ μὴ τὸ κανόν τὸ δεάματος ἐπέστηνε τὰ  
 πολεμίσσ, τί ἀνέμει ἡμῖν πρὸς ἄυτοὺς; ἐπὶ τῷ τρε-  
 πάτῳ καλένει ἔποιο οὐδὲν, ἐπέρατα δὲ μόνον εἴ τολάνθη. οὐδέποτε θεατή  
 hoc est. Pudore afficimur, inquit, o milites, quibus fa-  
 lus in hisce vndeclim stetit bellus, adeo ut nisi specta-  
 culi nouitas hostium animos terruisset, quid tandem  
 in eos potuissimus? Itaque trophyum nullum aliud  
 quam elephantum iussit sculpere. Hoc exēplo belli  
 duces potissimum taxantur, qui sēpissimè honesto  
 vtile anteponunt. Antigonus interrogatus quomodo  
 essent hostes aggrediendi, dixit: Aut dolo, aut vi, aut  
 aperte, aut insidiis. Sed improbus Lyfander, qui ex-  
 probranti cuius artes & dolos quibus in præliis vte-  
 tetur: Si, inquit, leonina pellis sufficere non possit, in-  
 duenda certe vulpina est. Innuebat quidem ad artes  
 confugiendum esse, si quid virtute parari nequeat.  
 huic quidem Chilonis aduersatur sentētia, damnum  
 inquietatis præferendum esse turpi lucro: siquidem  
 illud semel dolemus, hoc semper cum infamia du-  
 rat. At ut Androgeus apud Virgilium, Dolus an vir-  
 tus quis in hoste requirat? quod nostris temporibus  
 (ptoh dolor) in quibus virtuti fortuna comes esse  
 debuerat, magno nostro malo plus quam satis est,  
 experimur. Quando enim vberior vitiorum copia?  
 quando maior auaritiæ patuit sinus? Imperator Eth-  
 nicus & barbarus fasalus est se superasse hostes non  
 vi, sed

vi, sed dolo, vnde & trophæum iussit erigi. Pletique  
verò Christiani duces (quod grauatè dico) sàpenu-  
merò dolis & insidiis hostem circumueniunt, idque  
virtuti bellicæ ascribunt: nec est quod apud eos de-  
vincédi via dispuetur, quælibet Martis alea vel aper-  
ta committitur, sicque,

*Cura quid expediatur prior est, quam quid sit honestum.*

*Galatum*) Galatæ siue Gallogræci populi minoris  
Asiae, Phrygiæ & Bithyniæ finitimi: de quibus Li-  
uius 8.lib. Decad.4. & Iust.lib.25.

*semermi milite*) semiarmatis militibus.

*fuderat*) profligarat. Liuius lib.2. Exercitum fun-  
dit, fusum persequitur.

*Lucarum boum*) Elephantorū, qui primū ab Ita-  
lis visi sunt in Lucanis, ut sentit Plin. lib.8.cap.6. &  
Solinus Polyhist.ca.28. itemq; Vegetius li.3.ca.26.  
Vide prouerb. Prius locusta Lucam bouem pariet.

*proboscis*) ñò τε κορμόντε, quod est antè pascere.  
pars est siue corporis porrectio naribus inhæret, qua  
vittur Elephatus tanquam manu: Plin.cap.7.lib.8.

*trophæa*) trophæum ἀπὸ τῆς πόλεως, à conuertendo,  
quod qui hostes in fugam conuerterat, trophæum  
merebatur, quod in loco publico conspicuum erat,  
ut victoriæ signū. hinc illud est Virgilij 2.Æneidos:  
*Melenti ducu exuatas tibi magne trophaum*  
*Bellipotens aptat rorantes sanguine cristas.*

*bellua fidissima barrus*) Barrus Elephas est qui barri-  
te dicitur: inde barritus, talis vox. Appul. Florid.3. Vt  
est taurorum grauis mugitus, Luporum acutus vlu-  
latus, Elephantorum tristis barritus, &c. Et alibi pro  
clamore militari usurpatur. Veget.lib.3.cap.18. Cla-  
mor quem barritum vocat, prius non debet attolliri,  
quam acies utraque se iunxerit.

*Ut superasse iuuat*) Allusio ad illud, Lucrum pudori  
faecet quod præstat: & Plauti in Trinummo:

*Totidem pudor, Tel pudere, quam pigere præstat, totidem literis.*  
*litterat* *Delvino ad 8.8.7. frag. fol 357.*

In momentaneam felicitatem. 124.



Aëriam propter creuissē cucurbita pinum

Dicitur, & grandi luxuriāsse coma.

Cum ramos complexa, ipsumq; egressa cacumen, *Exceptus Seicu;*

Se præstare aliis credidit arborebus.

Cui pinus, Nimirum brevis est hec gloria: nam te *Exceptus Seicu;*  
Protinus adueniet, quæ male perdet hyems. *epitoma Divinis*

Idem legere est apud Petrum Crinitum De honesta disciplina lib. 2. cap. 14. Sata est olim. inquit, cucurbita iuxta pinum arborem editissimam: cucurbita verò cum multis pluviis atque cœli temperamento creuisset, lasciuire cœpit, & ramulos audacius porrigeret, iamque in pinum serpebat, & suas in ramos frondes audebat inuoluere, prægrandia poma & virescentia ostentans: tanto itaque fastu ac insolentia intumuit, ut pinum ausa sit aggredi: Et vides, inquit, ut te iam supero, vtq; foliis & virore præsto? Tum pinus, quæ senili prudentia præstabat, nihil mirata est cucurbitæ insolentis audaciam, sed respondit: Ego verò hinc multos calores & hyemes, variisque temporis calamitates pertuli, adhuc tamen integra

*pro. ymbo. farrag:* Y consisto:

*Nicotiana sp. Vayrobj. Cest. 9. prou. 5. ex. 9.*

& Mucor. 11. Ch. 1. 1. 279. b. 80. 38. 11. 4. 10.

247. b. 40. 50. & 273. a. 30.

248. b. 20. 30. 249. b. 30.

cōsisto: tu ad primos rigores minus habebis audacię, cūm & frondes cōcident, & viror omnis aberit. hoc quidem dicitur in eos, qui ob momentaneam quādam felicitatem gloriantur, quiq̄ue plus habent ani-  
mi quām roboris: itaque non mitum videri debet, si quām citissimè exarescant ac decidant. Certe apud Onirocritas cucurbita spes inanes præfigit, ut potē  
quæ cūm venit eos am admodum speciem præ se fe-  
rat, multumque identidem nutrimenti polliceri vi-  
deatur, illud tamen tenue, & nisi condimēto aliquo  
iuuetur, egregiè fatuum est, vt refert Pierius lib. 88.  
Eodem plane modo sese habent thraunes illi fortu-  
næ suę momētaneę iactatores, vel qui secundis ven-  
tis plus a quo turgescunt, neque prævident seuerissi-  
mam illam Nemesis, quæ de superbis & fastuosis  
vindictam iunit. Id apertis verbis Pausanias, Simo-  
nides ab eodem conuiuio lautissimè exceptus signi-  
ficauit: rogatus enim ut quidquam ex arcans philo-  
sophiæ adferret in medium, vidensque Pausaniam  
rebus suis nimium confidere, dixit: Meminacis te in  
tāto rerum successu hominem esse: at quę esset verbi  
efficacia, parū aduertit Pausanias. Itaq; cūm ipse iam  
in summo vitę discrimine constitutus, mortem sibi  
imminere intelligeret, exclamasse fertur: Quā inani  
persuasione deceptus etam, qui Cæi hospitis saluber-  
riūm consilium ad me pertinere non putabam:  
vnde nūc miserè perire cogor. Recte Philippus Ma-  
cedo, qui ne felicitate nimia se efficeret, ex pueris au-  
līciis vni id munera demādauit, vt summo mane cu-  
biculum ingressus pronūtiaret, αἰθρωπες εῖ φίλιππα  
cuius rei faciendæ occasionem fortasse dederat Ar-  
chidamus Agesilai filius; qui cūm à Philippo post  
conflictum apud Cherontam habitum literas acer-  
biores accepisset, huic respondit: Si metieris vmbri-  
tuam, haudquam reperies illam factā maiorem  
quām erat ante victoriā. Non est igitur prudentis

Ob fortunæ successum intumescere , sed opus est vt  
se quisque propriis, non externis bonis metiatur . Et  
quidè recte præcipere videtur , qui monet, vt quanto  
superiores sumus , tanto nos summissius geramus:  
timenda est enim vel maximè fortunæ volubilitas,  
qua tantum constans est in leuitate sua, vt ait Poëta.

*Aeriam) editissimam, altissimam, vt Virg. in 1. Ecloga:*

*Nec gemere aëria cessabit turtur ab ulme: & notauit ipse locum aëria quo concessere palumbes.*

Ex damno alterius , al-  
terius vtilitas.

125



Dum sauis ruerent in mutua vulnera telis,  
Vngue leæna ferox, dente timendus aper;  
Accurit vultus spectatum, & prandia captat.  
Gloria victoris, preda futura sua est.

\* Coenæ. 118c.  
5. 5. '13.

Hoc traductum est ex Gabriæ apologis , sic enim  
est tetraстichon senariis iambicis:  
Ἄλων μάχη ἔστη τροίς ποτὲ κέρδος,  
γύνες δι' αὐτοῦ δικαιόπεντε τὸν ἔρεν,

Y 2

Rippon

*βερῆτιν τὸν ἀταθέτην ποίησε τάχα,  
φίλους δὲ ἴσχυρες οὐδόγοις τῷ εἰπίσθι.*

Quos sic vtcunque reddidimus:

*In aprum Leo certare quandoque ausus est,  
Quos longè spectabant lite mota vultures,  
Qui vinceretur ut vorarent: attamen  
In tandem amicis tota spes præda excidit.*

Susceptum id videtur in principes Christianos inter se rixantes & acerrimè cōcertantes, cūm Solimanus Turca, quasi spectatorem agēs, suam non parum distinctionem auxit, & in Germaniam irrupit magna & ingenti totius Reipubl. Christianę calamitate & danno. Quod Georgius Sabinus hoc significauit Hexasticho:

*Mutua discordes faciebant prælia turdi,  
Acri & alītibus pugna duobus erat.  
Vidit ut amborum prædo certamina Nifus,  
Vnguis, & rostro dilansauit aues.  
Sic modò dum faciunt discordes prælia reges,  
Turcicus Europe diripiit hostis opes.*

Qua in re notandum est quantum possit intestinum dissidium nō modò in ciuitatibus, sed & regnis conficiendis atque euertendis: nullum etenim bellum ciuili aut sociali periculosius esse potest, nimirū quod hosti externo non paruas addat vires.

*Vide Denio dente timendus aper) sic Martial.lib.13.*

*ad Senec. Dente timetur aper, defendunt cornua ceruum.*

*tray. fol. & Ouidius in epist.*

*— obliquo dente timendus aper.*

*prandia captat ) captare prandia, est hīc, ni fallor,  
prædam expectare: quod explicat sequenti disticho.*

## Bonis auspiciis incipiendum. I 26.



Auspiciis res cœpta malis, bene cedere nescit.

Felici que sunt omniœ facta, iuvant.

Quidquid agis, mustella tibi si occurrat, omitte:

Signa male hec sortis bestia praua gerit.


Tantam vim dicunt inesse bonis faustisque negotiorum suscipiendorum principiis, ut ea vix bene cadere possint quæ infelix initium sortiuntur. Et sanè omina diligenter aduertenda esse, graues nec pœnitendi auctores censuerunt, rectè quidem, modò absit superstitiosa illa, & inutilis obseruatio, quæ humanos animos tetrore nescio quo afficit & torquet. Nam vt in re aliqua suscipienda non parum conduit bonum felixque principium, quandoquidē vel poëta teste, *Facti dimidium qui bene cœpit habet:* ita non parum adfert impedimenti, aut etiam dispēdij, si vel malo, vel inerti, aut etiam flagitioso principio negotium ordiaris: tum enim mustellā, id est omen habere inauspicatum dicimur, cùm flagitijs alicuius à nobis perpetrati, neandum expiat, purgatiq; animo

obrepit sinistra quædam cogitatio, quæ intimâ conscientiam verberet atque lacinet; quo fit ut frigidius & ignavius rem alioqui magnam auspiceras.

*mustella tibi si occurrat* )Occursum mustellæ omnino sum fuisse tradit Alexan. ab Alexan. lib. 5. cap. 13. vnde nunc etiam apud quasdam nationes, ait Erasmus, infelix habetur omen, si cum paratur venatio, aliquis mustellâ nominat: cuius etiam occursus vulgo est inauspicatus habitus. Eadé picta infortunium significabat: animal enim inauspicatum infaustum que esse perhibetur, iis quorum domos habiter: dicitur enim insidiari domesticis animalibus, præser-timque altilibus, easque ad internacionem usque persequitur, ait Pier. lib. 13. idemque occursum plerique religiosum haberi dicit. Adhac in negotiis ob-eundis vel nomen ipsum, ut pote efficaciae contranum, multos horrescere. lege proverb. Mustellam habes.

Nihil reliqui.

127.



2. und. si huc  
venias ut d-  
e voluntis venuissis  
Casiod. venuis  
Potes: sed max.  
Est. XII. ep. T.

Huc finitus  
An. Domini 35.  
Cest. 7.

Angel rehym  
Scilicet hoc deecrat post tot mala, demq; nostri  
Th, Cest. Locustæ ut raperent quicquid inesset agri.  
Gy; omnis An. XC. Iugn.

Vidimus

Vidimus innumeras Euro duce tendere turmas,

~~Qualia non Atylæ, castraue Xerxis erant:~~

Hæ fænum, milium, farra emnia consumpserunt.

Spes & in angusto est, stant nisi vota super.

Deflet horribilem quandam calamitatē, qua fuit affecta Insubitum Longobardia circa annum , vt coniicere facile est, 1541. Elenata enim nube locustæ ex aëre dicuntur cecidisse , quæ leguminæ, herbas, & grana fermè omnia depastæ, induxerunt famem, & quorundam desperationem, quod post tot tantaque infortunia nihil esset relictum. Habant digitæ longitudinem locustæ hæ , turgida capita, ventres obesos, & sanie refertos . Itaque extinctæ intolerabili fætore aërem corruperunt , vt etiam corui , cornices, accipitres , aliaque aues cædueribus alioqui inhiantes ferre nequievint: quod colligimus ex commentariis eorum, qui nostri temporis historiam congregierunt. iidemque tradunt, in regionibus Poloniæ regno finitimi incredibilem fuissè eiusmodi animalculorum multitudinem; nullas primò alas habuisse, sed magnos dedisse saltus, paulò post quatuor adeptas, tantoque numero conuoluti, vt duo miliaria in longum & latum cubito tenus ita occuparent, vt ipsius quoque splendorem Solis à toto illo terræ spatio sua densitate excluderent; vnde colligere est facillimum, rebus humi naſcentibus damna infinita inde subsequuta esse , vt potè cùm ad radices usque omnia depascerentur: Cùm verò succreuerint alæ , erant digitæ humani magnitudine, tumque in fruges atrocius grassabantur: Cæterum hæ neque vi, neque industria alia pro pulsari potuere. Hoc autem ei simile est, quod habetur Exod. 10. & apud Ioseph. libro Antiquitatum 2. capite decimotertio.

Adhæc locustarum etiam in Aphrica multitudine

prodigijs similem fuisse tradit August. in libro De ciuitate Dei, cum iam populi Romani prouincia esset consumptis enim fructibus & foliis lignorum ingenti nube in mare dicunt esse deiecitam, qua mortua hinc aëris corruptionem, quæ tam aduexit pestilentiam, ut in solo Masinissæ regno octingentia hominum millia perire referantur, & multo amplius in terris littoribus proximis. hæc ille.

*Euro*) Eurus ventus est orientalis calidus.

*Tendere turmas*) ab exercitu allegoria.

*Atyla*) Atyla princeps ex Scytharum genere, qui post subactam Pannoniam, Aquileiam deleuit, & in Germaniam transiens multa vastauit; tandemque domum reuersus, dum nouis intentus esset nupuis, vino nimio obrutus, effusa e naribus sanguinis copia, est suffocatus.

*Xerxes erant*) Xerxes Rex Persarum Darij filius in Græcos dimicatus habuit de regno suo septingenta millia: de auxiliis trecēta: rostratas naues mille & ducentas onerarias, id tria millia: in quibus fuerunt

*Vide Alex.* hominum myriades 23. terrestris autem exercitus fuerunt centum & septuaginta myriades; equitum octo. Herod.lib.7. Lege Iustinum lib.2. & Alexandru ab Alex.lib.6.cap.25.

*farram omnia*) rei difficultas spondaicum fecit.

*Spes & in angusto est*) Restat desperatio. videtur metaphora à captiuis.

*Sunt nisi vota super*) id est, nil nisi vota supersunt. ut habet Ouid.lib. i. Trist. Elegia 2. hic enim notanda Tmesis & Anastrophe.

Male

Malè parta malè dilabuntur. 128.



Milius edax, nimis quem nausea torserat escæ,

Hei mihi, mater, ait, viscera ab ore fluunt.

Illa autem, quid fles? cur hec tua viscera credas, *aut si qui male dicitur, Alcibiades*  
Qui rapto viuens sola aliena vomis?

Tetristichon hoc paucis commutatis mutatus  
est ex Gabriæ Apologo, quod sic habet:

Βούς φαγὼν πάτεις εἰς ἐρπτίων ἔχεσθαι,  
ἢ μοι κελλήν, ἀς απλάγχνα, μῆτερ, γυχέο,  
ἢ οὐδὲν δοσα, μὴ φοβεῖ τέκνον, ἐφη,  
τὴν σων γδε οὐδέν, ἀλλ' ἐμεῖς ἀλορίσαν. id est,  
Puer die festo, bouis cum viscera  
Vorasset, Hei mater, clamat, mea effluunt  
Intestina, at ridens ait, Fili haud rime,  
Nam non tua hec sunt, sola at aliena vomis.

Diciturque in eos qui quæ rapto & fraude habent  
congesta, cgrē perdunt, ac si sua essent. Proculdubio  
non ab re dictum est à Chrysostomo, pauca male  
parta, multa bene comparata perdere. Plautus item  
(vnde est Emblematis titulus) Malè parta male dilabuntur.

buntur. Hoc si veniret aliquando in mentem iis, qui tam impensè cogitant, ut faciendi lucri rationem inueniant, huc & illuc pecunias corradiant, nec interea vnde habeant curant: aut certè timerent, ne amittendi metu fortasse aliquando impotenter crucientur: aut ne iustum in se numinis iram prouocarent: aut saltem cogitarent, quām hæc fluxa sint, quamq; fragilia ea bona, quorum habendorum causa tot tantisque curis distringuntur. Celebraium est proverbio: Divitem aut iniquum, aut iniqui hæredē. quod dictum esse suspicor in eos tantūm, qui quocunque possunt, iure vel iniuria congerunt. Qui verò fieri potest, ut bonorum tam expedita facilisque possessio, atque adeptio, possit esse iusta & legitima? recte itaque Iuuinalis Satyra 14.

— dñes quis fieri vult,

*Et cito vult fieri, sed qua reverentia legum?*

*Quis metus aut pudor est unquam properantis auari?*  
His itaque si quid sors eripiat, aut alias casus abstrahat (ut plerunque vñuenit) aucturam hanc non tam moleste ferre debent, quam certè boni quique acceptam & grataam haberent, si quæ iniuste possederūt, ad veros tandem possessores redirent. Eo de genere sunt plerique forenses rabulæ, atque importuni sycophantæ, & maximè atrario publico nonnunquam præfecti, qui æquissima numinis ultione, ex insperatio plerunque sumptus faciunt quos nunquam putassent: & sèpenuimero citius quam vellent, euomū quod concoquere non potuerunt. notum enim sat illud est:

*De male quæfitis non gaudet tertius heres.*

Porro Cic. Philipp. 2. usurpauit hoc adagium Plautinum, transtulitque in Antonij voracitatem & rapacitatem his verbis: At quām insoléter statim hellio inuasit in eius viri (Pompeium intelligit) fortunas, cuius virtute terribilior erat populus Romanus

extensis

extensis gētibus, iustitia chatior? In eius igitur copias, cùm se subito ingurgitaset, exultabat gaudio, persona de mimo modō egens, repente diues: sed ut apud poētam nescio quem; Malē parta male dilabuntur, incredibile ac simile portenti est, quonāmodo ille tam multa, quam paucis non dico mēsibus, sed diebus effuderit. Fortasse & huc non incōmodē referri potest illud Democriti, πλούτος δημάκης ἐργασίας τελετρόποιος δημοφυέστερον τὸ διεισδε κέκτηται, & Hesiodus mala luera damnis esse simillima cecinit. Adhac non prætermittam (quod attinet ad carminis enarrationem) miluum in Hieroglyphicis locupletem designare & rapacem: quod in Phædone significat Socrates, cùm eos homines qui auaritiae studiuerint, & ad imbecilliorum expilationes, & rapinas parati ac semper prompti fuissent, in miluos & lupos conuerti ait: sed & in sacrī miluus pro prædone ac grassatore accipitur. Pier.lib. 17.

quem nausta torserat) qui præ ingluvie vomebat.

viscera ab ore fluunt) viscera sunt diuitia; vnde Penelope Ouidiana:

*Viscera nostra tua diripiuntur opes.*

Et vulgariter dicitur apud nostrates, cum qui suum perdit, sensum perdere.

*Cos pro Quarto: rursus per mortuorum modū, vixim  
etiam sors pugnandi pugnando, submersis impedit  
comitatu!*

Semper

Semper præsto esse infortunia. 129.



Ludebant parili tres olim etate puelle  
Sortibus, ad stygias que prior iret aquas:

At cui iactato male cesserat alea talo,  
Ridebat sortis caca puella suæ.

Cum subito ista caput labente est mortua teclo,  
Soluta e' audacis debita fata ioci.

Rebus in aduersis mala fors non fallitur: ast in  
Faustis, nec precibus; nec locus est manui.

Apologum hunc in primo Epigrammatum Gre-  
corum reperi, de tribus puellis alea iacta inquirenti-  
bus quænam prior fato concessura esset: quæ vero  
sortem iactam viderat sibi mortem portendere, risu  
illud neglexit, cum statim tegula in caput lapsa risu  
finem dedit. quod significat adagium: mala vel in-  
uocata veniunt: illudq; Græcis perulgatum, διζηνι-  
νεσ τις αθα μόνις παραγγίνεται, τά δέ οι μὲν διζη-  
νεσι: hoc est, mala vel etiam non querentibus ob-  
tingunt, bona vix accedunt etiam querentibus. Idem  
respondit Diogenes rogatus, quid de hominū sorte  
fentur?

sentiret: Miseram & infortunatam hominum conditionem esse dixit, cum bona quærentibus vix obtingant, cadant autem infortunia, non tantum non quæsita, sed præter omnem expectationem. Plautus in Mostell.

— Unum hec scito, nimio celerius

Venire quod molestum est, quam id quod cupidè petas.

Græcum Epigramma ciusmodi est, in titulo eis suorum.

αι τείσαι ποτὲ παιδες ἐν αἰλικοτινέταιζο

καὶ οὐρανού, τις πορτέρη βόστεραι εἰς αἰσθαν.

καὶ τείσαι μὴ χειροὺς ἔβαλον κύβουν, πάθε δὲ πατίσαι,

ἴσμιαν, οὐδὲ ἔγειρα κλῆρον ὁδειχόμενον.

οὐ τείσαι δὲ ἀελπίον απολίθητε πέσοντα.

δίστυχος, εἰς αἰσθαν δὲ πάθεται, οὐδὲ ἔλασχεν.

ἀφευδής οὐ κληροὺς ἕτερον κεκονταί, εἰς δὲ τὸ λαύρον,

ὄντ' οὐχαι διπτοῖς διστοχοῖς, οὐτε χέρες.

Cæterum Socrates alex ludo humanam vitā com-

parabat, πειθείτε τηνί τοινερ ὁ βίος: καὶ δεῖ ποτε φίλος

τηνί τοιδε τὸ συμβαῖνον, οὐ γά τιστιν ἄρρενες βαλεῖν, σάτη

διδεῖ τηνί φίλος: Alex ludo similis est vita, & quic-

quid euenit veluti quandam tesserā deponere oportet. non enim denuo iacere licet, neque tessera aliter ponere. Cui & conuenit illud Terentij in Adel-

phis: Sic in vita est hominum quasi cum ludas telle-

ris. si illud quod est maximè opus iactu non cadit,

illud quod cecidit sorte, id arte ut corrugas.

ad Stygias aquas) id est ad mortem. Styx infectorum

fluviis, per quem veteres putabant animas transire

post mortem. Lactant. lib. 1. cap. 11. & Cæl. lib. 26.

cap. 5. Ad Stygias aquas) id est ad mortem. Styx infectorum

cœca sortis signata exitij futuri.

rebus in adversis mala) prudens quisque omnia que

sibi speranda sunt, non in meliora, sed in peiora co-

stituat, ut si quid præter spem accidat, id tanquam

luctum pugnare. Styx infectorum

luctum pugnare. Styx infectorum

lucrum reputet, ut ait Terentius. Ouidius 4. de Pontis  
 Tu quoque fac iimeas, & que tibi lata videntur,  
 Dum toqueris, fieri tristia posse puta.

Remedia in arduo, mala  
 in prono esse.

130.



*Sic adagio  
 Diffidat q  
 proles a*

Aethereis postquam deiecit sedibus Aten  
 Iupiter, heu, vexat quam mala noxa viros!  
 Euolat hæc pedibus celer & perniciibus alis,  
 Intactumq; nihil casibus esse finit.  
 Ergo Lite, proles Louis, hanc comitantur euntew,  
 Sarture quidquid fecerit illa mali.  
 Sed quia segnipes des, luscae, lassæq; senecta,  
 Nil nisi post longo tempore restituum.

Homerus Iliad 1. Aten Deam singit mortales va-  
 riis implicantem angustiis & perturbationibus, eo-  
 rumque mentes seducentem, variisque opinionum  
 monstris afficientem: ad quæ mala sarcéda placan-  
 daque Lite Louis filiæ opponuntur, quæ tamē non  
 statim possunt instaurare atque componere, quod  
 ab ea

ab ea motum atque dissectū fuit, sed id longo temporis interuallo fieri ait, ut potē quæ sint luscae, tardis pedibus & senio confectæ. Versus Homericos  
huc adiiciemus:

καὶ γάρ τε λίται εἰσὶ διὸς πανδέοι μεγάλοι,  
χωλαῖ περιβαίτε, παρεχόντες τὸ φέρειν μόνον.  
αἱ δὲ τε καὶ μετόπαιδες ἀτενέλλειον πανδέοι.  
καὶ δὲ ἄτη θεοφύτε καὶ απλίποις, ἀνενα πάθοις  
πολλοὶ ἐπεκτρόποι, φυσάντες δὲ τε πάσοις ἐν τοῖς  
βαλάντοις αἰδηρότεροι. αἱ δὲ ἐξανίστανται ὅποιοισι.  
οἱ μὲν τὸ αἰδηρότερον πονέοις διὸς ἄποινοις.  
τὸν δὲ μέγι τὸν πονταρ, καὶ τὸν ἔκλυον διέκαυθοις.  
οἱ δὲ καὶ αἰλυνταὶ, καὶ τὸ σερεάς δοτοεῖται,  
λέοσοι τοι τοῖς ἀρχαῖς ταῖς Δίκαιοντα καὶ οὐδεταὶ,  
ταὶ ἄτην διαιτήσει πεδί, ναὶ βλαφοθεῖς λοτοτάγη. hoc est,  
Nanque Lte sōboles magni Iouis & pede clando  
Rugosæ, obliquoque oculo medeantur ut illi  
Terga sequuntur Ates: celeri peruertere omnes  
Illa gradu, & passim damnum mortalibus affert:  
Hec verò adutum sartura damna sequuntur,  
Conciliantque suis cultoribus optima semper:  
At si quis reicu prafactè ac perneget illis,  
Tunc adito Ioui patre, precantur, ut illicet Ate  
Huic adsit, pœnæisque suo det denique damno.

Eiusdem Ates etiam meminit Iliad. T. vbi Iupiter  
imputans huic Deæ, quod esset deceptus à Iunone,  
illam capillis arteptam in terras præcipitem dedit,  
indixitque ne vñquam rediret in cœlitum contu-  
bernum. Hoc quidem significatur aduersa quæque  
statim & ex improviso impetrere, tardè autem re-  
cedere: illudque est quod Gallorum vulgus ait: mala  
& ægritudines in equis accedere, sed pedibus & lēto  
gradu recedere. Ate enim noxa est velocissima, quæ  
ppter motū celerē designat infortuniorū aleā maxi-  
mē subitā & extemporaneā. hanc Christianæ pietati  
auctores φέροντες. i. Luciferum ē cœlo deturbatū  
interpretan-

interpretantur, ut maximè Iustinus philosophus et  
martyr, Suidas & Budas noster ex Bessarione Car-  
dinale lib. 3. in calumniam Platonis. Stobæus in  
elegia *τοῦ δικαιουμένου* ex Solone habet hoc Dis-  
chon, ubi emergentem è diis noxam facit:

*ἄτη δὲ τὸς αἰπεῖνα προσάντες, λούσι οὐτόταν ζεῦς  
πίνει τειχεύσθως ἄλλος ἄλλος οὐχι. id est:*

*Ex illis Ate apparet, quam ubi Jupiter ipse*

*Miserit ultricem, tunc aliam alter habet.*

Litas autem Deas cludas interpretatur mythologi  
de iis qui precantur quod genua flectant: item rugis  
obsitas, ad designadum imbecillitatem. Adhac aiunt  
esse strabis luminibus, quod conuenire videantur ad  
aliqua, sed postremo necessitate ad supplicationes  
deflecti. Phornutus cludas esse tradit, quod tarde &  
vix accedant ad eos supplicandos, quos ante iniuria  
affecerint: rugosas vero & strabis oculis, quod graui-  
ter & ore parum hilari intueantur quos offenderunt,  
& a quibus veniam deprecantur: Iouis porrò filias,  
quod venerabiles sint. Hæc ille. Itaque id transfertur  
ad illatam cuiusdam iniuriam, quæ difficulter ab ani-  
mo eripitur: iniuriarum enim memoria tardissime  
senescit, & ferè nisi morte deletur. Lege Lucian. in  
Imaginibus, & in Tragopodagra, & Ccl. lib. 2. cap. 6.  
meminit & lib. 27. cap. 26.

*Aten) Ate est noxa, παρεὶ τὸ ἀάρηγ, Iædo.*

Ex

Ex arduis perpetuum nomen. I 31.



Crediderat platanus ramis sua pignora passer,

Et bene: ni sauo visa draconem forent.

Glutiit hic pullos omnes, miseramq; parentem

Saxeus, & tali dignus obire nece.

Hæc, nisi mentitur Calchas, monumenta laboris

Sunt longi, cuius fama perennis eat.

~~Pierius. Xanthib. c. f.  
Calchas. Superba. 20. 10. 10.~~

~~Historia pole  
ab filiorum  
vita. 20. 10. 10.~~

~~Pierius. 10. 10.~~

Cum in Aulide Boeotiae portu Graecorum ad Troiam euentendam nauigatum classis aduerso vento detineretur, Calchas augur peritissimus cum ceteris Graecis profectus Agamemnonem docuit, quia ratione Diana iratam placaret, & ex serpentis vel draconis augurio (qui in arborem subrepens novum passeris pullos una cum matre deuorarat) decimo tandem anno Ilium captum iri predixit. Nam pro passeribus annos, pro angue tempus intellectus, ut explicat Pierius in Hieroglyph. lib. 20. Historia est apud Homerum Iliad. 6. & apud Cicer. 2. de Divinat. meminitque Cælius lib. 19. cap. 10. Hoc autem

~~zathæs dogonys  
Z  
in huius  
dictio comin. Sene. fol. 310~~

innuit quod præclarum sit, idem esse & arduum: &  
rebus maximis difficultatem quandam à natura esse  
propositam, vt ait M. Tull. Tuscul. 3. Etenim nulla  
potest esse diurna gloria, quam labor strenuus &  
indefessus primum non antecesserit. Quis enim ma-  
gna coronari contendat Olympia, dulcis sine pul-  
uere palma? Vnde illud vulgo tritum, *τὰ καλά τὰ  
δυσκολά.* Præclare itaque Xenophon *ταῦτα μηνῶν. 2. vii*  
*τὰ καρπεῖται ἐπιμέλειαν τὴν καλῶν καὶ οὐδὲν οὐδὲν  
ἴξικεν αἷς ποιῶν, ὃς φασιν οἱ ἀγαθοὶ αἰδος λέγειν  
πάντης καὶ οὐδεὶς,*  
*τὰς μὲν γένους κακούτας καὶ οἰλαδὸν δέρειν ἐλέόδη  
ρησίδες, λειπόντων οὖδες, μάλα δὲ ἐγένετο γενέσι.  
Τὸν δὲ αριστὸν οἰδητα τοῖς προτεράγονοις ἔντονες  
ἀδάραστοι, μακροῖς δὲ καὶ ὑφενοῖς οἷμοις οἴπ' ἀντίτη,  
καὶ τηνὸν τὸ πρώτον. ἐπήν δὲ εἰς ἄκρον ἴκμαται,  
ρησίδιον δὲ πάντα πέλει χαλεπήπερ ἐσται.  
μαρτυρεῖ δὲ καὶ ἐπίχειρος ἐν τῷ, τῷ πόνῳ παλέοντος  
ἡμῖν πάντα τὸ ἀγαθὸν τοῖς. Memoriarum succurrunt & il-  
lud Clementis Alexandrini Stromat. 8. δέ τις λέγε-  
ται ἀρετὰς ταῖτιν δυσαρέσκετος ὅπι πέρας. νῦν δέ μη  
δοαὶ χαλεποὶ ἀγνὸν ἀμφέπονται, οὐδὲ πάντας βλεφάρους  
διατίθεντος, ἀλλὰ μὴν δακρύμος οἰδηπούς ἐνθέτει μόνη,  
ἵνατ' εἰς ἄκρον αἰσθεῖται. Quid enim laudis Catilai  
esset consequitus, si facile illi fuisset Britânis inferte  
bellum? aut Annibal quantum sibi gloriae cumula-  
set, si dum Italiam adiret, peruias Alpes citta pulue-  
rem & sudorem, ac nō magna suorum cede fecisset?  
recte proinde Naso Tristium 4.*

*Ardua per præcepit gloria vadit iter.*

& Propertius 4. elegiarum:

*Magnum iter ascendo, sed dat mihi gloria vites.*

*Non iuvat ex fasci lecta corona iugo.*

Porro Alciatus id carminis videtur imitatus ē Græco  
incerti cuiusdam poëta, apud quem tamen non est  
eadem conclusio, cùm de hirundine verba faciat, cu-

ius nidum serpens dissipasset; in eoque tandem igni ardenti combustus.

*Crediderat*) commiserat, nidificauerat.

*sua pignora*) pullos, ut alibi monuimus.

*Saxus*) fatalis serpens est: nec non perpetuae belli Troiani memoriae per metamorphosim serpentis in perpetuae duritiae saxum.

Ex literarum studiis immortalitatem acquiri.

*De Speciebus Graecorum  
Maurorum ad Rhel. Argent.  
sup. fol. 132. 64. 66*



Neptuni tubicen (cuius pars ultima cetum,

Aequoreum facies indicat esse Deum)

Serpentis medio Triton comprehenditur orbe,

Qui candam inserto mordicus ore teneret.

Fama viros animo insignes, preclaraque gesta

Prosequitur, toto mandat eorum orbe legi.

*de Tristano, Vigoribus  
Phlegonato 214. 6. 215. 2*

*Maurorum ad Rhel. Argent.  
fol. 115. a. 40. 50.*

Triton marinus Deus, Neptunique filius, & tubicen hoc schemate serpentis circulo complectitur: quod refertur quidem ad perpetuam & nunquam intermoritram doctorum viorum memoriam. Tuba

enim famæ & commendationis nota est, vt pote quæ ab omnibus exaudiatur: serpens in se reuolutus, æternitatem designat, vt docet Orus Apollo in ipso Hieroglyph.principio. Id Alciatus ipse annotationibus in Tacitum sic attigit: Veteres, inquit, in templorum Saturni ianuis imagunculas Tritonum statuebant, non aliam ob causam quam ut ab eo cœpisse historiam, æternitatemque illis debere Deos ostenderent, quorum præconio fuissent celebrati. Tibull. idem significat his verbis:

*Quem referent Muse, viuet, dum robora tellus,  
Dum celum stellas, dum uelut amnis aquas.*

Ouid. 3. Tristium:

*Singula quid referam? nil non mortale tenemus,  
Pectoris exceptu ingeniique bonis.*

*En ego, cum patria caream, vobisque, domoque,  
Raptaque sint, adimi que potuere mihi:*


*Quilibet hanc saeo, vitam mihi finiat ense,  
Me tamen extincto fama superstes erit.*

Quod spectat Eudamidæ illud, qui rogatus cur Lacedemonij ad bellū profecturi Musis sacrificaret, cum nullum cum Marte haberent commercium; vt, inquit, post præclara facta, memoria posteris hæreat. & quidem docti non solum viui ac præsentes studiosos discendi erudiunt atque docent, sed hoc idem etiā post mortē literarū monimētis assequuntur, ait Cic. 1. officiorum. De Tritone plura apud Cælum Rhodig. lib. 20. cap. 12. Macrob. Saturnal. 1. cap. 8. & Gyraldum syntag. 5.

*Cetum ) Inferiore sui corporis parte pisces reser, superiore Deum.*

*hinc usq; immansis vestibus, ut sensu certe lato  
Exstanta facta, omni latrone temere effusa sunt  
soeno horum pectora, in pristinæ defuncte almo. Tumulus*

Tumulus Ioannis Galeacij Vicecomitis,  
primi Ducis Mediolanensis. 133.



*Pro tumulo pone Italiam, pone arma Duceſq;*

*Et mare, quod geminos inugit adusque ſinus.*

*Adde his barbariem conantem irrumphere fruſtra,* *Muraq. ad Kha. Arg.*  
*Et mercede emtas in fera bella manus.* *fol. 115. b. 30.*

*Anguiger eſt ſummo ſiſtens in culmine, dicat:*

*Quis patruis magnam me ſuperimpoſuit?*

Epitaphium eſt Ioannis Galeacij, quem celebraſt ab effectis pulcherrimiſ; quippe qui fortissime Turciſ in Italiam irrumphere conantibus reſtiterit, & Rempub. ſuam legum auſtoritate ſtabilierit. huius historiam repeſe ex Sabellico Ennead. 9. lib. 9. ſed maximē apud Paulū Iouiū de Ducib⁹ Mediolan. Videtur autem Alciatus id confinxisse ad Gr̄corum quorundam Epigrammatum imitationē, vt eſt Germanici quoddam lib. 3. quo Themistocles rerum à ſe geſtarum commemoratione indicat, quo paetō à Gr̄cis velit ſepeliri, alioqui nullum fat magnum & dignum ſepulchrum virtutibus ſuis erigi poſſe. quod

spectat & Parmenionis in Alexandrum, cui pro magnitudine rerum, non posse scribi dignum epitaphium, sed Europam & Asiam, quas subiugauit, eius esse sepulchrum. Simile est quod in Hectoris tumulo fecit poeta quispiā: in quo Hector non vult comparari sepulchro aut tumulo; quippe qui vniuersę Græciae restiterit, & cuius amplissimum sepulchrum sint Ilias, Homerus ipse, Græcia, & Achiuui fugientes. Eodem modo ut dignum Galeacio sepulchrum ad perpetuam nominis commendationē extruatur, ait Alciatus, describendam esse Italiam vniuersam, duces ipsos, regiones conterminas, & barbaros toto impetu in Italiam irrumpentes: postremo constituantur anguifer, qui symbolum habeat scriptum, **TIME MIKPOIZ TON MEGAN ENTHE**; Sed huc apponam Germanici in Themistoclem epicedium, quod imitatus est & ferme integrum (vocabulis aliquot duntaxat immutatis) mutuatus est Alciatus, ut videre est:

*αἰτί τάφῳ λιθῷ θεὶς ἐλάσσα, θεὶς δὲ ὅπῃ ταῦτα  
δέσχαται, θεραπευκός σύμβολα νευροφύγειας.*

*καὶ τύμβῳ κρηπίδᾳ περιέρχεται περπάνης ἄρη  
καὶ ξερῆλις πόντος θάντος θεμιστοκλεῖα.*

*στάλα δὲ σαλαμῖς ἐπικέντρῳ, ἵρυα λέγουσα  
ταῦτα λιμε σμικροῖς τὸν μίγαν σύτιζεται;*

Meminerimus interea quod priori huius liberti Emblemate adnotauimus, anguem siue serpētem stemma esse Ducis Mediolanensis.

*Et mare quod geminos mugit) Italia hinc & illinc  
mari Siculo & Adriatico clauditur.*

*Mugit) à tauris translatio.*

*Emptas manus) exercitum mercede conductum.*

*Parvis magnam) Antitheton.*

Optimus



Dum iustis patriam Thrasybulus vindicat armis,

Dumq; simultates ponere quemque iubet,

Concors ordo omnis magni instar muneris, illi

*De revolutione orbium  
velociitate rotari  
J. 25. 25. a.*

Palladia seruum frondis habere dedit.

Cinge comam Thrasybule, geras hunc solus honorem:

In magna nemo est emulus urbe tibi.

Optimi ciuis est Rempubl. suam nō modō legum metu continere, sed & omnes omnium animos pacis vinculo coērcere, & omnem rixarum occasionē tollere. Pr̄esto est exemplum Thrasybuli: Atheniensibus enim longissima obsidione pressis à Spartanis, post longam famem, & assiduam pestilentiam, pacem postularunt, quam tandem impetrarunt, ea tam conditione, ut ciuitas Atheniensis à triginta duobus Spartanis gubernaretur. Sed temporis successu horū tanta fuit tyrannis & scvitia, ut boni quique ciuitatis principes exularent, inter quos Thrasybulus unus ex pr̄stantissimis, cum aliis in exilium abire est coactus. Itaque ille proprio consilio, & sociorum


ope tyrannos omnes industria singulari propulsavit,  
patrięque libertatem recuperauit. Sed ut inter Athene-  
nienses ciues pax esset stabilit̄ & permanentior; sac-  
ramento interposito , legē sanxit de abolendis pre-  
teritis iniuriis, quam *à μνσιον* nuncupauit: quo circa  
coronam ciuicam magno totius ciuitatis applausu  
meruit. hęc lex cōformis est oraculo Euangelico de  
iniuriis remittendis & abolendis. vide proverb. Ne  
malorū memineris. De Thrasybulo. Plutarch. in eius  
vita. Iustin. in Trogum lib. 5. & Valer. lib. 4. cap. 1.  
Marullus in eam fermē sentētiā scripsit epigram-  
ma haudquaque pānitendum:

*Cum fugeres ciuem eius deuictus in hostem  
In patriam sceleris concius ipse sui;  
State viri, Thrasybulus ait, vittoria vestra est:  
Nec mibi sed vobis vicimus, & patriæ.  
Dixit, per mediosque ruens ensesque virōsque,  
Parcendum paſsim ciuib⁹, ingeminat.*

*Palladia ſertum) Id est ciuicam coronam, quae da-  
batur ei ciui qui ciuem in bello seruauerat, fiebat.  
que ē fronde oliua aut querna , interdum ilice. Gell.  
lib. 5. cap. 6. & Plin. libri 16. cap. 4.*

Strenuo-

## Strenuorum immortale nomen. 135



Aeacida tumulum Rhætao in littore cernis,

Quem plerumq; pedes visitat alba Thetis.

Obtegitur semper viridi lapis hic amarantho,

Quod nunquam herois sit moriturus honos.

Hic Graium murus, magni nex Hectoris. Hand plus

Debet Maonidae, quam sibi Maonides.

*Miscell  
Vid. Marci  
lib. 2. c. 17.*

Achillis sepulchrū fuisse in Sigeo Troiæ promontorio, scriptores tradunt. Eius sepulchrum amarantho viridi semper insignitum, famam heroum perpetuò virescentem, & apud posteros immortalem denotat. Adhæc tertio Græcorum Epigrammatum simile reperio in Laertiæ sepulchrum: quod ascribere placuit, quia eodem ferme spectat:

*Ened. Tigrane. v. 11.  
φάχ η πετρου ἡ πολὺς ρύπος, οὐδὲ σιδήρου αρπατο σεν φοτ.*  
φειδεται, ἐλλὰ μη ταΐτ' ἀλέκει δαταλην. Σεζ α.β.  
τος η λαίρτας τὸ δι' ινέων ὁ γεδόν ἀντατες  
βαῖον ἄπο, φυγεῖται λείστεται οὐ νετῆσι:  
ἴωνομα μην ἴσος ἀτενεος οὐ γο ἀειδας  
ἀμελητεται άπω (καὶ ιθέλη) δητεατ.

362 ANDREAS ALCIATI  
Saxa cauat tempus, ferro nec tempora parcunt,  
Omnia sed mollit tempore longa dies.  
Laerte sic busta terit quoque littora propter  
Aethere de summo desluui imber aquit.  
Immortale sed, heu, nomen delere vetustas  
Herois, Musa vindice, nulla potest.

Cæterum Philostratus ad tumulos exornandos scribit amaranthum usurpatum fuisse, orto à Thessalis initio, qui Achillis sepulchrum eiusmodi coronis redimirent. Vel certè referemus Emblematis huius materiam ad id quod 1. Attic. retulit Pausanias de incolis, ni fallor, Salaminis, qui tradunt apud sc post Aiakis cladem, florem quendam primum enatum candidum, modicè rubentem, lilio cum cæteris partibus, tum folijs maiorem, inscriptum iisdem, quibus hyacinthum, literis.

Rhaetæo) Rhætæum oppidum & promontorium Troadis, Aiakis sepulchro à poëtis celebratum, sicut & Sigatum sepulchro Achillis. Videtur idcirco Alciatus abusus vocabulo, estque μαράνθος ἄμπετης.

alba Thetis ) Dea maris, quæ quia semper in aquis

habitet, pedes albissimos dicitur habere à poëtis.

amarantho) amarathus ab ε, priuâte, & ιαρανθος, tabefio, quod nûquam siccetur neque tabefiat. Plin. lib. 21. cap. 8.

Graium murus) id est Græcorum munimentum & robur: elegans metaphora, vt apud Maronem, duo fulmina belli Scipiadas, & Cic. in partit. duo belli propugnacula.

Nex Hectors) effectum pro effidente.

Nobiles

† Iacob. Orey,  
Card. plm.

## Nobiles & generosi.

136.



*Anrea Cecropias nec tebat fibula vestes;*

58. 59. 25L

Cui coniuncta tenax dente cicada fuit: + *Maurus ad Regem Angl*

**Calceus Arcadicus superat cui lunula ritu,** *f. 280. b. 10. 21.*  
**Gestatur patribus malleo Romulidis.** *f. 121. b. 20.*

*Indigenas quod se adserent, hec signa tulerunt*

*Antiqua illustre nobilitate viri.*

Dekor qd

Apud Athenienses cicada nobilitatis erat insigne, sa. 108  
aureas enim cicadas crinibus innodabant, ut significaret se indigenas esse & nobiles, id est (Græco utar Makrolympos  
verbo) *αὐτὸν θεοὺς, καὶ γυναικεῖς χώρα τὰ πατέρων πολιτεῖς*, ad. 108  
quod Cicero expressit in oratione pro Flacco. Id verò  
videbat Antisthenes, ut refert Laert. lib. 6. aiebat  
enim hoc illis esse cum cochleis & testudinibus cō-  
mune; quippe qui aliunde non commigrassent, nec  
vñquam solum mutassent. hinc autem ~~τεττηγόποδες~~, f. 58. b.  
id est, Cicadigeri dicti etiam Athenienses: hæc enim  
nota indigenas & ingenuos ab aduenis & seruis di-  
stinguebat: cuius rei causam nonnulli adferunt,  
quod cicadas inter alia animalia indigenæ præcipue

Lind intus { nobis } <sup>young</sup> Indogenus { nos } <sup>young</sup> Karangay. videan-  
{ old } 270. V.D. Baldjus. ad. Taylor  
fol. 4.

videatur, quod in ea regione, in qua nascuntur, vivunt  
 & emoriuntur: reliqua vero ferè omnia migrant alio,  
 neque sedem ullam firmam habeant. in quaue au-  
 tem ciuitate & municipio nobiliores eos agnoscim-  
 us, quorum maiores pluribus ante annis in sua  
 patria claruerunt, ait Pierius lib. 26. qua de re Plato  
 in Menexeno. Herodotus in Terpsic. Ælianuſ lib. 4.  
 variarum historiarum cap. 22. & Cæl. lib. 13. cap. 7.  
 Romanos autem, qui nobilitate generis aliis excelle-  
 rent, aiunt lunulas in calceis habuisse, fortasse ut si-  
 gnificant Romani imperii conditionem, quod sen-  
 sim creuit, & temporum lapsu decreuit, ut in luna  
 hemicyclis fieri solet. Alij putabant signum esse  
 eius habitationis, quæ in luna esse dicitur, & quod  
 post mortem, animi rursus lunam sub pedibus habe-  
 bunt. Vel superbos homines admonebât rerum hu-  
 manarum instabilitatis, cuius rei luna sit exemplo,  
 quæ ab obscuro in lumen, inde in obscurum redit.  
 Philostratus de Herode sophista narrat eum fra-  
 tri de generis sui claritate multa iactanti dixisse:  
 Certè nobilitatem habes in talis. quod significauit  
 Iuuinalis cùm de Fabio loquitur his verbis,

— & nobilis & generosus

*Appositam nigra lunam subtexit alita.*

Quin & Zonaras auctor Græcus, ait patricios ge-  
 stasse in Vrbe calceos corrigiarum inflexione, & for-  
 ma litteræ. C. adornatos: quod. & Plutarch. retulit  
 in problem. Nec quidem prætermittendum, id genus  
 calceorum lunatorum Arcadibus in vsu fuisse, quo-  
 à diluicio Deucalionis primi ipsi lunam inspexisse  
 nascentem se credidere, quodque putaret vniuersum  
 genus mortalium aquis obrutum periisse, & à se  
 rursus originem propagationis emanasse, ait Pierius  
 lib. 44. de sacris Ægyptiorum literis. retulit Blond.  
 lib. 9. de Roma. triumph. & Cæl. lib. 20. cap. 7. & 8.  
 Præter has rationes superiores alias adfert Plutarch.

in  
Graecis Blond. + pueris, Beccafelensis .

in  
gratia. S. 10.  
fol. 202.

in problem. quem consule, & Alexander ab Alexan.  
lib. 5. cap. 18. id ex antiquitatum monumentis eruit.

*Aurea Cecropia*) Vestes Athenienses necabantur  
fibula aurea, cui cicada circumligabatur.

*Arcadico ritu*) ad morem Arcadum.

*Lunula*) patua luna ad morem hemicycli.

*Indigenas*) indigena, inde genitus, nec aliunde na-  
tus, Græcè αὐτοχθόν, & ἴγχαρειος, cui opponitur  
aduena.

## Duodecim certamina Herculis. 137.



Roboris inuicti superat facundia laudes:  
Dicta sophistarum, laqueosq; resoluit inanes:  
Non furor aut rabies virtute potentior ulla est:  
Continuum ob cursum sapienti opulentia cedit:  
Spernit auaritiam, nec rapto aut sœnore gaudet:  
Vincit femineos spoliatq; insignibus astus:  
Expurgat sordes, & cultum mentibus addit:  
Ilicitos odit coitus, abigitq; nocentes:

Barba-

Barbaries scitasq; dat impia denique pœnam:

Vnius virtus collectos dissipat hostes:

Inuehit in patriam externis bona plurima ab oris:

Docta per ora virum volat, & non interit unquam.

*Ant. f. storis  
ad. 47.*  
Multos fuisse Hercules tradunt quamplurimi, sed  
quem ex Alcmena suscepit Iupiter, potissimum cele-  
brant ob varia certamina, virtutemque bellicam:  
cuius duodecim labores præcipuos (longè enim plu-  
res persequitur Diodorus rerum antiquarum lib. 4.  
cap. 2.) complectuntur alij, quos hic sequitur Alcias-  
tus, quantum ad numerum certaminum pertinet,  
quid per unumquenque laborem sit intelligendum  
allegoricōs enarrans. In collectaneis Græcorum Epi-  
grammatum hoc hexastichon reperi:

Ἄλεστα τὸν ρεπέτης Δῆμος ἀπλάτην, οὐλεστα δὲ τὸν ὑδρόν.

Ἄγριος τοῦ πεδίου, καὶ φορεῖ δὲ ἀνθετήσας γένεται.

Ζευστὴρ ἐπικύρως, παύλον διαμηδεῖς εἶπον,

Χείστεια μῆλα κλάσας, γαρύννων ἔραλον.

Ἄνγειαν ἰδέλει, κεφαλὴ οὐ φύγει, ἕκταρον ὄφες

κείσθεον ἡγεμόνειον, ἀυτὸς δὲ νυμπός ἐχει.

Εξινxi Nemees monstrum, lernāmque peremī,

Et taurum, cecidit dilaceratus aper.

Balteon arripui, Diomedū equosque cecidi,

Geryonem strati, pomaque fulua tuli.

Augiam noui, capta est cerua, atque volucres,

Cerberus abductus, latuſ in aſtra feror.

Hoc sic est complexus Virgilius:

Prima Cleonai tolerata arumna leonis.

Proxima lerneam ferro & face contudit hydram.

Mox Erymanthum viii tertia percult aprum.

Eripidis quarto tulit aurea cornua cerui.

Stymphalidas pepulit volucres discrimine quinto.

Threiciam sexto spoliavit Amazova baltico.

Septima in Augiae stabulis impensa laboris.

Oitava expulso numeratur adorea tauro.

In Diomedis victoriā nona quadrigis.

Geryone extincto decimam dūs Iberia palmas.

Undecimum mala Hesperidum distracta triumphum.

Cerberus ex iriōni supra ēta est meta laborū.

Sed obiter admonuero, plerosque existimare, vt Lucianus (quemadmodum postea dicemus) Herculem virum fuisse Gallum, qui mira quadā tum prudētia, tum eloquentia pollens, prēclara facinora insigni fortitudine sit exantlatus, & ingenij dexteritate summas quasque difficultates superarit: quæ omnia Græcia, vt quamplurimum mendax, ad armorū dexteritatem conuertere maluit.

*Roboris inuidi)* Huic respondet primum Herculis certamen, quod fuit leonis Nemæi iuxta Cleonas internecio: quo intelligi datur, facundiam corporis viribus esse præstantiorem. Non enim viribus, aut velocitatibus, aut celeritate corporum res magnæ geruntur, sed consilio, ratione, prudentia, eloquentia. Nec verò aliquid magni mamenti posseunt vires obire aut suscipere, nisi consilium & alacritas accedit.

*Ditta sophistarum)* secundo labore hydram septem capitum belluam, in Lerna palude omnia vastante pugna perdifficili vicit, & ferro facibusq; oppressit: quo arguitur, vitum sapientem, & facundum multiplices sophistarum argutias, & clenchos veritatis specie adumbratos, ingenij viribus eneruare & expungere: Hydræ uno capite resecto septē alia repulabunt, quod denotat artis sophisticæ captionem: si enim agas cum sophista, uno refutato argumento multa alia tibi opponet, teque (ni diligenter caueris) ad absurdum, vel absurdior adget. Certamen hoc ad alios vsus conuertunt alij, vt ad diluvium, ad virtutem, ad inuidiam. qua de re proverbiū est, Lerna malorum: & Hydram secas. Socrates apud Platonem in Euthydemō fatetur se multò imbecilliore Hercule, de sophistis, vide Phystriat. Vigenesi fol. 4. & 5. qui

Leo Nemæus  
quid. exponit  
Delen ad  
Sen. lozzy.  
fol. 5.

sophistis

imbecill  
virtus

qui pugnare simul non potuit aduersus hydram sophisticam, cui propter vnam sapientiam pro uno sermonis capite amputato multa repullulabāt. Adhac Pierium lib. 16. euolue.

*laqueos) paralogismos & captiones.*

*Non furor aut) terrio, a prum terribilem in Erymantho monte Arcadiæ omnia vastantem & vorantem cepit, & ad Eurystheum, viuum perduxit. quod inuit, virtutem furori & rabiei non cedere, imò lōge antecellere. Impetus enim & furor per a prum indicatur, vt docet Pierius Hieroglyph. 9.*

*Continuum ob cursum) quarto, ceruam aëripedem, & celerrimam ante a cornua gestantem interfecit. quod ad sapientem referendum est, cui & ditissimi cedunt & opulentissimi. Vnde illud est Aristotelis in Politicis, facile esse ditari philosophis si velint. Lege proverb. Sapiens non eget.*

*Preci Mundus. Spernit auaritiam ) quinta pugna fuit, auiū Stymphalidum expulso sonitu ahenei cuiusdam instrumenti: quod est lucrum inane, & auaritiam respuerre, raptumque putare nefas. Sed quæ potest esse volucres per aërem volitantes, in quo tamen victum querere non possunt, cupidi, & auari hominis cogitationem ( alii atque aliis opibus semper inhiantem, qui tamē nec partis bonis vtatur, sed tenuissimo victu genium defraudet, & in quo consistat non habet ) latis arguunt qui quoniam vel natura deprauata, vel vsu longo induratus est, ad resipiscentiam aliquando pertrahi potest, quibusdam acerimæ orationis crepitaculis, quibus aut arceatur, aut submoveatur.*

*Vincit feminineos) sexto certamine mulieres Amazones debellauit, earumque reginam Hippolytam cepit, cui cingulum militare abstulit: quod est astutia muliebrem, & dolos hinc & hinc circunductos absindere, & vaftitiei materiam penitus eripere. Pet Amazo-*

Amazonam, mulierem belligerantem, meretricem intellige, quæ vel fortissimum possit deuincere.

*Expurgat sordes*) labore septimo Augiam repurgauit: quod designat vitiorum errorumque innatorum vel pullulantium ab animo expulsionem. Nihil est enim tam horridum tamque sordes, quod eloquentia non possit excoli.

*Illicitos edit*) octavo taurum luctamine domuit: quod est fontes abigere, & omne illicitum facinus, scelusque execrari.

*abigitque nocentes*) hinc nomen habuit ~~αλεξινάς~~, nā plerisque dictus est natus ad homines iuuandos.

*Barbaries*) nono, Diomedem regem Thraciae crudelissimū, qui sanguine & carnis humanis equos alere consuerat, perdomuit, & eius exēplo ipsum suis equis dedit pabulum. quod significat, Herculem eloquentię & sapiētia viribus barbarie & ferocitatē ab omnibus quas incoluerit, regionibus submouisse.

*Unius virtus*) decimo labore Geryonē tricorporem & tricipitē bello expugnauit, id est collectā & vnaminem hostiū multitudinē sua virtute torsit & viator euasit. De Geryone in superiorib. fatis.

*Inuenit in patriam*) Undecimo aurea mala Hesperiū, occiso prius draconē perwigili, sustulit: quod est referendum ad facundiæ cornucopiā abundantem, & facultates innumerabiles secum reportatē.

*Dolaper ora*) duodecimo & postremo, Cerberum tricipitem ab inferis viētum ad auras deduxit: quod fortitudinē per omnia omnium ora volitantē & immortalem nominis gloriam nunquam intermorituram designat: Nam, ut ait Diodorus, magnos multosq; dum vixit, labores & pericula sponte adiit Hercules, ut pro suis erga omnes gentes beneficiis immortalitate donaretur.

*Noe canis unginea reclinata forsa catena*.

*Cin tres sum lingue* ~~et legem suam~~ *In aqua*  
*Vale quid agit detinens in spacie 400 24*



*Herculeos spurijs semper celebretis honores:*

*Nam vestri princeps ordinis ille fuit.*

*Nec prius esse Deus potuit, quam sugeret infans*

*Lac, sibi quod fraudis nescia Iuno dabant.*

*Quamplurimi fuere nothi, qui fortitudine & animi dexteritate legitimis quibusque liberis excelluerunt, quique suscepserunt perfeceruntque quæ legiti-  
mi ipsi liberi nunquam exequi, nedum attingere po-  
tuere. talis Hercules fuit, ipsique omnes Iouis filij  
poëtarum fabulis decantati. Nothus etiam fuit The-  
mistocles, Æneas, Theseus, Romulus, sed & ipse Ale-  
xander Magnus, totius fermè orientis domitor, qui-  
bus adiiciam Constantiū Magnum; Theodori-  
cum Gothum, Gulielmum Normannum, & alios  
quamplures, qui nisi hereditate aliqua paterna freti,  
vix, aut nunquam potuissent consequi tantos rerum  
successus: ut ipse Hercules, qui ne fieri quidem Deus  
potuisset, id est, immortalem famam non obtinui-  
set, nisi*


set, nisi vbera Iunonis insciæ suxisset, ut putarunt  
Thebani. testis est Cælius Rhodig. lib. 21. cap. 21.

*spurij)nothi dicuntur illegitimi, qui incerto patre  
nati sunt. Olim depingebantur duobus elementis* *Hylas et  
S.P. quasi sine patre. rationes exquire apud Plutarch.  
in problem. Budæum annot. prioribus in Pandectas,  
& Alexand. ab Alexand. cap. 4. lib. 5.*

*Nec prius esse ) De Herculis apotheosi Cicero of-  
fic. 3. Plin. lib. 35. cap. 11. & Ouid. 11. Metam.*

## Imparilitas.

39.



*Vt sublime volans tennem secat aëra falco,*

*Vt pascuntur humi graculus, anser, anas:*

*Sic summum scandit super æthera Pindarus ingens;*

*Sic scit humi tantum serpere Bacchilides.*

Similitudine docet aliquam semper obseruandam  
esse in ingenii inæqualitatem. Sunt enim qui ut fal-  
co vel aquila volatu præstent, id est, qui ingenij viri-  
bus cæteris antecellant: sunt & qui humi duntaxat  
gradiuntur, ut aues illæ domesticæ, quibus una est

cura vulgatiora tantum consecutari: quod certe referrunt debiliora quæque ingenia & minus viuida, quæ tenues cogunt filiquas, quandoquidem plura & magis ardua velint, quam possint, cum nihil sciant præterquam simulare cupressum, ut loquitur Flaccus. Primas tenet inter Lyricos poëtas Pindarus, Bacchilides inferiora tantum consecutari dicitur. Potest non inconcinnè huc referri, quod in Oratore Cicero ait: Si quem aut natura sua, aut illa præstantis ingenij vis forte deficiet, aut minus instructus erit magnardum artium disciplinis, teneat tamen eum cursum quem poterit. Prima enim sequentem honestum est in secundis tertiusque consistere: Nam in poëtis non Homerò soli locus est, (ut de Græcis loquar) aut Archilocho, aut Sophocli, aut Pindaro, sed horum vel secundis, vel etiam infra secundos. Nec verò Aristotelem in philosophia deterruit à scribendo amplitudo Platonis. Nec ipse Aristoteles admirabili quadam scientia & copia cæterorum studia restinxit. Reuera tamen suspicor id Alciatum traducere voluisse, in quosdam legum doctores sibi nullo modo cōferendos, à quibus tamen vel impeteretur vel sugillaretur, ut colligere est ex eius scriptis.

*Sublime adiectuum neutrum pro aduerbio, more Græcorum.*

*Pindarus*) Pindarus Lyricorum poëtarum princeps imitationi inaccessus, ut referunt Horat. libr. 4. carm. & Macrob. 5. Saturnal. de quo Plinius lib. 7. cap. 29.

*Humi tantum serpere) sic Horatius:  
Serpit humili tutus nimium, timidusque procelle.*

*Bacchilides*) Lyricus Poëta, Cous genere, filius Medonis nothi Bacchilidæ athletæ, ut ait Suidas: tres fuisse Ælianus tradidit. hunc primū, aliū Athenensem, tertium Arcadem. Cæl. lib. 24. cap. 4. taxauit ut impendio loquacem Pindatus in Nemeis.



*Quod fine egregios turpi maculaueris orsus,  
In noxamq; tuum venteris officium;  
Fecisti, quod capra, sui mulieralia lactis  
Cum fent, & proprias calce profundit opes.*

Cum quispiam fermè toto æui curriculo prudenter probeque sese gesserit, & in extrema senectute, vel etiam post præclarè facta criminis aliquid aut vitij admittit, nec gloriæ præmium debitum expectat, efficit, ut capra quæ mulierami moto pede dispergit, totumque lac emissum, nescio qua negligenta effundit: qua de re Erasmus in proverb. Capra Scyria. Eiusmodi sunt qui è felici principio, id est, pueritia bene & liberaliter instituta digrediuntur ad mores corruptissimos, vitamque deploratissimā, ut Nero & Tiberius, qui è præclaris initii semper in peiora processerunt, & vitam omnium infelicissimam clauerunt. His annumerari potest Metellus Pius, qui cætero vita tuo continentissimus, ad extremū iam senex in Hispania consul fœdis indulxit

voluptatibus. Idem euenit Hottenio & Lucullo, &  
apud Græcos sapientissimo legislatori Soloni, An-  
tiocho magno, Xerxi & aliis quam multis; & ut etiam  
ex historia sacra colligere est, Sauli, Salomoni &  
Samsoni qui in peius progressi sunt. Id hominum  
genus a nostratis dicitur Brabantis simile, qui  
quanto seniores sunt, tanto sunt stultiores. Qua-  
de re Erasm. in proverbio, auris Bataua. lege & Ada-  
gia, primum Aegina optimos pueros alit: &, Man-  
drabuli more res succedit.

*Quod sine egregios orsus) optimum principium Liuius*  
lib. i. vt orsis tanti operis successus prosperos darent,

*Innoxamus tuum) proverbialis locutio, vt cum*  
officium dicitur in maleficium conuerti.

*multraria) vas in quo mulgetur, quod & multrum,*  
& multrale dicitur. Virgil. in Georgicis:

— *implebunt multraria vacca.*

*Calce) extrema pedis parte.*

Æmulatio impar.

141.



*Altinolam milvus comitatut degener harpam,*  
*Et prede partem sape cadentis habet.*

Multrum

*Mullum prosequitur, qui spretas sanguis ab illo*

*Præteritasq; audiens denatur ore dapes:*

*Sic mecum Oenocrates agit: at deserta studentum*

*Vtitur hoc lippo curia tanquam oculo.*

Ægrè ferebat D. Alciatus ænulum quempiā esse sibi syndromū, eum quidem legum interpretem audidores quodam malè affectos allicientē, qui quantum poterat, operam dabat, vt eius gloriam obscuraret, vel etiam eruditior habere: quem, vt imitatem ignarū, grauius pungat, per bella vtitur similitudine, ac tum non temperat ab iniuriis, vt pote in eum confictō nomine ὀνεογάτης, quasi dicas, vniuersitatis aut meritorior: & tandem lippum oculis appellat, quod ad iudicij imperitiā refertur. Quemadmodum, inquit, milius degener comitatut harpam alte volatē, vt iis vescatur ciborum reliquiis, quæ ex eius rostro frustulatum concidant: vtque farbus marinus pisciculus nullum pisces consequitur, vt quæ præterierit, arripere queat: codem modo mecum agit Oenocrates ille, ludimagiſter bibax, qui relictos à me quosdā discipulos excipit: quo iidem vntuntur, tanquam lippo oculo, id est, nullius iudicij doctore, & imperito legum interprete, cui sit Iuris ciuilis abstrusa sciencia penitus ignota.

*milius) auis rapacissima & gulosisima: de qua Plin.lib.10.cap.10. miluum verò degenerem dixit, vt suo Oenocrati accommodet.*

*harpam) Harpa auis voracissima. Στρῶν ἀπτόζει, à diripiendo dicta: de qua Plin.lib.11.cap.74.*

*mullū) genus marini piscis & fluuiatilis, qui quod gemina barba insignitur, barbatulus, barbo, vel barbatus dicitur. huius mentio est apud Plin. libr.9. cap.17. & 33. cap.11.*

*Sargus) sargus in mari nascens Aegyptiaco, qui teste Plin. eum quem lutariū nominant, comitatur: &*

illo cœnum fodiente , hic excitatum pabulum de-  
uorat : vnde hominē ex aliis laboribus sibi fructum  
& gloriam usurpatē , & alienam, vt dicitur, messem  
demetentem , qui velint significari, sargum & mul-  
lum pingunt. Sequitur enim sargi reliquias nullus,  
atq; vbi illæ excitato luto abierit, fodere enim potest  
nullus, descédit & pascitur, vt retulit Pierius lib. 30.  
*deserta curia*) Ironicōs dictum.

*Lippo oculo*) Ipsemet Alciatus prouerbiale hoc di-  
cendi genus interpretatur Patergōn lib. 6. cap. 12. vii.  
tanquam lippo oculo , inquit , prouerbialiter dici-  
tur de re qua carere nō possumus, cūm tamen dam-  
nosa nobis sit . eleganter Plaut. ad seruos improbos  
traxit , quos, quamuis dominum decipient , tamen  
retinet dominus , & vt potest, eorum opera vtitur,  
cūm vt velit non possit. eius carmen est in Persa:

*Ego neque libenter seruio, neque sum hero ex sententia,*  
*Sed quasi lippo oculo me meus herus vtitur, manum*

*Haud abstinere quid tamen, quin imperet mihi.*


Sed & apud eundem in Bacchilidibus sic senex lo-  
quitur:

*Lippo ille oculo seruus est simillimus, &c.*  
Lege prouerb. Lippo oculo similis.

Albutij

Albutij ad D. Alciatum, suudentis, ut de  
tumultibus Italicis se subducatur,  
& in Gallia profiteatur. 142.

*Martial. 15. Versica nux.*



Quæ dedit hos fructus arbor, celo aduena nostro,

Venit ab Eoo Persidis axe prius:

Translatu facta est melior, quæ noxia quondam

In patria, hic nobis dulcia poma gerit.

Fert folium lingue, fert poma simillima cordi;

Alciate hinc vitam degere disce tuam.

Tu procul à patria in pretio es maiore futurus,

Multum corde sapi, nec minus ore vales.

Albutij, cuius hoc Epigramma est, Aurelij Iure-  
consulti meminit Alciatus ipse libro prætermisso-  
rum 2. Hic monet, ut Alciatus à tumultibus & fa-  
ctionibus Italicis sese submoueat, & florentissimam  
Galliam perat, in qua futurus sit commendatior. Su-  
bit argumenti materiā à pomi persici translatione,  
quod in Perside virulentum fuit, in Italia vero con-

situm loci mutatione toxicū habere desit: Eodem modo si patriam relinquat, in extera regione admirabilem futurum Alciatum sperat, sicque tacite alludit ad illud euangelicum: Non est propheta sine honore, nisi in patria sua. Simile est quod Erasmus in quadam ad Alciatū epistola scribit: Pietatis erat, inquit, quod patriæ tuæ potissimum bonum ciuem præstare volueris: sed Deus voluit eruditioνē tuā velet in edito lucere pluribus. nā virtutis splendor nescio quo pacto in sua cuique patria ferè obscurior obtingit. Quod apertius (vt carminis nostri enarrationem habeamus magis perspicuam) Alciatus ipse met explicit in oratione quadam Ferrariae habitata, his omnino verbis: Scio, inquit, plerisque suspectam esse posse tam frequentem mutationē meam, qui nunc Auenioni, nunc Bitutigibus, nunc Ticini, nunc Bononiæ professus sim: nec deerūt qui inconstantia hoc tribuāt, tanquam nusquam possim consistere, & quod in carmine Horatiano est,

*Rome Tybur amem, ventosus Tybure Romam.*

Etenim non bene oposita mentis argumentū est, cūm quis huc atque illuc vagus discurrat, nec quiete potest, Ceterū mihi excusatio est in proptu, notissimumque omnibus est, me, dum bellicos tumultus subterfugio, turamque studiis meis sedem perquiro, diutissime esse peregrinatum, principumque iussionibus huc atque illuc agitatum, certam sedem tenere non potuisse. Idem in oratione Ticini habitata sic: *Quamplurimi vestrum optimè sciunt, vt belli calamitatibus ciectus relicta patria trans Alpes profectus sum: ibi professorio muneri additus, aliquot annos summa cum gratia morā traxi: quod an illorū humanitati tribuā, an qualibuscunque nostris studiis, nō satis scio. Tria certè magnifica hac in disciplina tribus in celeberrimis gymnasii mihi contigerūt, quæ nescio (quod circa arrogantiam dictum*

dictum sit) an cuiquam alij : primūm ut Auenioni, cūm nunquam ad eam diem cathedrā ascendissem, stipendium sexcētorum mereret, & ætate longè impar senioribus tamen æquarer: alterū in Biturigibus, buotū liberalitate magistratus christianissimi, ipso Rege adiuuante , secundo quām eō veneram anno duplicatum mihi est honorarium, & mille ducenti- que præstati: tertium est, quod tam à longinquis partibus in patriam ab excellentissimo Duce nostro ac- certitus, senatoria dignitate ornatus, hanc accessionē ne quidē cogitās tantū abest ut petierim, sum cō- secutus, hactenus ille. Nec verò prætermittā hoc per- fici symbolū à Paulo Iouio explicati in eo dialogo, qui est de notis armorū & amoris, cum inscriptione. *Translata proficit arbus,* ipsique D. Alciato ascribi. Ceterū pomum perficium notum fuisse eius qui in alio cælo ntelior sit, tradit Pietius lib. de sacris Ægyptior. literis 54.

*Quæ dedit hos?* Cūm Persæ aliquando in Roma- nos bellum gererent, infinitis in locis Italæ persica dicuntur plantasse, quæ in Perside venenum præsen- taneum ferunt. Hac tandem arbore hostes extinctū iti sperates: sed in Italia mutato solo naturam etiam mutauit, qua in opinione est Columella, vbi refert:

— *pomis cūm barbara Persis*

*Miserat, ut fama est, patriis armata venenū;*

*At nunc expositi paruo discrimine lecti,*

*Ambrosios præbent succos oblitæ nocendi.*

Id tamen non videtur Plinio verisimile lib. 15. cuius tamen aduersantur Galenus, Paulus Aegineta, Plutarchus & alij.

Princeps

Princeps subditorum incolumitatem procurans.

143.



Titanj quoties conturbant aquora fratres,  
Tum miseros nautas anchora iacula innat.  
Hanc prius erga homines Delphin complectitur, imis  
Tutius ut possit figier illa vadis.  
Quam decet hæc memores gestare insignia Reges,  
Anchora quod natus, se populo esse suo!

Plinius libro 18. ait Delphinum futuram tempestatem præfigere, quo circa ut φιλάρητος si nauem ventis agitatam offenditerit, tutius ut figatur, anchoram humano quodam instinctu dirigit: sic princeps quisque suorum maxime studiosus esse debet, pontifilium vero sanguine tempestate bellica, vel etiam infortunio alio impendente, ne suæ reipubl. statu possit aliquo modo perturbari, aut etiam dissolui. Ceterum Delphinum anchoræ illigatum pro insigni, & stemmate publico gesserunt olim nonnulli principes & Imperatores laudatissimi, ut Augustus Cæsar, T. Vespasian. Seleucus & Nicanor: nostroque sæculo

sæculo Ald. Manutius nobilis apud Venetos typographus. qua de re est elegantissima *παρένθεσις* in prouerbio, Festina lente, apud Erasmum. nostris etiā temporibus Gallici imperij Thalassiarachus, id est, Admiralus, insigne hoc circumferrit, ut nuper laudissimus princeps Philippus Chabotius. Huc refer adagium, Anchoram sacram soluere. Anchora praesidijs refugiique typus est. Pierius lib. 45.


*Titanj fratres*) venti qui Titanes dicuntur, à patre Titane Saturni fratre, Gigantes robustissimi, qui pro ventis usurpantur à poëtis.

*miseros*) Epitheton conueniens, vt illud est Lucani lib. 8.

— *miseros fallentia nautas*  
*Sydera non sequimur.*

In senatum boni principis. 144.

Dialogismus.



*Effigies manibus truncæ ante altaria diuinæ*

*Hinc resident: quarum lumine capta prior.*

*144*

*Signa*

Officium bonorum / Iacobus. 144. 11. 2.

Signa potestatis summae, sancti senatus  
l. 13. Thebanis fuerant ista reperta viris.

Vnde favor. Cur resident? quia mente graues decet esse quieta  
ad insulam. q. Iuridicos, animo nec variare leui.

foc. 491. Cur sine sunt manibus? capiant ne xenia, nec se  
492. 8c Pollicitis flecti munerebus uee finant.

Catus at est princeps, quod solis autibus absque

Institutus Ex quo Affectu, constans iussa senatus agit.

apud Gellius lib. 14. c. 4. ex Carneades lib. 1. ap. 30. n. 100.

Alciatus ipse oratione quadam in laudem Iustitiae  
civilis haec ait: Chrysippus Iustitiae imaginem ita ex-  
pressit, ut puellati virginis forma aspectu vehementi  
luminibus oculorum acerrimis conspiceretur, quod  
videlicet iudicem incorrupto esse iudicio, sanctum,  
seuerum, contra improbos inexorabilem, vi ac ma-  
iestate aequitatis, veritatisque terrificum esse oport-  
eat. Quapropter memoriae est traditum, magistra-  
tuum statuas a Thebanis ita solere formari, ut sine  
manibus essent: principum vero clavis oculis, nimis  
cum eam iustitiae naturam esse ostendentes, ut in-  
corrupta sit, nec prelio precibusue, aut aliena vili  
voluptati cedat.

Idem scribit Alexand. ab Alexand. lib. 3. Thebani,  
inquit, ut incorruptam Iustitiam signarent, nec va-  
riati gratia, iudicum imagines sine manibus, princi-  
pis vero sine oculis in foro proposuere, ut signis o-  
stenderent, iudices affectibus capi non oportere, cau-  
saque definita damnatos undecimuiris poenis affi-  
ciendos tradebant. Certe legibus diuinis & humanis  
audices a munerebus capiuntur arcentur: idcirco hi  
truncis manibus pinguntur: quod non praetermissi  
Pierius li. Hieroglyph. 35. Praeses ipse captus est oculis, ne affectu quodam moueatut. siquidem, ut a  
Cicero officioru 3. neque contra Rempub. neq; con-  
tra iusitrandum ac fidem amici causa vir bonus f

ciet; ne si index quidem erit de ipso amicō. Ponit enim personam amici , cūm induit iudicis : nam si omnia facienda sint quæ amici velint, non amicitiae tales, sed coniurationes putandæ sunt. quo circa non oculis utatur, sed auribus, ne citò moueat: & cūm ipsi dicenda est sentētia, meminerit se Deum habere testem, id est, mētem suam, qua nihil ipse dedit homini diuinius. Adhæc omnes sedent, quod animus eorum debeat esse optimè compositus, nec hinc atque hinc flecti, quod est levitatis: sedendo etenim & quiescendo fit anima prudens , ait philosophus. Interdum enim sedere idem est quod consilium capere; vt apud Plautum is qui nimio plus sapere se sedentem asserit. Vulgatumque est illud , Romanus sedendo vincit, id est consultando. Pierius lib. 43.

capiant ne xenia prohibetur enim 1. & 6. Deuteronomij, Ecclesiast. 42. & Proverb. 24. multisq; aliis  
in locis. A. 1500. f. 20. *S. Iacob.*

Cæcus at est princeps ) oculus in Hieroglyphicis probat. & adi-  
fauore usurpatur, ut tradit lib. 33. Pierius. Non est ~~negle~~ & invenit  
quod suspicionibus, aut conjecturis aliquid vspiam  
tribuat ipse iudex, nec litigantium verbis hæreat,  
sed probationibus manifestis veritatem inuestiget.  
Quod eleganti carmine complexus est monosticho  
poëta nescio quis: unde diximus dñm apñ cœquor  
pulvri æraboris. Alceste vsc  
Xvi. sign. C.  
194. Mito deha

Consiliarij principum. 145.

*Hecum genitos, & magnum fertur Achilleum*

In stabulis Chiton studuisse suis.

*Semiferum doctorem, & semiuitum Centaurum,*

*Aſſideat quisquis regibus, eſſe decet.*

*Est fera, dum violat socios, dum proterit hostes;*

*Está homo, dum simulat se populo esse pius.*

Chiro

Chiron Centaurus Saturni & Phillyræ filius (inde  
Phillyrides à poëtis dictus) superiore sui parte ho-  
mo, equus inferiore, datus creditur Achilli pædagogus,  
sub quo disciplinas liberales exceperit tradūt: ut  
enim ait Homerus, fecit eum oratorem verborum,  
factorem verò rerum, id est,

— διδασκέμενοι τάξι πάντα

μίνωστι φύτηρ' ἐμψοι, φενκτήρεστε ἐγω.

*Centaui.  
qm j apponit  
Baboul. ad  
Myth. 4. fo  
459. de  
Dolus ad  
Sen. Eng.  
61.*

Ferina in Chirone natura variis modis exponitur à  
Mythologis: sed hic notantur maxime principum  
regumque consiliarij, qui ferinam quidem & plus  
quam belluinam naturam referunt, cùm suo princi-  
pi praua consilia suggerunt, vt populares suos pecu-  
niis emungant, vel suo commodo, Reipubl. procu-  
rent incommodum. Speciem humanitatis habent,  
cùm iustitiae & pietatis imagine populum sibi de-  
uinciant. Quod itidem explicatum est ab ipso Al-  
ciato, lib. 9. Parergón, cap. 13. his omnino verbis: In  
Græcis auctoriis annotati à Chirone Centauro  
Achillem aliosque regum filios eruditos fuisse fingi,  
quod soleant doctores & cōsultores principum na-  
tura quidem feri esse, & promptum ad asperiora in-  
genium habere: humanitatem verò in speciem tan-  
tum præ se sette.

*genitos) liberos.*

*magnum Achillem*) Diximus in superioribus, Ma-  
gni cognomen paucis quibusdam, & iis illustribus,  
tributum esse, vt Alexandro, Pompeio & aliis. Plu-  
tarach. in Pompeo.

*Opulentia tyranni, paupertas  
subiectorum.*

146.

*Humani quod splen est corporis, in populi re  
Hoc Cesar fiscum dixerat esse suum.*

*Splene*

~~12-Cap. 16. 10.~~  
EMBLEMATA.

~~385~~  
~~Parva flos~~  
~~adversarij~~  
Splene aucto reliqui tabescunt corporis artus.

Fisco aucto arguitur ciuica pauperies.

Similitudine ostendit opulentiam tyranni, causam esse subditorum inopit. vt enim in corpore humano si splen sit auctior & tumidior, tabem & maciem ceteris partibus ingenerat. Rationem ad fert Aristot. in Problem. Quod splen multam ad se trahit materiam, quæ in pinguedinem transfire debebat: Nam è diuerso ait homines parui splenis pingues effici. Splen autem viscus est in sinistra animalis parte succos ad se attrahens crassos & melancholicos in hepate genitos. Lienem Latini vocat, de quo Galenus lib. 4. de vſu partium cap. 15. Ad hæc id Traiani Cæsar is apophthegma fuit: siquidem fiscum lienem appellabat, quod eo crescente reliqua membra tabescerent. Magno certe regni & Reipubl. malo princeps auarus nascitur, cui nimirum census publici, & vectigalia plus æquo placeant. quo sit ut miserrima plebecula redigatur ad incitas, & extremam pauperiem. Certatim à doctis illud Tiberij celebratur, boni pastoris esse tondere pecus, nō deglubere. Quod damnabat tyrannos illos οὐκεῖσθαι παυμόντες qui suis abradunt quicquid possunt, & sic importuniis in fiscum suum conuertunt, ut à misera plebecula non pellem modò, sed & carnē ipsam detractam ve- lint. Eandem sententiā, sed aliis verbis expressam, ab Alexandro Macedonio habemus. Huic enim cùm displicerent exactiones, eorumque potissimum qui à subditis ampliores vectigalium redditus, quam per fortunas hominum liceret, extorquebant, apud suos dictabat νηποὶ μηδεὶς τὸν δῆλον εἰριεντα τὰ λέ- χανα, Olitorem odi qui radicibus herbas conuellit, atque ab ima stirpe arbores excidit. Refer huc proverb. Lucri bonus est odor ex re qualibet. Lege Cælium Rhodig. lib. 4. cap. 18.

386 ANDREAE ALCIATI

fiscum) fiscus principis est; aerarium vero Reipub.  
ut docet Alciat. comment. in tit. de verb. sig. l. 17.  
vnde praefatos fisci thesaurarios dicimus. Budaeus  
annotationib. priorib. in Pandect. Lege Blondum  
triumph. Romæ lib. 5.

Arguitur ciuica pauperies) Constas Imperator Ro-  
manus dicebat opes publicas melius à priuatis pluri-  
bus haberi , quam intra vnum principis claustrum  
reseruari. Nec alienum est ab eo, quod ad Nicoclem  
scripsit Iosocrates: οὐ μεῖον ἐστι, inquit, σοι τὸ κράτος βα-  
σιλεῖσθαι, εἰ τὰς ἀρχαιώρες ὁρᾶς Ἀπογονίας γε  
περιεστέρες γενουδύρες διὰ τὴν σὺν ἡμίνεσται: Argu-  
mentum hoc tibi sit imperij recte honesteque ad-  
ministrati, vbi videris eos, quibus præs, tua diligen-  
tia curaque locupletiores & ditiores factos.

Quod non capit Christus,  
rapit fiscus.

147.



Exprimit humentes, quas iam madefecerat ante  
Spongolas, cupidi principis arcata manus.

Prædictio

Multa vana planaria  
provinciæ. Vns. Act. 5. Opp. 15.

~~unus eorum sed deinceps hucus poteris~~

EMBLEMATA.

Pronobit ad summum fures: quos deinde coercet,  
Vera ut in fiscum quæ male parta suum.

Principes auari eos publicis & maximis functionibus præficiunt, quos ingeniosos & strenuos esse norunt: qui si aliquando ad rem plus æquo attenti publica in priuatum transfundant, ( quales potissimum solent esse qui fisci rationes tractant) ita ut populum & regiones sibi commissas expilent, sæpenumero damnantur capitis, maleque parta bona fisco addicuntur, suntque tanquam spongiæ, quæ pro arbitrio nunc humectantur, aut arehantur. Exempla quamplurima sunt in monumentis antiquitatum, sed & in nostris Galliæ annalibus, quæ hoc non adduxero, quod peruria sint. satis erit exempli causa subiicere, quod Suetonius de Flauio Vespasiano scripsit: Solus est in quo meritò culpetur pecuniæ cupiditas (inquit) non enim contentus omissa sub Galba vestigalia reuocasse, noua & grauia addidisse: negotiaciones quoque, vel priuato pudendas pro palam exercuit. Creditur etiam procuratorū rapacissimum quemque ad ampliora officia ex industria solitus promouere, quo locupletiores mox condemnaret, quibus quidem vulgo pro spongiis dicebatur uti: quod quasi & siccos madefacceret, & exprimeret humentes. Ceterum nemine latere velim epigraphen huius tetrastichi tractâ esse ex caussa x v i f. q. septima, Canone Maiores. sic enim scriptum repetio: Maiores nostri ideo copiis omnibus abundabant, quia decimas Deo dabât, & Cæsari census reddebat: modò autem quia discessit deuotio Dei, accessit indictio fisci. Nolumus partiri cum Deo decimas, modò autem tollitur totum. hoc tollit fiscus, quod non capit Christus.

Principi arcta manus) Alludit ad illud Ouidianum:

An nesci longas Regibus esse manus?

Vide proverbiū, Longa Regum manus?

## Principis clementia.

148.

Vesperum quod nulla unquam rex spicula figet,  
Quodq[ue] alius duplo corpore maior erit;  
Arguit imperium clemens, moderataq[ue] regna,  
Sancta q[ue] iudicibus credita iura bonis.

Vesperum apiumque ea est natura, ut quem sequantur, principem habeant aliis proceriorem, & quasi honoratiorem, qui quanquam imperium in alias habeat, aculeo tamē caret. Quod expressit Faustus cūm ait;

*Quid metuus? Princeps diro caret inclitus a fratre.*

Nam inter virtutes alias, quæ principem maxime deceant, clementia est. M. Antonius, qui philosophi cognomen nō ab re est cōsecutus, nihil quicquā esse dicebat, quod Imperatorem Romanum magis deceret, quam clementia: eamque ob causam, neque in rebelles suos sanguinem voluit. Hinc apud Claudianum Theodosius Honorio salubre hoc consilium ingerit:


*Suus p[ro]p[ter]eus in primis; nam cūm vincamur in omnes  
Munere, sola Deos aequat clementia nobis.*

Compertum est Cæsarem Iulium Deorum numero ascriptum, quod clemēs ac mansuetus fuerit. Eadem virtus Augustum consecravit: Pij cognomen dedit, aliosque permultos immortalitate donauit.

*Ouid id ponatur, q[uod]?*

*Salus Regum, q[uod] est genitivus a p[ro]p[ter]eis fece*

*Quanto tunc est animus nostra oratione  
Tanto sit ignorantior. Tertius. Heantonius  
Marayius a R[ic]c[ard]o. cap. 203. l. 30.*



Phæbigena erectis Epidaurius infidet aris  
Mitis, & immanni conditum angue Deus.  
Accursunt agri, veniatq; salutifer orant:  
Annuit, atque ratas efficit ille preces.

Æsculapius insignis medicus, Diana precibus  
Hippolytum ab equis disceptum in vitam reuocauit;  
quam ob rem Iupiter iratus eum fulmine per-  
cussit. Post mortem Deus est habitus, & sub serpen-  
tis imagine diuinis honoribus affectus. Ad hæc tali  
cultus effigie Romam graui pestilentia laborantem  
dicitur liberasse. Ad quam aduectus est à templo si-  
bi sacro, quod erat quinque milibus ab Epidauro  
passuum. Historiam hanc fusius pertractant Val.  
Max. cap. de miracul. lib. 1. Plinius 24. cap. 4. Diuus  
August. in lib. de Ciuit. & Lactantius variis locis. ex  
quo notum illud Sereni:

Qui colis Aegeas, qui Pergama, quique Epidaurum,  
Qui quondam placida teclus sub pelle draconis  
Tarpeias arcis, atque indita templa peristi,  
Depellens temros praesenti numine morbos.

Hoc serpētis inuolucro nihil aliud verius & expressius intelligi datur, quām Seruator noster Christus, verus animarum nostrarum Aesculapius, & salutis humanæ vindex, qui sub serpentis figura priori lege in deserto à Mose legislatore appensus, omnes omnium morbos & vulnera sanitati restituit, & in cruce tandem omnes noxas & crimina expiauit. Ceterū non immeritò salutis notam serpens sibi vindetur vindicasse, à quo nimirum multa in humanū genus remedia proficiscuntur. qua de re pluribus lib. 16. de sacris Aegyptiorum literis Pierius.


*Epidaurius*) ab urbe notissima Peloponnesi in sinu Saronico, ex qua in serpentis imagine Romam adiunctus creditur. Propertius:

*Est Deus extinctum Cressis Epidaurius herbis,  
Resilituit patriis Androgeona focis.*

Lege Ouidium, lib. 15. Metamorphoseon.

## Respublica liberata.

150.



*Casaris exitio, cœn libertate recepta,  
Hac ducibus Brutis cusa moneta fuit:*

*Enseculi*

*Enficiuli in primis, queis pileus insuper astat  
Qualem missa manu seruitia accipiunt.*

Occiso in Senatu Iulio Cæsare à Bruto, Cassio, & cæteris coniuratis, ij ceu libertate populo restituta, fabricari numisma voluerunt, in quo cernebantur duo pugiones adiecto pileo. Pugio cædem patratam omnino significabat: pileus vero libertatem, ut refert Dion.lib.47. Hinc vulgare proverbiū, Vocare ad pileum; cuius meminit noctium Atticarum 7. cap.4. Gellius, & Macrobius primo Saturnal. Aurelius Victor scribit, mortuo Nerone sic cunctas prouincias, omnemque Romam exultasse, ut plebs induita pileis manumissionum, tamquam sæuo exempta dominio triumpharet. Sat notum esse arbitror libertatis indicium pileum fuisse, vnde & qui servi libertate donabantur, pileum gestabant raso capite. Cælius lib.20.cap.12.&c Politian.Miscell.70.cap.

*Missa manu seruitia ) Serui manumissi, liberi facti  
aut libertate donati.*

b 4

In

## In vitam humanam.

151.



*Plus solito humanæ nunc desit incommoda vita,*

*Heraclite: scatet pluribus illa malis.*

*Tu rursus, si quando alias, extolle cachinnum*

*Democrite: illa magis ludicra facta fuit.*

*Interea hæc cernens meditor, qua denique tecum*

*Fine sicut, aut tecum quo modo splene iocer.*

Heraclitus quoties domo egredieretur, ineptias humanas fletu solebat excipere, quod omnia illi misera & deploranda viderentur: contrà Democritus eadē de causa ridebat effusius, quod humanas actiones ludicas & stultas conspiceret: qui si hodie revulsant, ampliorem quidem & vberiore vel luctus vel risus materiam offendent, quam vñquam ante: quandoquidem omnia in dies deteriora fiant: quando enim vberior vitiorum copia? quando maior auaritiae patuit sinus? Proinde rectissime dictum ab Horatio:

*Damnoſa quid non imminuit dies?*

*Etas parentum peior auis tulit*

*Nos nequior es, mox datus*

*Progeniem vitiōsiorem.*

Dubium itaque relinquitur vitrum sequi sit satius, cūm sit vitrinque nec plane tutum, nec omnino probatum. Seneca in libro de trāquillitate vitæ, opinionem Democriti meliorem fuisse & conuenientiorem quam imitari deceat, quam Heracliti fletū, ait. in qua sententia fuit etiam Satyr. 10. Iuuinalis. Cæterū Emblema sumptum est ex incerti poëtæ Græci Epigrammate, quod tale est:

*τὸν βίον, ἡγάλειτε, ποὺν πλεούπερ ὅτι ἔχεις*

*δέκαρε, νῦν τὸ βίος ἐπειστρέψεις.*

*τὸν βίον ἀπὸ γέλας ἀμφιητε τοπλεον ἡ τρόπιν,*

*νῦν ὁ βίος πάντων δει γελούτερος.*

*eis ψήσεις δὲ καὶ αὐτὸς ὁ γῆν, τὸ μεταξὺ μετρώμενος*

*τοῦς ἀνθρώπους πλάνους, πῶς ἀντὶ στι γελάσω.*

(Heraclite) Heraclitus philosophus Ephesius, cuius vitam repeate ex Laertij lib. 9.

*extolle cachinnum) deride, naso suspende adunco.*

Cachinnus fictum vocabulum est à sono risus. est enim risus elatus, & solutus. Persius 1. Satyra:

*Ingeminat tremulos naso crisante cachinnos.*

(Democrite) Democritus Abderita fuit, de quo Plinius variis locis, & lib. 9. Laertius. Gelazinum fuisse cognominatum ob risus petulantiam notat Cælius Rhodig. lib. 4. cap. 1.

*splene incer) abunde rideam. lien siue splen sedes est*

*risus. Persius Satyr. 1.*

*— sum petulanti splene cachinno.*

*Jument*

*b s*

*Acre*

*Venetus regi patimone cogitans solebat*

*Democritus*

*Ære quandoque salutem  
redimendam.*

152.



*Et pedibus segnis, tumida & propendulus alio,*

*Hac tamen insidias effugit arte fiber.*

*Mordicus ipse sibi medicata virilia vellit,*

*Atque abicit, sese gnarus ob illa peti.*

*Huius ab exemplo disces non parcere rebus,*

*Et, vitam ut redimas, hostibus era dare.*

Apologus est Atsopicus de Castore, quem proditum est in venatione deprehensum suos sibi testes abscondere, atque eos proiicere, gnarum se eorum preceipue causa peti: Idq; signat ἵπποις αὐτόποται οἱ φέρεται τὸν τῆς ιερῆς σωτηρίας οἰδέα λόγον ἦπεν μάττων ποιῶν, hoc est, viros prudentes suæ salutis gratia non debere villam pecuniarum rationem habere. Potissimum vero urgente necessitate nō magni est ducendum, iacturam nummorū facere, si modò vitae pacto possit consuli. Id Aristippus suo exemplo demonstrauit, qui cùm in eadem nauicula cum piratis versari cognouisset, suas omnes pecunias

eunias de industria in mare proiecit, imprudenter se  
id fecisse simulans; præuiderat enim se ab iis quibus-  
cum nauigabat, spoliatum, & in aquas propter  
pecuniam præcipitatum iti: ut itaque abesset effe-  
ctus, causam sustulit. Idem Crates Thebanus cum  
thesaurum sponte perderet, hinc abite, ait, malæ di-  
uitiaz: satius enim est à me vos demergi, quam ego  
à vobis ipse. Cui potest esse affine Ouidianum illud  
primo de remedio:

*Ut corpus rodimas, ferrum patieris & ignes,*  
*Arida nec sitiens ora lauabis aqua.*

*Ut valeas animo, quicquam tolerare negabis?*  
*At pretium pars hæc corpore manus habet.*

Huc confer adagium, Pax redimenda.

*propendulus) propter pedum tarditatem & ventrem*  
*pendulum.*

*mordicus) od̄æξ, morsicatum, mordendo. Id tamen*  
Plin. negat lib. 32. cap. 3. non enim testes eorum, que  
vocatur Castorea, ab ipsis amputari censet, ex Sextij  
cuiusdam medicinæ diligentissimi sententia, sed par-  
uos esse substrictosque, & adhærétes spinæ, nec adi-  
mi sine vita animalis posse. *Vid. Boeal. ad Aquil. 1. fol. 84.*

*medicata) medicinis apta, ut apud Martialem, me-  
dicata pocula: medicata vina, apud Columellam*  
lib. 1. cap. 6.

*fæse gnarus ob illa peti) verba Plinij sunt lib. 8. ca. 30.  
quod easdem partes sibi ipsi Pontici amputant fa-  
bri, periculo urgente, ob hoc se peti gnari.*

*era) pecunias, materia pro materiato.*

Cum

Cum laruis non luctandum. 153.

*hunc s. p. ps.  
dignitatem  
Dicitur huius  
dignitatis  
Gloriosa  
Cap. 2. c. 15.*



- Videtur.* Ac acide moriens percussu cuspidis Hector,  
*Croci 90.* Qui toties hosteis vicerat ante suos,  
*Cod. 3.* Comprinere hand potuit vocem, insultantibus illis,  
*et leonis.* Dum curru & pedibus nectere vincla parant.  
*Disfrahite ut libitum est: sic cassi luce leonis*  
*Conuellunt barbam vel timidi lepores.*
- B. et alij. 11.* Id sumptū esse liquet ex Homericē Iliados χ. Grēci Hectorem ab Achille iam imperfectū circunstan-  
*tes impetrabant, & mortuo insultabāt, nec erat quis-*  
*quam qui extincō vulnus non infligeret. Sic enim*  
*habet Homerus:*
- Ioc. 354.* — ἀλλεὶ δὲ μετασπαμον τίνεται χαλκός,  
*τὸι τοι διάτοιτο φύνει τοι εἴδος ἄγνωτον*
- Magni & Her. 110. 29c.*, οὐδὲ ἄρτε οἱ τίς αὐτοντίγε παρέστη, hoc est,  
*Arg. f. 169. b.* At reliqui Graij accurritunt cinguntque cadauer,  
*Hectoris eximiam spectem formamque stupentes:*  
*Nec tamen astigit exanimi sine vulnere quisquam.*
- Cæterū videtur Distichon Emblematis tertium ē*  
*quodant incerto auctore petitum, cuius tale est*  
*Epigramma,*

*Romanus*

Βάλλεται τῶν μὲν πότμων ἐμὸν δέμας, ὃν καὶ ἀυτοῖς  
τερροῦ σῶνα λέοντος ἐφύγειζοντος λαζωῖ, quod sonat:  
Post mortem, Danai, nostrum configite corpus:  
Et lepores audient caco insultare leoni

Verba sunt Hectoris à Græcis bigis rapti, quibus timiditatem & μεμφαλοχίαν ab ingenuis bellatoribus omnino alienam arguit & perstringit. Allusum est autem ad proverbia, Iugulare mortuos: &, Mortuo leoni lepores insultant: &, Cum laruis luctari. Quibus monemur, ne quid in vita functos effundamus, aut iis obloquamur. Quemadmodum enim in bellis maximè ridiculum est, & ignavum prostratos atque iam interemptos ferire & iugulare: Sic intemperantiae est & certè dementiae maximæ, mortuos iniuriis probrisque afficere: ut sunt qui vel libris editis, vel priuatis, aut publicis colloquiis, priscorum, aut etiam clatorum virorum dogmata reuellunt, & nigro dente lacerat. Laërtius Chilonem ait veiuissè de mortuis male loqui, quod ignavum videretur eos incessere lingua, qui respondere non possent; ac turpe esset cum umbris & laruis luctari. nam id est sepultum quodammodo refodere. Sic Munatius Plancus cù audisset in se orationes quasdam factas ab Asinio Pollione, quas tamen nolle ante mortem edere, cum mortuis non nisi laruas luctari respondit.

*qui toties hostes*) Ouidiana est imitatio, ex primo de Arte:

*Qui toties socios, toties perterruit hostes.*

*Dum curru*) Hector ab Achille interemptus, bigis alligatus est circa Troie mœnia. Virgil. i Aeneid.

*Ter circum Iliacos raptauerat Helleora muros.*

*cæsi luce leonis*) lumine priuati. lux pro lumine & lumen pro vita usurpatur.

*Conuellunt barbam*) Alludit ad proverbiū, Barbam yellere, quod irrisio signum est. Persius Satyr. i.

Sic

*Si Cynico barbam petulans Nonaria vellat,  
Et Horatius primo Sermon.*

— *barbam tibi vellunt*

*Lasciuus pueri. —*

## De Morte & Amore.

154



Errabat socio Mors iuncta Cupidine: secum  
     Mors pharetras, paruus tela gerebat Amor.  
 Diuertere simul, simul una c' nocte cubarunt,  
     Cecus Amor, Mors hoc tempore cæca fuit.  
 Alter enim alterius male prouida spicula sumpfit,  
     Mors aurata, tenet ossea tela puer.  
 Debuit inde senex qui nunc Acheronticus esse,  
     Ecce amat, c' capiti florea ferta parat.  
 Ast ego mutato quia Amor me perculit arcu,  
     Deficio, iniiciunt c' mihi fata manum.  
 Parce puer, Mors signa tenens victricia parce:  
     Fac ego amem, subeat fac Acheronta senex.  
 Sumptum id appetet ex antiqua Græcorū fabula,  
     quā

quam Gallicis scriptis mandauit Ioannes Marius Illustrationum Galliae scriptor sua ætate præstantissimus. Figmento enim lerido sanè ac festiuo docet, cur plerique senex amori placido succumbant, quibus potius de fato imminente cogitandum erat; contrà iuuenes immatura morte decebat, quorum potius fuerat hilaram vitam ducere, & amorem conlectari, habita præsertum ætatis ratione. hoc expressit non inconcinnè aliquis, sed avorūpus.

Forte locum horroris plenum variisque timoris

Et Mors & penna prepete vent Amor.

Dum trepidant animis ignita Cupidinis arma,

Mors capit, & mortis frigida tela puer.

Hinc enata lues nostros irrepit in annos;

Hinc amat ipse senex, hinc perit omnis amans.

Nec verò pigebit ascribere loachimi Bellai epigramma in hanc sententiam; quod in eius tumulis & poetaatiis Latinis aliquando legisse me memini:

Mutarunt arma inter se Mors atque Cupido;

Hic falcem gestat, gestat at illa facem.

Afficit hec animum, corpus sed conficit ille;

Sic moritur iuuenis: sic moribundus amat.

Ut fecat hic iugulos: oculos excecat & illa:

Illa ut amare docet, sic iubet iste mori.

Disce hinc, humana qua sint ludibria vita:

Mors thalamum sternit, sternit Amor tumulum.

Tu quoque disce tuas, Natura, inueterare leges:

Si perirent iuuenes, deperebuntque senes.

Mors aurata ab effectis & consequentibus mortis osca tela tribuuntur: Cupidini verò aurata, quod delectent, videanturque mente captis in aliquo esse pretio.

senex Acheronticus) Hunc loquendi modum videtur ex Plauto mutuatus, apud quem senex Acheronticus capularem & morti proximum significat.

Ast ego mutato Adolescentis est prosopopœia de Schenck quod I. Delim ad secur. 25. amore

*Yn die 8.  
Cognac,  
S. Marie  
M. J. S. 1710.*

amore conquerentis, quod ab ea mortifero telo sit affectus. Et sanè fere fit, ut immodicus amor in iuuenibus mortem accersat, quod potius imprudentia & insania iuuenili quam Cupidinis sagittis ascribendum est.

In formosam fato præceptam. 155



*Cur puerum mors ausa dolis es carpere Amorem,  
Tela tua ut iaceret, dum propria esse putat?*

Eiusdem est argumenti cum superiori, quo deflet cuiusdā formosæ virginis immaturum obitum. Increpat itaque mortem tanquam huius grauissimæ iacturæ causam, nimirum quæ Amori dormitati tela detraxerit: quo effectum est, ut postmodum letiferis pro blandis lœtisque viereunt. Quod quidem sæpenumero cōtingit cum puellæ amore captæ desprantes expirant, mortemque voluntariam, quam in spe non secura vitam, citius eligant. id sit autem immodica amoris vchementia.

In

In mortem præproperam.

156.



Qui teneras forma allexit, torsitq; puellas,  
 Pulchrior & tota nobilis vnde puer,  
 Occidit ante diem, nulli mage flendus, Aresti,  
 Quam tibi, cui i casto iunctus amore fuit.  
 Ergo illi tumulum tanti monumenta doloris  
 Astruis, & querulis vocibus altra feris.  
 Me sine abis dilecte? neque amplius ibimus vna?  
 Nec mecum in studiis otia grata teres?  
 Sed te terra teget, sed sati, Gorgonis ora,

De gorgoni in Medusa  
Vgine. Adelphos.

Delphinesq; tui signa dolenda dabunt. hunc p. I. 58. C. 1. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 559. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567. 568. 569. 570. 571. 572. 573. 574. 575. 576. 577. 578. 579. 580. 581. 582. 583. 584. 585. 586. 587. 588. 589. 589. 590. 591. 592. 593. 594. 595. 596. 597. 598. 599. 599. 600. 601. 602. 603. 604. 605. 606. 607. 608. 609. 609. 610. 611. 612. 613. 614. 615. 616. 617. 618. 619. 619. 620. 621. 622. 623. 624. 625. 626. 627. 628. 629. 629. 630. 631. 632. 633. 634. 635. 636. 637. 638. 639. 639. 640. 641. 642. 643. 644. 645. 646. 647. 648. 649. 649. 650. 651. 652. 653. 654. 655. 656. 657. 658. 659. 659. 660. 661. 662. 663. 664. 665. 666. 667. 668. 669. 669. 670. 671. 672. 673. 674. 675. 676. 677. 678. 679. 679. 680. 681. 682. 683. 684. 685. 686. 687. 687. 688. 689. 689. 690. 691. 692. 693. 694. 695. 696. 697. 697. 698. 699. 699. 700. 701. 702. 703. 704. 705. 706. 707. 707. 708. 709. 709. 710. 711. 712. 713. 714. 715. 715. 716. 717. 717. 718. 719. 719. 720. 721. 722. 723. 724. 725. 725. 726. 727. 727. 728. 729. 729. 730. 731. 732. 733. 734. 735. 735. 736. 737. 737. 738. 739. 739. 740. 741. 742. 743. 744. 745. 745. 746. 747. 747. 748. 749. 749. 750. 751. 752. 753. 754. 755. 755. 756. 757. 757. 758. 759. 759. 760. 761. 762. 763. 764. 765. 765. 766. 767. 767. 768. 769. 769. 770. 771. 772. 773. 774. 775. 775. 776. 777. 777. 778. 779. 779. 780. 781. 782. 783. 784. 785. 785. 786. 787. 787. 788. 789. 789. 790. 791. 792. 793. 794. 795. 795. 796. 797. 797. 798. 799. 799. 800. 801. 802. 803. 804. 805. 805. 806. 807. 807. 808. 809. 809. 810. 811. 812. 813. 814. 815. 815. 816. 817. 817. 818. 819. 819. 820. 821. 822. 823. 824. 825. 825. 826. 827. 827. 828. 829. 829. 830. 831. 832. 833. 834. 835. 835. 836. 837. 837. 838. 839. 839. 840. 841. 842. 843. 844. 845. 845. 846. 847. 847. 848. 849. 849. 850. 851. 852. 853. 854. 855. 855. 856. 857. 857. 858. 859. 859. 860. 861. 862. 863. 864. 865. 865. 866. 867. 867. 868. 869. 869. 870. 871. 872. 873. 874. 875. 875. 876. 877. 877. 878. 879. 879. 880. 881. 882. 883. 884. 885. 885. 886. 887. 887. 888. 889. 889. 890. 891. 892. 893. 894. 895. 895. 896. 897. 897. 898. 899. 899. 900. 901. 902. 903. 904. 905. 905. 906. 907. 907. 908. 909. 909. 910. 911. 912. 913. 914. 915. 915. 916. 917. 917. 918. 919. 919. 920. 921. 922. 923. 924. 925. 925. 926. 927. 927. 928. 929. 929. 930. 931. 932. 933. 934. 935. 935. 936. 937. 937. 938. 939. 939. 940. 941. 942. 943. 944. 945. 945. 946. 947. 947. 948. 949. 949. 950. 951. 952. 953. 954. 955. 955. 956. 957. 957. 958. 959. 959. 960. 961. 962. 963. 964. 965. 965. 966. 967. 967. 968. 969. 969. 970. 971. 972. 973. 974. 975. 975. 976. 977. 977. 978. 979. 979. 980. 981. 982. 983. 984. 985. 985. 986. 987. 987. 988. 989. 989. 990. 991. 992. 993. 994. 995. 995. 996. 997. 997. 998. 999. 999. 1000. 1001. 1002. 1003. 1004. 1005. 1005. 1006. 1007. 1007. 1008. 1009. 1009. 1010. 1011. 1012. 1013. 1014. 1015. 1015. 1016. 1017. 1017. 1018. 1019. 1019. 1020. 1021. 1022. 1023. 1024. 1025. 1025. 1026. 1027. 1027. 1028. 1029. 1029. 1030. 1031. 1032. 1033. 1034. 1035. 1035. 1036. 1037. 1037. 1038. 1039. 1039. 1040. 1041. 1042. 1043. 1044. 1045. 1045. 1046. 1047. 1047. 1048. 1049. 1049. 1050. 1051. 1052. 1053. 1054. 1055. 1055. 1056. 1057. 1057. 1058. 1059. 1059. 1060. 1061. 1062. 1063. 1064. 1065. 1065. 1066. 1067. 1067. 1068. 1069. 1069. 1070. 1071. 1072. 1073. 1074. 1075. 1075. 1076. 1077. 1077. 1078. 1079. 1079. 1080. 1081. 1082. 1083. 1084. 1085. 1085. 1086. 1087. 1087. 1088. 1089. 1089. 1090. 1091. 1092. 1093. 1094. 1095. 1095. 1096. 1097. 1097. 1098. 1099. 1099. 1100. 1101. 1102. 1103. 1104. 1105. 1105. 1106. 1107. 1107. 1108. 1109. 1109. 1110. 1111. 1112. 1113. 1114. 1115. 1115. 1116. 1117. 1117. 1118. 1119. 1119. 1120. 1121. 1122. 1123. 1124. 1125. 1125. 1126. 1127. 1127. 1128. 1129. 1129. 1130. 1131. 1132. 1133. 1134. 1135. 1135. 1136. 1137. 1137. 1138. 1139. 1139. 1140. 1141. 1142. 1143. 1144. 1145. 1145. 1146. 1147. 1147. 1148. 1149. 1149. 1150. 1151. 1152. 1153. 1154. 1155. 1155. 1156. 1157. 1157. 1158. 1159. 1159. 1160. 1161. 1162. 1163. 1164. 1165. 1165. 1166. 1167. 1167. 1168. 1169. 1169. 1170. 1171. 1172. 1173. 1174. 1175. 1175. 1176. 1177. 1177. 1178. 1179. 1179. 1180. 1181. 1182. 1183. 1184. 1185. 1185. 1186. 1187. 1187. 1188. 1189. 1189. 1190. 1191. 1192. 1193. 1194. 1195. 1195. 1196. 1197. 1197. 1198. 1199. 1199. 1200. 1201. 1202. 1203. 1204. 1205. 1205. 1206. 1207. 1207. 1208. 1209. 1209. 1210. 1211. 1212. 1213. 1214. 1215. 1215. 1216. 1217. 1217. 1218. 1219. 1219. 1220. 1221. 1222. 1223. 1224. 1225. 1225. 1226. 1227. 1227. 1228. 1229. 1229. 1230. 1231. 1232. 1233. 1234. 1235. 1235. 1236. 1237. 1237. 1238. 1239. 1239. 1240. 1241. 1242. 1243. 1244. 1245. 1245. 1246. 1247. 1247. 1248. 1249. 1249. 1250. 1251. 1252. 1253. 1254. 1255. 1255. 1256. 1257. 1257. 1258. 1259. 1259. 1260. 1261. 1262. 1263. 1264. 1265. 1265. 1266. 1267. 1267. 1268. 1269. 1269. 1270. 1271. 1272. 1273. 1274. 1275. 1275. 1276. 1277. 1277. 1278. 1279. 1279. 1280. 1281. 1282. 1283. 1284. 1285. 1285. 1286. 1287. 1287. 1288. 1289. 1289. 1290. 1291. 1292. 1293. 1294. 1295. 1295. 1296. 1297. 1297. 1298. 1299. 1299. 1300. 1301. 1302. 1303. 1304. 1305. 1305. 1306. 1307. 1307. 1308. 1309. 1309. 1310. 1311. 1312. 1313. 1314. 1315. 1315. 1316. 1317. 1317. 1318. 1319. 1319. 1320. 1321. 1322. 1323. 1324. 1325. 1325. 1326. 1327. 1327. 1328. 1329. 1329. 1330. 1331. 1332. 1333. 1334. 1335. 1335. 1336. 1337. 1337. 1338. 1339. 1339. 1340. 1341. 1342. 1343. 1344. 1345. 1345. 1346. 1347. 1347. 1348. 1349. 1349. 1350. 1351. 1352. 1353. 1354. 1355. 1355. 1356. 1357. 1357. 1358. 1359. 1359. 1360. 1361. 1362. 1363. 1364. 1365. 1365. 1366. 1367. 1367. 1368. 1369. 1369. 1370. 1371. 1372. 1373. 1374. 1375. 1375. 1376. 1377. 1377. 1378. 1379. 1379. 1380. 1381. 1382. 1383. 1384. 1385. 1385. 1386. 1387. 1387. 1388. 1389. 1389. 1390. 1391. 1392. 1393. 1394. 1395. 1395. 1396. 1397. 1397. 1398. 1399. 1399. 1400. 1401. 1402. 1403. 1404. 1405. 1405. 1406. 1407. 1407. 1408. 1409. 1409. 1410. 1411. 1412. 1413. 1414. 1415. 1415. 1416. 1417. 1417. 1418. 1419. 1419. 1420. 1421. 1422. 1423. 1424. 1425. 1425. 1426. 1427. 1427. 1428. 1429. 1429. 1430. 1431. 1432. 1433. 1434. 1435. 1435. 1436. 1437. 1437. 1438. 1439. 1439. 1440. 1441. 1442. 1443. 1444. 1445. 1445. 1446. 1447. 1447. 1448. 1449. 1449. 1450. 1451. 1452. 1453. 1454. 1455. 1455. 1456. 1457. 1457. 1458. 1459. 1459. 1460. 1461. 1462. 1463. 1464. 1465. 1465. 1466. 1467. 1467. 1468. 1469. 1469. 1470. 1471. 1472. 1473. 1474. 1475. 1475. 1476. 1477. 1477. 1478. 1479. 1479. 1480. 1481. 1482. 1483. 1484. 1485. 1485. 1486. 1487. 1487. 1488. 1489. 1489. 1490. 1491. 1492. 1493. 1494. 1495. 1495. 1496. 1497. 1497. 1498. 1499. 1499. 1500. 1501. 1502. 1503. 1504. 1505. 1505. 1506. 1507. 1507. 1508. 1509. 1509. 1510. 1511. 1512. 1513. 1514. 1515. 1515. 1516. 1517. 1517. 1518. 1519. 1519. 1520. 1521. 1522. 1523. 1524. 1525. 1525. 1526. 1527. 1527. 1528. 1529. 1529. 1530. 1531. 1532. 1533. 1534. 1535. 1535. 1536. 1537. 1537. 1538. 1539. 1539. 1540. 1541. 1542. 1543. 1544. 1545. 1545. 1546. 1547. 1547. 1548. 1549. 1549. 1550. 1551. 1552. 1553. 1554. 1555. 1555. 1556. 1557. 1557. 1558. 1559. 1559. 1560. 1561. 1562. 1563. 1564. 1565. 1565. 1566. 1567. 1567. 1568. 1569. 1569. 1570. 1571. 1572. 1573. 1574. 1575. 1575. 1576. 1577. 1577. 1578. 1579. 1579. 1580. 1581. 1582. 1583. 1584. 1585. 1585. 1586. 1587. 1587. 1588. 1589. 1589. 1590. 1591. 1592. 1593. 1594. 1595. 1595. 1596. 1597. 1597. 1598. 1599. 1599. 1600. 1601. 1602. 1603. 1604. 1605. 1605. 1606. 1607. 1607. 1608. 1609. 1609. 1610. 1611. 1612. 1613. 1614. 1615. 1615. 1616. 1617. 1617. 1618. 1619. 1619. 1620. 1621. 1622. 1623. 1624. 1625. 1625. 1626. 1627. 1627. 1628. 1629. 1629. 1630. 1631. 1632. 1633. 1634. 1635. 1635. 1636. 1637. 1637. 1638. 1639. 1639. 1640. 1641. 1642. 1643. 1644. 1645. 1645. 1646. 1647. 1647. 1648. 1649. 1649. 1650. 1651. 1652. 1653. 1654. 1655. 1655. 1656. 1657. 1657. 1658. 1659. 1659. 1660. 1661. 1662. 1663. 1664. 1665. 1665. 1666. 1667. 1667. 1668. 1669. 1669. 1670. 1671. 1672. 1673. 1674. 1675. 1675. 1676. 1677. 1677. 1678. 1679. 1679. 1680. 1681. 1682. 1683. 1684. 1685. 1685. 1686. 1687. 1687. 1688. 1689. 1689. 1690. 1691. 1692. 1693. 1694. 1695. 1695. 1696. 1697. 1697. 1698. 1699. 1699. 1700. 1701. 1702. 1703. 1704. 1705. 1705. 1706. 1707. 1707. 1708. 1709. 1709. 1710. 1711. 1712. 1713. 1714. 1715. 1715. 1716. 1717. 1717. 1718. 1719. 1719. 1720. 1721. 1722. 1723. 1724. 1725. 1725. 1726. 1727. 1727. 1728. 1729. 1729. 1730. 1731. 1732. 1733. 1734. 1735. 1735. 1736. 1737. 1737. 1738. 1739. 1739. 1740. 1741. 1742. 1743. 1744. 1745. 1745. 1746. 1747. 1747. 1748. 1749. 1749. 1750. 1751. 1752. 1753. 1754. 1755. 1755. 1756. 1757. 1757. 1758. 1759. 1759. 1760. 1761. 1762. 1763. 1764. 1765. 1765. 1766. 1767. 1767. 1768. 1769. 1769. 1770. 1771. 1772. 1773. 1774. 1775. 1775. 1776. 1777. 1777. 1778. 1779. 1779. 1780. 1781. 1782. 1783. 1784. 1785. 1785. 1786. 1787. 1787. 1788. 1789. 1789. 1790. 1791. 1792. 1793. 1794. 1795. 1795. 1796. 1797. 1797. 1798. 1799. 1799. 1800. 1801. 1802. 1803. 1804. 1805. 1805. 1806. 1807. 1807. 1808. 1809. 1809. 1810. 1811. 1812. 1813. 1814. 1815. 1815. 1816. 1817. 1817. 1818. 1819. 1819. 1820. 1821. 1822. 1823. 1824. 1825. 18

Delphin quidē φιλαθρός & hominū amasius, hic notam amicitiae designat. Gorgonēū Medusæ caput pro mortis signo apud quosdam usurpatum, proque stupore & admiratione αἰδονοῦ inducente, ut apud Pierium lib. 16. Hieroglyph. diligenter explicatur.

*Nomisma de Cœnione  
ad Gall. lib. 12. c. 5.*

## Terminus.

157.

*Capitulum  
politicum  
cap. 36.  
propositum.*

Quadratum infoditur firmissima tessera saxum,  
Stat circata super pectore innago tenus,  
Et sese nulli profitetur cedere, talis  
Terminus est, homines qui scopus unus agit.  
Est immota dies, prefixaque tempora fatis,  
Deq[ue] serunt primis ultima iudicium.

Termini effigies in colle Tarpeio constituta, quæne ipsi quidem Ioui cedere voluerit, describitur pluribus ab Ouidio Fastorum 2. Lactantio, D. Augustino de ciuitat. 4. cap. 13. Blodo de Roma. triumph. lib. 1. & Gyraldo Syntag. 1. historiæ Deorum. Hic tamen Termini pictura nihil ulli cōcedentis mortem significat, quæ ineuitabilem habet in res quascunque necessitatem. Quidam tamen suspicantur his verbis Erasmi (vt loquuntur) immodestiam modestè carpi: quod in annulari digito Terminus depictum habuerit cum inscriptione: N V L L I C E D O: quasi significaret hoc symbolo in literarum cognitione se nemini cedere: eam ob rem eum plerique sugillarunt, interque cæteros Caruialus Franciscanus quadam apologia in Erasmus, cuius verba non pigebit ascribere: Male habet Erasmus, quod Ecclesiæ Doctores & Euangelistæ ad numerum quaternarium sint redacti, quod videat se non posse inter illos computari, neque credit se illis esse inferiorem, qui nulli cedit; hoc enim elogio sua scripta claudit Erasmus, *Cedo nulli.* &, ut nemini fas sit ignorare hanc

*convenit à Monachis. 30  
Nec nesciimus. cœnione  
Mors Sæpt. 1. p. Tom: cœnione cœnione libellata &c.*

Hanc Erasmi præcipuam insaniam, apponit Dei Termini effigiem cera signatam : qui Deus nec ipsi quidem Ioui cedebat. Nonne hęc Erasmi insolētia omnes eius insolentias superat ? non cedis Erasme Budęo? non cedis Capnioni, Clitoueo, Pico, aut Angelō? cedo, inquit, nulli. non cedis Augustino, Ambroſio, aut Hieronymo ? cedo nulli. non Hilario, Cypriano, Lactantio, aut Origeni? nulli. O felix s̄eculū, cui talis homo datus est. Haec tenus ille: quę hac parte, & quidem atiēte validiori retundit ingeniosus artifex Erasmus, ait enim : Ut doceat me discruciarī, quod non annumerarer quatuor Ecclesiæ doctoribus, profert symbolum annuli mei, in quo est figura Terminii: adieci, *Concedo nulli terminus*. & est Iambicus diameter. si inuertas, trochaicus est totidem pedibus, *Terminus concedo nulli*. At in fusili termino habet ὅρα τέλος οὐαρξίσθι: iterò Latine, Mors ultima linea rerum, indicans mortem nulli cedere, meque ipsum admoneo instare supremū vitæ diem, quemadmodum Prudentius:

*In istat terminus, & diem*

*Vicinum sentio iam Deus applicat.*

Idque scriptio quoque vulgato declarauit : hic itaque Terminus dicit omnibus, *Concedo nulli*, non Erasmus. At me ferociter appellat Pantalabus . Quid ait Erasme, nō cōcedis Clitoueo, nō Hilario, non Cyptiano, nō Budęo, nō Nebrisensi, nō Thomę, nō Augustino? Si vis ut meo nomine respondeam, nemini non cōcedo. Si postulas ut termini, id est, mortis nomine respondeam, dicam, Non cōcedo leonibus, non elephantis: non cedo monarchis & summis pontificibus, non cessi Prophetis & Apostolis : denique nec ipsi Francisco cessi . Eat nunc & iactet termini mei superbiam. Haec tenus Erasmus. Ad hęc apud autores colligere eit, Terminum sublimitatis & gloriæ symbolum esse , atque etiam disciplinarum cogni-

tionem signare. Qui enim strenue decurso spatio in literis profecerit, & ad tranquillum iam vitæ portū applicuerit, vnde cunque prudentissimus effectus, neque secundis intumescit insolenter, neque aduersis perturbatur, atque in vitramque fortunam ita se comparat, ut æquum & indomitum ad omnes causas animum præ se ferat. Pierius lib. 3.8. & 49.

## Opulenti hæreditas. 158.



*Patroclum falsis rapiunt hinc Troës in armis,*

*Hinc socij, atque omnis turba Pelasga vetat.*

*Obtinet exuuias Hector, Gracijs, cadauer.*

*Hac fabella agitur, cùm vir opimus obit.*

*Maxima rixa oritur, tandem sed transigit hæres,*

*Et coruis aliquid, vulturijs sinit.*

Patrocli sub falsis armis ab Hectore interfecti, mythicē historiā enarrat. Ut enim hoc mortuo Hector ipse eius exuuias sibi retinuit, Graci vero corpus interemptū, vt sepulturæ beneficio donaretur, magna pecunia redemerunt: Sic diues postquam supremum

vitæ diem clausit, concertationem, rixamque inter  
heredes de possessione relinquit. Cadauer ipsum  
humo a sacerdotibus pro pietatis ratione mandatū,  
impensarum aliquid funeralis gratia facit. Itaque Pa-  
troclus diuitium est typus, qui falsis armis non pro-  
priis belligerant, id est opibus & diuitiis, quæ exten-  
na non propria bona sunt. succumbit tandem & pro-  
steratur, quod eiusmodi praesidiis homo suam me-  
tiri felicitatem minimè debeat.

*Falsis in armis*) Alludit ad illud Ouidianum:

*Sive Menetiadem falsis cecidisse sub armis.*

*exuimus*) Hic exuicias pro præda quæ hosti detra-  
hitur, usurpat.

*Et corus aliquid*) Testamentorū captatores vulgata  
translatione vultures appellari obseruamus, quod  
senibus orbis aut aliis sibi consanguineis, ceu cada-  
ueribus inhient. Hinc illud Martialis:

*Cuius vulturis hoc erit cadauer?*

Et Seneca in Epistolis, At si hereditatis causa id facit,  
vultur est, cadauer expectat. & Dinarchus apud Plau-  
tum in Truculento:

— *Vide ut iam quasi vulturi triduo  
Præius prædiuinant, quo die esuri sient.*

*Illum inhiant omnes.*

Apuleio togati vulturij, causidici & patroni foren-  
ses sunt, in qua significatione hic accipi suspicor.

*prost. Ody magister testamenti.*

Amicitia etiam post mor-  
tem durans.

159.



Arentem senio, nudam quoque frondibus ulmum,

Complexa est viridi vallis opaca coma:

Agnoscitq; vices naturæ, & grata parenti

Officij reddit mutua iura suo.

Exemploq; monet, tales nos querere amicos,

Quos neque disiungat sedere summa dies.

Id à Græco Antipatti Epigrammate transtulit, cuius sic habet canticum:

αντρι μέ πλατάνοι ε φερτούσι στεκηνόπτες

ἀμπτηλος ὁδνείν δι' ἀμφιτέλην α κοιν,

η τοιούς εμοις θελέσουσιν ονειδρόφασ' ορθόπερος

βότρυας, η ταύτας οὐχ ἀπτηλοτέρη.

τοίλια μόνοι επειτα λιπνείσθω τις ἐταιρίας,

η περιεισθεῖς καὶ νέκυα εἰσθ μόνη.

Idem à Græco medico Latine factū reperi, cuius versionem huc ascribam, ut cum alia conferti possit:

Ornabar quondam ramis foliisque virebam,

In que meis vix frondibus ante alius.

*At nunc obrepens platanum me virus opacat,  
Arentem alternū frondē tota comis.  
Sic sibi quīque legat gratāmque educat amicam,  
Reddere post cimeres que benefacta queat.*

Significatur autem hac vite vlmum vigore iam destitutā comprehendēte ac sustinente (à qua nimirum ipsa prius adhuc tenera, & quasi pubescens incrementi occasionem materiamque sumperat) amicos nobis esse diligendos, qui nec temporum diuturnitate, nec locorū distantia, sed ne quidem post mortem amare desistant. Illudque est quod Phocion dixit, vt refert Stobaeus, ζητεῖν δεῖ καὶ σρά καὶ τέκνα καὶ φίλους τοὺς καὶ τὴν ἀπαλλαγὴν τὴν διον παρεχείσθαι, comparādos esse liberos & maritum & amicos qui ad mortem usque constantes sint.

*Arentem senio ) vlmis adiungi vites fuisse in more positum, vt etiam hodie in Italia, notius est quām vt cōfirmate necessē habeam. Porrò aduerte an huē traduci possint Catulli versus:*

*Vt vidua in nudo vitū quæ nascitur aruo,*

*Nunquam sc̄ extollit, nunquam mitem educat uiam,*

*Hanc nulli agricola, nulli accolere iuuenci:*

*At si forte eadem est ulmo coniuncta marito,*

*Multe illam agricole, multe accolere iuuenci.*

*Zoma)foliis, pampinis.*

*Vices natura) quæ nimirum mutantur in horaz,*

*vt iuuene senex citissimè fiat.*

*parentē) vlmō, à qua sustentata est, & incrementum cepit.*

€ 4

Mutuum

## Mutuum auxilium.

160.



Loripedem sublatum humeris fert lumine captus:  
Et socij hæc oculis munera retribuit.  
Quo caret alteruter, concors sic præstat uterque:  
Mutuat hic oculos, mutuat ille pedes.

Apparet sumptum id esse è Græco: Sic enim b.  
bro 1. Epigrammaton reperi:  
τυφλὸς ἀλπέων χωλὸι πόδες οὐραζεῖ,  
οὐμαστην ἀλογίσιοι αἱ τερψικρόμφοι.  
Ἄυτῳ δὲ οὐτε τελεῖς πορφὺς οὐδὲ φύπνη οὐριόδησαν,  
τοὐλάτες ἀλλήλαις αἰτταθερχόμφοι. id est, Græ-  
reo interprete:  
Cæcus claudum humeris gestat, pro munere tanto  
Ille oculos claudi, mutua dona refert.  
Imperfetti ambo coēunt, sed corpus in unum,  
Quodque deest socio præstat uterque suo.  
& illud eiusdem omnino argumenti, auctore Al-  
tiphilo:  
ἀμέτο μῆρη πηργὶ οὐ ἀλημόνεις, ἀλλ' οὐ μῆρη, οὐ τέλει,  
οὐ δὲ, Κάσσεις. ἀλλαδ' ἄλλος νόσος φέρει,

TURB

τυφλὸς γε χωλοῖο οὐτωνάδιον βέρεος ἔχει,  
ἀπραπτον ἴθυεισ δημητρίου ἀκροβύτει.  
ἢ μία δὲ αὐτοτέλεια πριν φύσις. εἰ γε ἐκάστῳ  
τούμπετες, ἀλλά λοις εἰς οἷς οὐρανόγενεστεν. hoc est.

*Ambo mendici cæcus, claudusque fuere,*

*Alter at alterius suffulit arte malum.*

*Attollens humeris claudum, qui luce carebat*

*Claudi oculos dubiam tentat inire viam.*

*Connuxere simul quod fors utrique negarat:*

*Natura ambobus sic satis una fuit.*

Sunt &c alia duo ad idem spectantia, quæ à doctis  
certatim conuersa huc non adiicio, sed illud tantum  
breuius ex Politiano ascribam, quod non nihil lepro-  
ris habeat:

τυφλὸς, ἄπτες τὸ ἕπειδεις ἀλλάλοις θεραποτες,

τυφλὸς ὁδηγεῖτο, νευτοφορεῖτο δὲ ἄπτες.

Ex quo intelligi datur ad sustentandam subleuan-  
damque humanæ vitæ inopiam homine hominem  
indigere: ut enim non omnis fert omnia tellus; sic  
quiuis nō abūdat quibuslibet. Vnde per uulgatas ha-  
bemus parcemias, Unus homo, nullus homo; manus  
manum fricat; multæ manus reddunt onus leuius  
& alia multa generis eiusdem.

*Appius Cæcilius Séneca patruo, Vol. Mar. 8.7.9.5.*

c s

Auxi-



Bina pericla viuis effugi sedulus armis,  
Cum premererit solo, cum premererit salo.  
In columnem ex acie clypeus me præstítit: idem  
Nauifragum apprensus littora adusque tulit.

Hoc è Græco Iulij Leonidē Epigrammate expref-  
fit Alciatus, in quo Mytili militis protopopœia est  
scutum suum celebrantis. Græcum sic habet:  
εἰνὶ καὶ νίκας ἔφυγος δέο μυρτίλος ὄπλῳ,  
τὸν αὐλόντανος, τὸν δὲ διπλάξαμψος.  
ἀργεῖς δέ τ' εἴσυτε νεῶς τρίπτων ἀποίδει δὲ τὸν  
σοθεῖς περιπλύεις οὐδετὶ οὐ πολέμω. Obisopœus sic:  
Effugi geminum clypeo discrimen in uno  
Mytilius, & pugnans fortiter atque natans.  
Arripui clypeum depresso flamine puppi  
Fluitibus oppressum, belligerisque viris.  
Huc refer & alia eiusdem argumenti Epigrammata  
lib. i. titul. eis rauózior. Scutum hoc nusquam in  
quouis periculo deficiens, sed etiam in iis auxilium  
præstans, quæ videtur alioqui abhorre ab yisu pro-  
prio

prio & naturali, typus est amici veri nūnquam non  
sappetias ferentis, vel etiam in iis quę videntur à sua  
facultate abhorre. Hoc etiam potest cōmodissimē  
transferri ad litterarum studia nūnquam non opor-  
tuna, nūnquam non iucunda, quibus nimirum non  
modò ab aduersariorū telis & hominū iniutiis tu-  
tamur, & tanquam opposito clypeo munimur, sed  
& eorum ministerio vsuque ē mediis huius mundi  
fluctibus ad tranquillum otij portum recipimus. Sic  
enim Myrtili clypeū Alciatus ipse met oratione qua-  
dā Ticini habitā intellexit. Tradūt, inquit, Zenonem  
philosophum, cùm naufragium fecisset, dixisse, se  
nunquam felicius nauigassè, quām cùm rebus amis-  
sis vacare philosophię deinde cœpisset. Idem & vsur-  
pate ego possum, qui cùm in patria otio quondam,  
nimiaque tranquillitate ferè marcescerem, atrocitate  
bellorum demum excitatus peregrinari cœpi, & ad  
hanc disciplinam confugi, quę mihi planè fuit, quod  
prouerbio Græco dicitur, Myrtili clypeus. fuit is in-  
gentis animi miles scuto pugnare solitus, qui cùm  
ad maritimā expeditionē nauigasset, submersa fortè  
nauī eidē clypeo innixus in tutum portum delatus  
est. De quo hunc in sensum Leonides poëta scripsit.  
*Bina pertula unus effugi Myrtillus armis,*

*Cum premererque solo, cum premererque sale.*

*Incolorem ex acie clypeus me præsistit, idem*

*Naufragum apprensus litus adusque tulit.*

Sic mihi hæc egregia professio omni in tempore,  
omni in fortuna auxilio fuit, quod ceu senectuti ve-  
stræ viaticum, vt & vos compareatis, horrör suadeo-  
que. Hæc ille,

Gratiæ.



Tres Charites Veneri assunt, dominamq; sequuntur:

Hincq; voluptates, atque alimenta parant.

Lætitiam Euphrosyne, speciosum Aglaia nitorem,  
Suadela est Pithus, blandus & ore lepos.

Cur nudæ: mentis quoniam candore venustas  
Constat, & eximia simplicitate placet.

An quia nil referunt ingrati, atque arcula inanis,  
Est Charitum? qui dat munera, nudus eget.

Addita cur nuper pedibus talaria? bis dat  
Qui citò dat. minimi gratia tarda preti est.

Implicitis vlnis cur ventitur altera? gratus  
Fænerat: huiç remanent vna abeunte due.

Iupiter iis genitor, cæli de semine diuas  
Omnibus acceptas edidit Eurynome.

Cōstituitur hīc Charitū psopographia, quales fer-  
mè & pictores & statuarij veteres expresserūt. Tres  
autem sunt æquè nudæ, virgines, iuuenes, hilares, &  
inuicem sibi adhærentes. Nudæ quidem, quia be-  
neficia

neficia non oportet esse fucata; in quibus simplicitas, & puritas animi maxime requiritur: Virgines autem & iuuenes, quod nunquam senescere debeat aut intermori accepti beneficij recordatio: Sibi conexæ & adhaerentes, quod, ut ait Sophocles, *καὶ τοιαὶ οὐρανοί*, quodque debeat esse perpetuum, & quasi continuum benevolentiae foedus. Adhac pedibus habent alata talaria, quod tardam gratiam esse non licet. Postremo unam auersam duæ aliae cōspiciunt; quod pro accepto beneficio duplum, & quasi cum fænore gratiam rependere debeamus. Has ex Eury nome louem suscepisse ferunt, ut affectum eiusmodi non tam humarum quam diuinum esse intelligas. Huius picturæ Pausanias in Æliacis diuersis locis meminit. & Seneca pluribus agit libro de beneficiis cap. 3. Porro huc non grauabor adscribere in Charitum eiconem Epigramma non illepidum, quod etiamnum extare Romæ, testis est Lilius Gyraldu<sup>s</sup> Syntag. 8. ascripsitque Alciatus ipse met cap. undecimo lib. primi Parergon:

*Sunt nude Charites, nudo de marmore: at illas*

*Diuina Columna suis ædibus intus habet.*

*Par tribus est facies, qualem decet esse sororum;*

*Par tribus est artas, par quoque forma tribus.*

*Grata Thalia tamen gemina conuersa sorori,*

*Implicat alternè brachia nexa modu.*

*Iupiter est genitor, peperit de semine Cœli*

*Eunomia, & Veneru turba ministra fuit.*

*Inde alitur nudus placida sub matre Cupido,*

*Inde voluptates, inde alimenta Dei.*

Charites δύο τις χαρογές, à lætitia, ut Phornutus ait sed & notissimo Græcorū adagio τις χάρεισι απέρδεται, Gratia sacrificare, iij iubentur qui tristes & solliciti sunt.

Veneri abistunt) Testis est in Æliacis posterioribus Pausanias, & Cælius lib. 28. cap. 18. ut significaretur, quæ

quæ voluntas ferret sine pugna citraque contentio-  
nem vllam, & qui dat, & qui accipit, transigerent.

~~143 b. 8  
seq. &  
144 a. 10~~ Latitiam Euphrosyne) notatio est nominu. Euphro-  
syne latitiam sonat, vel quæ hilaritatem facit, ~~magis~~  
tò διαρρέειν, latum reddere. \*

Aglata ) Splendorem, dignitatem & honestatem  
sonat, hinc ἀγλαιόματος, ἀγλαιζον, honoro, orno.

Suadela est Pithus) Thaliam intelligit quæ Suada  
sive Suadela persuasionis Dea, & à Græcis ~~ωνδα~~  
nominatur.

atque arcula inanis est Charitum ) huc referendum  
videtur quod de Simonide retulit Stobæus. Simonides  
παρεχεγκυτος την τοιούτην ποίησιν, καὶ χρειαν ιχει  
λέγεται, ἀργυρος δὲ μὴ σιδόντες, δύο εἰς τελεία  
χιλιότες, την μὲν γραφήν, την δὲ ἀργυρίου. καὶ τοιούτην  
τὰς χρεῖας, την μὲν τὸν χαρεῖτον περιειστενά  
εισίσθιον, την δὲ χρηστόν ποντίον. Simonides, rogante  
quodam ut sibi conscriberet encomion, & gratiam  
se relatum dicente, argentum autem non dante:  
duas, inquit, arcas habeo, unam Gratiarum, alteram  
argenti: & cum necessitas exigit, Gratiarum quidem  
arcam aperiens, inanem ipsam reperio, alteram vero  
solam mihi commodam puto. Sed hoc videti pos-  
set illiberale, nam libera & ultronea debet esse gratia,  
non coacta, aut illiberalis. adde, quod pulchrius &  
magnificentius est beneficium conferre, quam affici  
beneficio. Hinc enim illud Plutarchi: οὐνομέστε, τὸ  
δέ πάχετε, τὸ δέ ποιέτε καὶ μέτον κάρπαντε, οὐναὶ καὶ οὐδιαίστραι  
ποτι. χαρακτῆρας δὲ τοιούτην γραμμόν θέτε, τοιούτην χρεῖαν. οὐναὶ  
επειδὴ οὐ ταῖς χάρεσι τὰ διάφανα δέρματα, ἀγλαῖαν,  
καὶ διαρρέουσιν καὶ δάκρυα. τοιούτην ἀγλαῖαν μέρον καὶ τοιούτην  
χαρεῖτον καὶ τοιούτην την χρεῖαν, πλεῖστον δὲ καθαρόν  
τερον. διὸ τὸ πάχειν δέ αιχνεύοντας πολλόν, τοιούτην  
ἀγλαῖαν την, τοιούτην ποτεῖτο. hoc est, Epicurus ait non  
modò pulchrius esse beneficio afficere quam affici,  
sed & iucundius: nam nulla res perinde patit gau-  
dium,

dium, ut beneficentia. Sapiebat autem qui indidit  
Gratiis nomina, Aglaiæ, Euphrosynæ, & Thaliæ. si-  
quidem hilarem esse & gaudere in conferendo be-  
neficium, id est, & maius & purius. Itaq; multi pu-  
dore sæpe suffunduntur cum beneficium accipiunt,  
semper autem gaudent cum beneficium præstant.

*Bis dat qui citò dat*) Prouerbiale est ex Mimis  
Publianis:

*Bis est gratum, quod opus est ultrò si offeras.*

Itemque,

*Beneficium inopi bis dat qui dat celeriter.*

Vulgatum est etiam in hanc sententiam Luciani  
distichon:

*ἀνεῖσθι χάρετε γλυκερότεροι, λιγὸς δὲ βεβαδύων.*

*πάντα χάρεις κέντη, μηδὲ λέγοτο χάρεις.*

id est, ut retulit Ausonius,

*Gratia que tarda est, ingrata est gratia; namque*

*Cum fieri properat gratia, grata magis.*

Lege prouerb. Bis dat qui citò dat.

*Vlna*) brachiis. vlna frequentius pro longitudine  
duorum brachiorum extensorum accipitur.

*remant una abente due*) Siquidem referenda  
gratia nullum officium magis necessarium. Quod si  
quædam acceperis vtenda, maiore mensura, si modò  
possis, reddere iubet Hesiodus, & imitari agros  
ferules, qui multò plus reddunt quam acceperint.

*Eury nome*) Eurynomen dictam ait Seneca, quia latè  
patentis patrimonij sit, beneficia diuidere. Alij dicta  
Eurynomen, quasi latispascuam à spatiis pascuis.  
Alio porrò nomine dicitur Eurydomene, Εὐρυδομή, ab  
εὐρύδομη, abundanter do: aliis Eurymedusa à μέδουσῃ,  
quod rego significat, Hesiodus in Theogonia,  
τεῦχε δὲ ὅτι ἔπειρην χάρεται τέλε κακοτυφῆς.  
Huius meminit Homerus Iliad. 18.

*In  
Gratia fortis.*



Audent flagriferi matulae, stupidiq; magistri  
Bilem in me impuri peccoris euomere.

**Quid faciam: reddam' ne vices? sed nonne cicadam  
Ala una obstreperam corripuisse ferar?  
Quid prodest muscas operosis pellere slabris?  
Negligere est satius, perdere quod nequeas.**

Pædotribç & classici quidā ineptuli D. Alciato de-  
traxerant, eumq; dictis quibusdā cōtumeliosis laces-  
serant. Qui cum ægrè ferret se ab huiusmodi litera-  
toribus & magistellis importunè traduci, scripsit  
hoc Emblema dictâte indignationis affectu, reddit-  
que rationem cur pluribus non respondeat, quippe  
cùm existimet cum iis concertate sibi planè in-  
decorum esse, quandoquidem minorē à maiori pro-  
uocari nec iustum nec ingenuum sit. Quo in loco  
notanda est verborum energia vehemēs, & Satyriz  
comparationes, succinxta quidem, sed acres admo-  
dum, & quæ plurimum neruorum habeant.

*Flagriferi matule) Per contumeliam flagriferos appellat*

pellat eiusmodi pædagogistas obtrectatores. Eodem modo Plautus in Pseudolo dixit: Eo ingenio hi sunt flagitribæ, qui hæc habent consilia. Matula potrò vas est in quod vrina excipitur, & nonnunquam metaphoricōs usurpat pro homine fœtido & impuro, ut apud Plautum in Persa: Nunquam ego te tam matulam esse credidi.

*Bilem euomere*) Allegoria ab his qui cōcoquere nequeunt certos quosdam cibos præ stomachi debilitate. ~~hunc tangit. b. 2. cap. 1. 17. 18. 19.~~

*Reddanne vices*) Par parti referam?

*Cicadam ala corripuisse*) Respexit ad proverbum, Cicadam ala corripuisti. Animalculi hoc genus naturā garrulū ala si corripiueris, clariū obstrepet: ita si maledico præbeas occasionem odij, non modò non tacebit, sed & importuniūs obstrepet, & omnem bilem euomet.

*muscas operosis pellere fabris*) Doctum virum dedecet cum imperitis & inertibus grammaticulis concertare. Alludit autem ad proverb. Muscas depelle. quin & huc potest illud referri: Aquila non captat muscas. Musca autem in Hieroglyph. impiudenciam & improbitatem signat; quod & si crebrius abigatur, nihilominus redeat. Lege Pieriū lib. 6. & Orum lib. 1.

*Negligere est satius, &c.*) γνῶμη. Non est quod tam excrucies in eo vel persequendo, vel fugiendo, quod vitare nullo modo possis.



Lunarem noctu, ut speculum, canis inspicit orbem:

Seq<sup>z</sup>, videns, alium credit inesse canem,  
Et latrat: sed frustra agitur vox irrita ventis,  
Et peragit cursus surda Diana suos.

Carpit æmulos quosdam, imitatores, seu, ut dixerim verius, obtrectorum & maledicorum, qui cum doctrinæ vberem quandam felicitatem in magno aliquo & excuso viro conspiciant, conuitiis cum proscindunt citius quam imitantur. est enim illud vulgo tritum, πολλὰ μωμίσας πόνον δέσποινται μηδέποτε. Sumpta est δημοσίει a cane in Lunam latrante, suamque ipsius umbram temere conspiciente, sed qui eō plus ægrefatur, quod suo latratu lunam non deterreti neque incepsum cursum sistere videat. Eodem prorsus modo exercendi sunt importuni illi sycophantæ, & alienæ famæ captatores, quos non modò animum despondere, sed in rabiem agi deprehendes, cum ab iis qui læsi sunt, habetur contép:ui, nec eos responso aliquo dignantur. Cūq; enim hoc unum summè expetant,

perant, vt eiusmodi aculeis afficiatis, danda est tibi  
opera ne subitus iræ impetus animum à sua sede &  
statu dimoueat, sed dissimulandum, fingendaque  
vultus hilaritas, qua præ te feras quam minimi aut  
nullius plane momenti ea sint, quæ falsò & temere  
in te fetuntur. Sic enim fiet, vt tua hac tolerantia,  
calumniarū artifices desinant, maledicta & noscant  
sua, vel impotenti quodam dolore perculti rumpi,  
quod obesse tibi non potuerint. Qua de re pluribus  
apud Plutarc. in commentario, Quomodo quis uti-  
litatem ex inimicis capere queat. Caterūm canem  
pro inuidiæ typo quidam posuerunt, vt etiam pro  
adulatore & scurra. Pierius lib. 5. *per cuiuslibet casum hinc*  
*lunam rapere possit*


Lunarem orbem) Lunam.

Sequē videns) suam umbram.

furda Diana) Epitheti μεταφορά. Diana pro Luna  
apud poetas.

Aliiquid mali propter vici-  
num malum.

165.



Rapiebat iorrens ollas, quarum una metallo,  
Altera erat signi tenea facta manu.

d 2

Hans

420 ANDREAE ALCIATI

Hanc igitur rogat illa, velit sibi proxima ferri:  
 luncta ut præcipites viraque sistat aquas.  
 Cui lutea, Haud nobis tua sunt commercia cure,  
 Ne mihi proximitas hæc mala multa ferat.  
 Nam seu te nobis, seu nos tibi conferat unda;  
 Ipsa ego te fragilis sospite sola terat.

Insignis est apodus, quo admonemur cum potentiorebus, aut improbis societatem non esse in-  
 cundā; quia siquid acciderit infortunij, in infirmio-  
 rem semper reclinari soleat. Apodus Æsopo ascri-  
 bitur. Titulus Emblematis sumptus est ex Plauti  
 Mercatore, ait enim Lyfinachus: Nunc ego verum  
 illud verbum esse experior vetus, aliquid malū esse  
 propter vicinum malum. Pindarus Nem. eid. 3. do-  
 cet vilitatem maximam adferre vicinum, si sit idem  
 & amicus; cōtrā, si sit inimicus & malus. Quod bel-  
 le expressit Hesiodus:

*πῦρα κενὸς γέιτων, ὅσορτ' ἀγαδίς μεγ' ὄνειρα,*  
*καὶ τὸ βῆς δούλοιστ' εἰ μὴ γέιτων κενὸς εἴη.*

Quò etiam illud Virgilianum spectat:  
*Mantua ve misere nimium vicina Cremona,*

quo deplorat Mantuanorum infelicitatem, quibus  
 obfuit sola Cremonensium vicinitas, ait Seruius. Ita-  
 dem euenit Calcedoniis & Byzantinis, itemque Æ-  
 tolis & Acarnanibus, qui inter se finitimi mutuis ar-  
 mis & dissensionibus sese confecerunt. Itaque apud  
 nostros vulgo fertur, ei optimè cedere, qui bonū ha-  
 buerit vicinum. Cato senior eos, qui prædia empturi  
 essent, admonebat, vt præ cæteris animaduerterent  
 ne malum haberet vicinum. Celebratur & Themis-  
 toclis apophthegma. cùm quis enim prædium ve-  
 nale haberet, iussit præconem adiicere, ὃν οὐ ἀγαδίς  
 ἔχει γέιτων, quasi longe vendibilius esset vicini  
 commendatione. Apud Plautum pauper Euctio re-  
 cusat

euat affinitatem cum diuite Megadoro contrahere,  
his verbis:

*Venit hoc in metem mihi Megadore, te esse hominem diutem,*  
*Fatiosum, me item esse hominem pauperum pauperrimum:*  
*Nunc si filiam locasim meam tibi, in mentem venit*  
*Te bouem esse, & me esse asellum, ubi tecum cōunctus siem.*  
*Vbi omus nequeam ferre, pariter iaceam ego asinus in luto.*  
*Tu me bos magis haud respicias, \*gnatus quasi nūquā siem, \*forte*  
*Et se utar iniquiore, & me meus ordo irrideat.* notus  
*Neutrubi habeam stabile stabulum, siquid diuortij fuat.*  
*Asini me mordicus scindant, boves incurvant cornibus,*  
*Hoc magnū est periculum, ab asinu ad boves transcedere.*  
*Cæterūm hac icographia rapidus torrens repreſen-*  
*tat humanæ vitæ conditionem torrentis instar flu-*  
*xam, & celeri momēto euanescentem. etenim more*  
*fluentis aquæ labūtur tempora, vt cecinit Ouid. Olla*  
*ænea diuites opum congerie onustos, & graues; ter-*  
*rea verò pauperes significat, eos quidem facile in his*  
*mundi turbulentis fluctibus enatantes, & pericula*  
*graviora deuitantes. Videtur sanè Apologus ex Ec-*  
*clesiastici 13. expressus, cùm ait Sapiens: Pondus su-*  
*per se tollet qui honestiori communicat. Et dicitur*  
*tu ne socius fueris. Quid communicabit cacabus ad*  
*ollam? quando enim se colliserint, confringetur. Di-*  
*ues iniuste egit & fremet: pauper autem Iesus rache-*  
*bit. Fabellam sic redditam à Faerno huc ascribam;*

*Duas trahebat amnis ollas, aneam*  
*Unam, alteram autem fictilem.*

*Sed abena proprio prægrauata pondere,*  
*Sibique porrò præcauens,*  
*Suadere caput ante eunti fidili*  
*Contungi vti vellet sibi:*

*Quo rapidum aquarum sustinerent imbetum*  
*Iunctu utrinque viribus.*

*Cui fictilu: Tu a mihi, ait, vicinitas*  
*Non admodum placet soror:*


*Nam siue te mihi unda, siue me tibi  
Propè ad natantem illis serit,  
Ut sospitem te dura præstabit curia,  
Fragilem meam sic conteret. Sic  
Potentiorum semper est vicinitas  
Vitanda tenuisribus.*

Magnates enim locupletiores vicinis pauperculis nunquam cesserint, quippe qui eos non desinat exurgere dum ad nihilum pertraxerint, naturā cardami referentes, qui herbarum in propinquō nascentium humorē attrahit, vnde illas arere postea sit necesse.

*Altera erat sigilli, &c.) id est erat fictilis. æccepit.  
tua commercia tua cōsuetudo. Metaph. à mercibus.*

In eum qui truculentia suo-  
rum perierit.

166.



*Delphinem inuitum me in litora compulit aestus,  
Exemplum infido quanta pericla mari.  
Nam si nec proprius Neptunus parcit alumnis,  
Quis tunc homines nauibus esse putet?*

Totum

Totum hoc ἀληγορεῖται accipe. Delphin enim matrinis fluctibus obrutus consultorem virumque principem, vel etiam nota aliqua probitatis insignem, & populari turba beneficij loco iniurias, ludibria, mortemque ipsam referentem arguit: quales fuisse legimus Socratem, Aristidem, Phocionem, Demosthenem, M. Tullium, & alios quamplures, qui post preclarę facta innumeratasque difficultates, & pericula nomine patriæ exantlata, honoris & præmiorum vice iniustum exilium perferre coacti sunt. Delphin φιλαθηταπος, ut qui suis bene consultum velit: Pelagus ipsum, in quo pisces à piscibus afficiantur, & absumantur, orbis huius angustias multiplices & damna infinita refert, nimis in quo nemo sibi deterius quam ab homine nocumentum impendere norit. Cæterum hoc tetraстichon inuenio tralatum ex 3. Epigr. incerti cuiusdā hexasticho, quod tale est: κύματα καὶ τερχός με κλέψων ὅπλι χέρσον ἴσουειν

δελφῖνα, ξείνης κοινὸν ἔργαμα τύχει.

ἄλλ' ὅπλι μάρτυρις αἴνος, ἐλέσι τόπος. (οἱ γνῶμόντες,

Ἄριδος πρὸς τύμβον μὲν ἑτεφον δύσιστες)

καῦ δέ, τικῆσι θάλασσαι διώλασι· τις παρὰ πόντῳ  
πίστε, οἱ οὐδὲν ιδίης φέσιτο σωτήριος; hoc est,  
Delphinem pelagi rapidus me ad littora fluctus

Ludibrium cunctis, sorte volente, tulit.

Præsidum at pia terra dedit, me nanque videntes

Ornarunt tumulo conueniente viri.

Me mare quod genuit, sic sustulit: ergo age ponto

Quanta fides? natos perdit & ipse suos.

Nam si nec proprius, &c.) Collatio maioris ad minus.  
Potrò inter summas difficultates nauigationem posuerunt antiqui, ynde precepta de fugiendo mari, & terra incolenda. Dixit itaque Aristagoras, ὅτι πάσσα  
Σάλαντα Σάλαντα, id est, ex æquo periculosest esse  
mare, licet appellations habeat varias. & illud quasi  
perauulgatum ex Hecyra Comici:

**D**fortunate, nescis quid mali præterieris, qui nunquam ingressus es mare.

τοις τριάντα χρόνοις οὐδεὶς οὐδέποτε δύναται  
τριάντα τριάντα Εχθρῶν αἰωνος δύναται. 167.



Bellorum cepisse ferunt monumenta vicissim  
Scutiferum Aiacen, Hectoraq. Eliacum.

*Baltea Priamides, rigidum Telamonins ensem:*

*Instrumenta sua cepit uterque necis.*

*Ensis enim Aiacem confecit, at Hectora functum*

*Traxere Aemoniis cingula nexa rotis.*

Sic titulo obsequij, quæ mittunt hostibus hostes

Munera, venturi pre&scia fata ferunt.

Sumptus est hic titulus ἔχογε ἀνέρε τῷ οὐρανῷ, ex Sophoclis Aiace flagellifero, qui ait se, postquam ab Hectore inimicissimo accepit ensim muneris loco, nunquam quicquam boni à Græcis habuisse: vnde sic concludit:

Ex hoc loco Scholiastes elicit, ab amicis dona quilibet, vel etiam pretij minimi, boni esse consulenda; ab hostibus vero & inimicis ne pretiosissima quidem expetenda, ut pote perniciosa & noxia. *Sōzē* enim adiuvat, sunt *χρεῖαν*, id est infelicia dona, ut *μάτηρ* aquilae. Totum autem Emblema ex Greco tradutum liquet:

*πάντων ἀλλήλοις ἔκτωρ χάρειν, οὐδὲ φίσχασθαι  
αἴτιος, εἰ πολέμου μῆτρις ἐποργηθεῖσα.*

*ἔκτωρ γε γεωργοὶ λαβῶν, ξέφος ἔμπτελος μάτηρ.*

*πάντων δὲ χάρειν δέοντος + πέιρασται εἰς θεάτρον.  
τὸ δέξιος εἴτε αἴτιος μετεπότα, καὶ πάντες γεωργοὶ  
εἴληπτοι πριεμένην δίφερα συρίζοντο.*

*ἄντες εἴξενθρον ἀντοικία πέιραστο δέοντο,  
εἰς χάρειτος προσφάστει μούραν ἔχοντα μέρον.*

Subiiciam & breuius epigramma, eiusdem omnino argumenti & conclusionis:

*ἔκτωρ μαντικοὶ ξέφος τὸ πτερεν, ἔκτωρ δὲ αἴτιος  
γεωργοὶ ἀμφοτέροις οὐ χάρειν εἰς θάγκτος.*

*ἄντες εἴξενθρον ἀντοικία πέιραστο δέοντο  
εἰς χάρειτος προσφάστει μούραν ἔχοντα μέρος.*

Aiaci datur ensis ab Hectore, balteus Aiace  
Hectori, utrique suum donum erat exitio.  
Atque ita ab hoste hosti veniunt letalia dona,

Quæ studijs specie facta nec emque ferrunt.

Historia est apud Homerū Iliad. n. Hector & Ajax initio inter se fœdere vltro citroq; missis donis amicitiam firmandam statuere, atque Hector Aiaci gladium, Ajax Hectori cingulum militare præstítit, sed utrique suum munus fuit exitio. Victor enim Ajax ab Ulyssle (in contentione armorum Achillis) & cognitis iis quæ per insaniam dixerat & fecerat, eodem gladio seipsum interemit, ut postea fusiū explicabo: Hector vero per occasionem cinguli iuxta Ilij muros ab Achille occisus, & tunc circum incenia tractus est. Ex quo perspicuum est, verissimum esse quod ait Euripid.

*κακοῦ μὴν αὐτὸς δ' αὐτὸν οὐτούχει: Nullum iuuamen  
adserunt dona improbi.* Significat viri mali dona esse  
inutilia. quod Laocoön apud Virgil. confirmat, cùm  
à Trojanis equum dolo relictum nequaquam in urbe  
recipiendum censem, his quidem verbis:

— *O miseri qua tanta insania cives?*

*Creditū auctōs hostes? aut ylla putatis*

*Dona carere dolu Danaūm, &c. & deinde:*

*Quicquid id est, timeo Danaos & dona ferentes. & alibi  
de Capi sic:*

*Aut Capi, & quorum melior sententia mentis,*

*Aut pelago Danaūm insidias, suspectaque dona,*

*Precipitare iubent, subiectisque vrere flammis.*

*Scutiferū Aiaceū) φέρωντις ἀστε, vt φέρωντις ἀστε*

*à poëtis dicitur. De nobili Aiacis scuto alibi iam satie-*

*Hectoraque Iliacum) Troianorum fortissimum.*

*Priamides) Hector Priami filius, patronymic.*

*Telamonius) à Telamone.*

*Instrumenta sua, &c.)* Hectoris enim cadaver bal-  
teo circa Patrocli tumulum Achillis iussum tractum  
est: Ajax gladio sibi ab Hectore donato seipsum  
confodit.

*Æmoniū rotū) id est Thessalis, Græcis. Æmonia  
Thessalia est ab Æmone filio Deucalionis. Æmonia  
interdum etiam pro Grecia, συνεχόμενη.*

A mini-

## A minimis quoque timendnm. 168.



Bella gerit scarabæus, & hostem prouocat ultro;

Robore & inferior, consilio superat.

Nam plumis aquile clam se neque cognitus abdit,

Hostilem ut nidum summa per astra petat.

Ouaq; confodiens, prohibet spem crescere protis:

Hocq; modo illatum dedecus vltus abit.

Sumptum id est ex apolo<sup>g</sup>o Æsopi, qui petitus appetat ex perpetua contiouersia, quæ natura duce intercedit inter aquilā auium principē, & scarabēum vilissimum infecti genus. Ille enim ut illatam sibi ab aquila iniuriam vindicet, cùm se viribus haudquam patem esse norit, recurrit ad dolos; clam enim se plumis aquilæ recipit, ut eo tandem pacto ad nidū aquilinum perueniat, eaq; postmodum absente oua eius omnia cōfodit. Cuius fabulae apud Aristophan. mentio est. sic enim:

εἰ τοὶ πῃ αἰσθόπτες λόγωις ἐξηρίθη,  
μήνος πετεῖναι εἰς θιάς ἀφίγη μέδος,

amis

ἀποτελέσματα μέστη, ἀπότελέσματα,  
ἔπικραντας τὸν θεόν εἰς διοίσης,  
διάδειν καὶ τὸν ἔχοντας εἰς πάντας πάντας,  
ζωγράφους, καύτηλους γράφους: hoc est,

In fabulu id est repertum Aesopicus.

Aduisse Diuos unicum ex volucribus:

Haud credibilem aut fabulam pater, pater,

Aduisse Diuos animal obscenum atque olen.

Peruenit olim inquam ob similitatem asperam,

Quæ illi fuit cum aquila, oua volucens illius,

Et expetens peccas ab hoste mutuas.

Hoc quidem admonemur, hostem, quamuis infimæ fortunæ, non esse contemnendū, nec quenquam vel omnium minimum & cōtemptissimum esse prouocandum, siquidem ut in Mimes Publius ait: Inimicū quamuis humilem, docti est metuere. Eodem recidit quod vulgus nostras s̄epe usurpat: Cauendum ab iis quibus nihil est quod perdant. ab iis enim citius iniuriam, & damnum acceperis, quam ab aliis, quibus aliquid est in loculis. Timet enim ut plurimum aliquem prouocare, nequid vel famæ vel fortunis detrahatur. Homunculi verò illi fortis infimæ, sed dolis & fraude abundè locupletes, malitiosi nō minus quam scarabæi, neque minus p̄tidi, neque abiecti minus, pertinacis ingenij malitia quadam cum nemini ferè prodeficere queant, magnis tamen viris s̄e penumero facessunt negotiem. Nam territant nigore, obstrepunt stridore, obturbant fetore, circumvolitant, hærent, insidiantur, ut non paulò satius sit cum præstantibus aliquando viris similitatem suscipere, quam hos lacescere turpissimos scarabæos, quos pudeat etiam viciisse, quosque nec excutere possis, neque conflictari cum illis queas, nisi discedas cōmicationis. hæc Erasm. quæ lege in prouerb. Scarabæus aquilam querit. Certè Alexander, quanquam potentiissimus, dexteritatem Ptolemai suspectā habuit,

Amij

Atrij turbulentiam, & Pythonis nouarū rerum studium reformidabat : auctor Ælian. sub finem 14.  
var. hist.

*summa per astra) per aëra summum. Aquilam in-  
editissimis locis nidificare, testis est Plinius, & alij  
nonnulli.*

*spem crescere proliu ) spem crescendæ prolis. Infi-  
nituu. pro gerundiuo, locutio Græca.*

*dederus) iniuriam & damnum.*

*\* obnoxia quod sit?*

## Obnoxia infirmitas. 169.

Pisciculos Aurata rapit medio equore sardas,

Ni fugiant pauidæ, summa marisq; petant.

Ast ibi sunt mergis fulicisq; voracibus esca. *Vnde gradi. Nolco?  
Eheu intuta manens undique debilitas.* *Tadous exequimus*

Vt nullo non loco ditiones, & qui sunt ampliori fortuna, tutum in præsidium se recipiunt: ita miseri & aliqua parte infirmi, præcipites in infortunium ruunt, quounque fugiant, eque Scylla, quod dicitur, in Charybdim decidunt; vt litigatoribus accidit iis qui nullis opibus, nullisq; amiciis fauitoribus innixi, à iudice ad iudicem temerè frustraque prouocant, non minorem ab uno quam ab alio gratiam adepturi: sic enim dum cadere causa timent, in dispendium nocentius & grauius prolabitur, tametsi iure disceptent. Enimuero, vt ait Comicus, pauper dum nihil habet quod offerat in iudicio, non solum non contemnitur, sed etiam aduersus veritatem opprimitur. *\* summae puerorum illud modicū ad hanc Anga*

*Aurata)marinus piscis ab auri colore dictus, que  
aiunt omnium timidissimum in maris reflexu sub  
littoralium arborum radicibus sese occultare solitū,  
ibiique frondium agitatione exterritum facile capi,  
quadam velut ditione. Martial. 13.*

*\* summae puerorum illud modicū ad hanc Anga  
pudicula? qd p. Td. summa?*

*Non omnis pretium, laudemque Aurata meretur,  
Sed cui solus erit concha Lucrma cibus.* Lege Plin. li. 32.  
cap. 5. & 11.

*Sardas*) Sarda quæ & Sardinia, pescis exiguis, de  
quo Plin. eodem 32. cap. ultimo.

*Mergu*) Mergus, avis à mergédo dicta, cibum enim  
in aquis captis se assidue immergit, de qua Plin. 11.  
cap. 37. Lege proverb. apud Iunium, Mergorum in-  
star, de ingluie inexplebili, Centuria 2. proverb. 87.

*Fulicis*) Fulica sive fulix avis marina, vel stagnen-  
sis, paulò supra columbae magnitudinem, de qua  
lib. 18. cap. 35. Plinius.

## Vel post mortem formidolosi. 170.

*Cetera mutescit, coriumq; silebit ouillum,*  
*Si confecta lupi tympana pelle sonent.*  
*Hanc membrana ouium sic exhorrescit, ut hostem*  
*Exanimis quamvis non ferat exanimem.*  
*Sic eute distracta Ciscas, in tympana versus,*  
*Boëmos potuit vincere pontifices.*

*Vt nonnulli ob virtutum splendorem, vel etiam  
morum facilitatem, post mortem sui memoriam ac-  
ceptam & amabilem relinquunt; sic è diuerso alij  
morum inclemencia, & insigni quadam crudelitate,  
quanquam pridem extinti sint, sui vnica memoria  
terrorem animis incutiunt, vt apud Turcas Ioann.  
Hunniadis ducis fortissimi, cuius nomen usque adeo  
terrificum fuisse dicitur, vt nutrices ad sustentum pue-  
rorum vagitum Hunniadem adesse timularerit. Sane  
exemplum Ciscæ Boëmi memorabile est ac stupen-  
dum, qui etiam post mortem suos hostes insolito  
planè modo coercere, & fugate potuerit. Quod an-  
tequam explicemus, quædā sunt à nobis prelibanda,  
vt Epigrammatis ipsa apertior sit. est enim*

*futis q[ui]r: m[ar]k[us] m[ar]t[ius] m[ar]t[ius] m[ar]t[ius] similitu-  
si, fabulosi deapse à faerno, vof: fol. 49.*

similitudo perelegans. Multa, inquit Cælius, in maiestate naturæ recondita latere concedendum est, quæ ingeniorum solertia nondum satis videtur excusisse. Quapropter Alexander Aphrodisius in præfatione Problem. quæstiones ait quasdam esse penitus inexplicabiles, soli Deo cognitas, qui scilicet eorum essentiæ auctor sit. Hæ à medicis arcanæ proprietates appellantur. Prauc autem quidam harum solutiones quasdam proponunt, quæ nec ratione nec probabilitate nituntur. hæc fermè ille. Apponere possumus exempla in amicitia, vel inimicitia multorum animalium, vel etiam rerum inanimatarum; his tamen omnibus prætermissis, attingam tantum quæ ad hunc locum propriè atinēt, quæque auctores non pœnitendi scriptis mandarunt. Odium luporum, & ouium tam naturale est, ut si lupina pelle tympanum componatur, oves non longè astantes sonum exhorrescent, ac si lupus prope gregem consistat. Sunt etiam qui assuererent harmoniam nullam vñquam coitaram ex ouis lupique tensis ad concentum visceribus. Adiiciunt præterea, si lupina pelles in ouili pendeat, oves pauore conterritas, omnino pastum negligere, utque leonina inficit aliorum animalium pelles, sic ouinam à lupina exedi & consumi. Quod sane fit virtute quadam interna & nemini cognita: quare qui rei tam abstrusa, & inuoluta rationem conetur reddere, nihil certè adferet, sed ut Sisyphus versans saxum sudabit nitendo, neque tamen proficiet hilum. Ait itaque Alciatus: Tympanum ex lupino corio confectum si pulsetur, aliud ex ouillo corio adiacens exhorrescit, ut propemodum nullum edat sonitum, tametsi ouis membrana apum mortuum non sentiat: Eodem modo Ciccas in tympanum versus, quibus in vita fuerat a bello formidini, post mortem etiam eisdem tereti fuit.

*coriumque silebii*) Corium pro pelle abusuè, quòd  
pelli corium adiaceat.

*membrana*) superior pellis. ea & charta pergamenta  
dicitur, quòd eius primùm usus Pergami Eumene  
regnante inchoauit.

*Exanimis quamuis, &c.*) licet quis exanimata non  
sentiat exanimatum lupum.

*Sic cutes detraha Ciscas*) Zisea vel Ciscas dux bellissimus in Teutones, & Boëmos diu satis acti Marte conflictatus est. Itaque Sigismundus imperator cùm videtur Ciscæ cuncta ex animi sententia prosperè succedere, & iam illum esse unum, ex quo res Boëmiæ penderent, clam sibi eum conciliare tentauit. Ille optimis conditionibus ab Imperatore oblatis annuens, dum se itineri accinxisset, peste tactus expirauit. ferunt illum cùm ægrotaret, rogatum quo loco mortuus vellet sepeliri, iussisse cadaveri suo pelle adimi, carnes volucribus ac feris obiectari, ex pelle tympanum fieri, eo que duce bella gerri, indeq; arrepturos fugam hostes, quum primum eius tympani sonitum audirent. His adiecit Albertus Crantius, fecisse amicos quod ille iusserat, & reperiisse quod ille promiserat. Hoc unum præclarè aiunt ab eo factum, quòd sectam Adamitarū deleuerit. Notum est, cum partibus Hussitarum prorsus fuisse, Pragæ loca sacra, templaque deleuisse, in Catholicos, potissimum sacerdotes, crudelem & implacabilem animum habuisse, idque Catholicis quod Assur Iudæis fuisse. Insignis bellator, quanquam cæcus, inter laudatissimos principes rei q; bellicæ gloria illustres haberit poterat, nisi vitia infinita laudem obscurassent. Æneas Sylvius 3. Commentar. de reb. gestis Alphonsi, & Cochlaeus lib. 5. historiæ Hussitarum.



Dum residet Cyclops sinuosi in faucibus antri,

Hac secum teneras concinit inter oves:

Pascite vos herbas, sociis ego pascar Achiniis,

Postremumq; Utin visera nostra ferent.

Audit huc Ilacus, Cyclopq; lumine cassum

Reddidit, en pœnas ut suis auctor habet.

Vlysses Troia iam excisa cùm domum repeteret, vi  
ventorum in Siciliā pulsus, ad Polypheui sedes ap-  
pulit. hic gigas fuit monoculus, ingēris magnitudinis,  
feritate implacabili, qui hospites soleret encare, eo-  
rumque carnibus pro cibo vesci. Vlysses itaque cum  
sociis captus, vbi aduerteret iam aliquod ex suis ab-  
sumptos à Cyclope, statim ei de vino Maronio de-  
dit, & rogatus ab eodem quod esset eius nomen,  
vñ se vocari Vlysses affirmat. Gigas itaque naturæ  
vini nescius, alto iam somno preslus, suique penitus  
immemor, ab Vlyssè ( cui pollicitus fuerat se postre-  
mū post omnes socios perempturū) oleagino trūco,  
in oculo, quem vnicum in fronte habebat, acriter

**H**ab. 1. si ambores, DC 44 p. acer. p. off. C. Monte  
est propterea ad. se si publicamus venus non. de vita.  
**H**ab. lib. 19. 434. **A**NDREAE ALCIATI <sup>mag.</sup>  
lib. 8. n. **I**desit, atque eundem effodit, qui vulneris acerbitate  
g. ad fin. **r**udere coepit, ut alios Cyclopas insolito rugitu con-

ANDREAE ALCIATI

Iæsit, atque eundem effodit, qui vulneris acerbitate  
rudere cœpit, ut alios Cyclopas insolito rugitu con-  
uocaret. Quærentibus ab eo, quis vulnus inflixisset,  
Ex omnib[us] (quæ vox Nullum, vel Neminem sonat) di-  
xisset, riserunt, eumque velut furentem neglexerunt.

Sic enim loquitur apud Euripidem:  
Ευνοούσις μὲν ἀπόλετος. Chorus respondet, ἵνα ὅπερες  
ἱστηκει. Deinde illud,

Ἔντις με τυφλοῖς Βλέφαρον. χρ. ἐπί αὐτοῦ εἰς την τυφλόν.  
Totum hoc fusius habes apud Homer. Odyss. i.

**Quid.** 14. Metamorph. Virgil. 3. Aeneid. Legem tam  
festuum Luciani Dialogum κύκλωπος κ. προειδοπ. **Qua** fabula intelligi datur; quod ut breuiter, sic ap-  
pointe scripsit Hesiodus:

*Et autem res ipsae teúxerit ut nō; etiam res ipsae teúxerit,  
Ipsum se ledit, alium qui ledere querit.*

Et quod est in proverbio, Ruinam sibi fabricat, aliis  
qui fabricat, vel specialius in eos torqueri poterit  
~~duces~~ tyrannos, & Reipubl. pestes infestissimas,  
qui diuina tandem ira vitali lumine priuantur, vel  
ad exitium morte grauius, aut infamia & capitis di-  
minutionem præcipites ruunt, cum interea quibus  
potissimum terrori fuerant, rideantur & conuitiis  
proscindatur. Meminit, sed aliorum Brodæus Mi-  
cellan. 2. cap. 7.

*sinuosi in fauibus antri) Sic Virgil. dixit in 6.*

Vestibulum ante ipsum primisque in faucibus Orci.

& nos ter auctor in Emblemate priori,

*sinuosi è faucibus anguis.*

*Achium) Achium à xīoī, Graci, & nonnunquam  
pro quolibet populo ciuili. Horat.*

*Quicquid deirant Reges plectuntur Achini.*

## Catull. in Argonaut.

*Nam simutac f̄ris dederit fors copiam Achius.*

*Postremumque Uim, &c.) ovina se postremo voraturum bellè prædixerat, & ovina, id est neminem voravit;*

vorauit; uno ab eo qui quanquam esset ovis, aliquis  
erat, exoculatus est. *Mom des munari*, quies, non errantibus  
luminis cassum) cæcum. Virgil. 2. Æneid. *Detriv ad sonor.*

Nunc cassum lumine lugent *profaci ut pueri* & *cypri*  
& Lucret. *Cassum lugere*:

Nunc potis est eerni quod cassum lumine ferius. *gauca regnus*  
Enpanas ut suis auctor habet! *componi defini cass.*

Non est lex iustior vlla,

Quam necis artifices arte perire sua.

alludit ad alia quat sequenti Emblem. consultò ad-  
feremus. *metu falso fuisse folentes*, s. 1. 243.

### Iusta vltio.

172..



Raptabat volucres captum pede coruus in auras. *Raptus* *Macareus ad*  
Scorpion, audaci præmia parta gula. *Nebi prope* 221. brio

Ast ille infuso sensim per membra veneno,

Raptorem in stygas compulit vltor aquas.

O risu res digna, aliis qui fata parabat,

Ipsæ perit, propriis succubuitq; dolis.

Simile est apud Æsopum de coruo cibum quæfi-  
tante, & serpente in aprico dormientem corripiente,

e. 2-

à quo,

à quo letiferum spiculum sentiens iustum in se vlationem animalculi vilissimi obseruauit. quod idem accidit iis qui re flagitio parta, suo demum magno malo discunt, male parta male desperite. & fere fit  
vē, quod vulgo dici solet, captores ipsi capiantur, raptoresque rapiantur, ut cùm à beneficis falsatij, calumniatores, adulteri, & id genus alij tolluntur ē medio, vel cùm latrones à prædonib[us] arctantur & spoliantur. Quò spectant adagia, Cornix scorpium: &, Suo ipsius laqueo captus. &, Coruus serpentem. Carmen ipsum ex Archia Græco petitum est, lib. I. nempe Græc. Epigram.

+ 918

εν τούτῳ παντανον μελάτερες αὐθίζει τομή,  
σκορπίοις εν γάνθι εἰδέθε θορόνται κιράζ.  
εν μάρτυρις ἄρχοστεν. οἴδι αἰξαντος ιστιν γόδας,  
οὐ λεπτὸς, οὐ κέρας πεζεῖται φέλετ,  
καὶ ζωντι μὲν ἀμεροτεν. οἴδι νασον ἐπευχετε εἰπ' ἄλλα,  
εν νείνε τλήμασιν άντες εἰσιντο μοέγρ.

Erasmi. sic etiam reddidit:

*Scorpius ē terra prorepersat, id que vidente  
Coruo, qui calo vicitat in liquido.*

*Corripuit visum, fugitque: sed hic ut humum ales  
Contigerat, telo mox ferit atque necat.  
Ecce tibi, quod in hunc avis infidiosa parabat,  
Inde sibi acciuit ipsa necem misera.*

(Malay) 27 Lem. 17. Actus pugnare:  
and - deinceps ad danc. Long. 27.

Parem

~~Zonistib[us]~~

~~Circumstet enim deinceps atq[ue] inimico pugnat,  
Atq[ue] inter se in lata ad eum pugnans renunci~~

Parem delinquentis, & suasoris  
culpam esse!!

"L. Non. Aug.  
A. do ministris  
173. a. P. Vige  
m. 15. A. M.  
P. Cor. de Juv.  
a. Vene.



~~nde loci vobis  
n. P. P. 15.  
f. 217.  
Labore p. 217.~~

Pia nonem lito perstantem classica, victrix

Captiuum in tetro carcere turba tenet.

Quies ille excusat, quod nec sit strenuus armis,

Vilius aut seu laserit ense latus.

Huic illi: Quin ipse magis timidiſſime peccas,

Qui clangore alios armis in armis cies.

*V. de Quintal. p. cl. fol.*

*43 b. S. 214. b.*

*Ex Aſſoſi apoloſo, de tubiſine in bello capto, qui ſe inſontem praedicabat quod nullum occidiſſet, ſed neque in quenquain gladium ſtrinxifſet, qui mox audiuit: οὐα τοῦτο γέ μᾶλλον τεθνήξῃ, ὅτι οὐ μὴ ſu-  
rādote πολεμεῖται, τῶς πάτεται πρός μάχην ἵγειρεις:  
ſed ideo magis tibi moriendū eſt, qui cum pugnandiſſis expers, alios omnes ad pugnā concitas. Etenim  
quod aiunt Iureconsulti, Agentes & conſentientes  
pati ſupplicio afficiendi ſunt, & ſatis ipſe facit qui  
per alium facit. Hoc in eos torquetur potiſſimum,  
qui oratione & cōſilio principes ad fuſcipienda bel-*

la inflammāt, cūm ipsi pugnam detrectent, nec vlli  
se se periculo patrię aut principis nomine cōmittunt:  
quibus quidem certē nullus probabilis esse potest  
consilij tam nefarij prætextus, cūm ipsi reuera sint  
nocentiores, maiusque detrimentum eminus lingua  
cateris adferant, quām qui cominus gladiis decertāt.  
Nulla enim forte irreperet Martis violentia, nisi an-  
tecederet eiusdem committendi persuasio.

*lituo) lituus genus bucinae incurvæ. Festus ex  
Ennio:*

*Inde loci lituus sonitus effudit acutos.*  
& Ouid. 3. Fastor.

*Iam lituus pugnae signa daturus erat.*

*Per flantem clasica) Clasicum canentem. Clasicū  
canere, signū est dare, quo milites pugnare incipiunt:  
eui oppositū, canere receptui. Vide Cæliū li. 9. c. 1.*

*Victrix turma) viētrices copiae.*

*clangore aris) tubæ sonitu. Metonym. in dictione,  
artis, pro tuba.*

*Quin ipso magis) Aris i. Rhytome.*  
~~modum, tunc Collegium, accusando dicitur. Alius~~  
~~signum existim, dicitur, magis i. ad ipsa gaudiū quae p-~~  
~~roficiuntur, magis i. pugnae pars illud scilicet, cum signum~~  
~~languere, pugnae pars, cuius et significans significat.~~

Cathorum adu. Nobis debet Pyramus, l. signis in se, A. 1695,  
C. d. incep. 1695. Vd - Zanetti Iacobus - Puteus. fol. 7.

EMBLEMATA.

439 (174)

Alius peccat, alius plectitur.

174



Nobis debet  
albomy ad  
Pyramus; m. 6.  
regale 22.  
Vd - D. 1695  
fol. 130

Artipit ut lapidem catulus, morsuq; fatigat,  
Nec percussori mutua damna facit:  
Sic plerique sinunt veros elabier hosteis,  
Et quos nulla grauat noxia, dente petunt.

Plerique sunt qui cum non possint iis esse nocumento, a quibus se latos putant, ut acceptam iniuriam vescantur, vel pueros, vel famulos, vel etiam si fieri possit suorum aduersariorum amicos adoruntur, impotenti quidem & sancte pudendo conatu. qui mos perinde est ac puerolorum, qui subita iracundia perculsi virgas adurunt quibus plexi sunt. Eiusmodi sunt (ut breuius eloquat) qui causas adiuuantes per se omaino ad agendum ineptas pro efficientibus imperite usurpant, ut Medea nutrix dum culpam confretet in trabes abiegnas, e nemore Pelio aetas, quibus Argo nauis facta esset, in qua Medea cum lasone aufugisset. Sed ut ad nostros mores sermonem conuertamus, omnibus in confessio est, quot quantaque infortunia in dies nobis impendeant,

quorum causam incosulto reiicimus in eos fortasse,  
qui nullomodo sunt in causa, cum potius errotes &  
lapsus nostros agnoscere, & pia sinceraque perturbatio  
tot contractas vitiorum sordes abluere deberemus,  
nec ut canes in lapidem sequentes incusare iustissimam  
supremi & incorrupti iudicis animaduersionem.

*catulus*) canis.

*morsu fatigat*) mordet.

*mutua damna*) talem iniuriam.

*veros hostes*) ipsissimos aduersarios, à quibus orta  
est iniuria.

*noxia*) Noxia de maleficio dicitur. noxam dixerunt  
antiqui quod nocet, & est detrimētum, culpa, pœna.  
Lege ipsummet Alciatum commentario in tit. de  
verb. & rer. signif. l. 237.\*

*dente petunt*) iniuriis vel conuitiis proscindunt.

### Insani gladius.

175.

Setigeri medius stabat gregis ensifer Ajax,  
Cade suum credens cedere Tantalidas.  
Hostia sic tanquam suis succedanea pœnas  
Pro Laertiade, pro caueaque dabat.  
Nescit obesse suis furor hostibus: errat ab ictu,  
Consiliique impos in sua damna ruit.

Hoc quidem arguitur temerarius furentium im-  
petus, qui non aduersariis, sed sibi maximè nocent,  
quod iræ præcipiti omnia committant, omnemque  
viam rationi præcludant: vnde fit, ut quod ait Ho-  
rat. Vis consilij expers mole ruat sua. Is enim furen-  
tis animi affectus sic hominis animum è sua sede  
dimouet & exturbat, ut non secus atque Circe altera  
hominem in belluam ferociissimam trāsformet: quo  
fit, ut qui talem hospitem excipiat, non aliter faciat,  
ac qui sese una cum ipsis ædibus incendio perdat.

eoque

eoq; deterior est, quod ita tumultu, caligine, fumo-  
que cuncta intus replet, ut nec cernere integrum sit,  
nec eos audire qui volunt opitulari. Id quidem ob <sup>Iliad.</sup>  
oculos posuit Homerus in Iliad. & Odyssea sub per- <sup>Odyss. x.</sup>  
sona tum Achillis, cuius iram facit implacabilem;  
tum Aiacis, quem tanta incussit rabies ob Achillis  
arma Vlyssi adiudicata, ut pororum gregem furi-  
bundus occiderit, existimans se Græcorum copias  
prosternere. Ille itaque cum duos quosdā maximos  
fues de trabe suspēsos flagris cecidisset, hos esse Aga-  
memnonem, & Vlyssēm arbitrans (quorum alteri ut  
iudici, alteri ut victori potissimum erat infensus) sui-  
bus ita suspensis multo cum risu insultauit, addens  
conuicia quæcunque bilis suggerebat. Postquam au-  
tem resipuit, facti pudore sibi mortem consciuit.  
qua de re pulcherrima est Sophoclis tragœdia, quæ  
inscribitur *Aias* Αἴας γένεσις. Horatius 2. Sermonum:

— *insanus quid enim Aiax*

*Fecit, etiam stravit ferro pecus? abstinuit vim*  
*Vxore & gnato mala multa precatus Atridis. &c,*

— *cur Aiax heros ab Achille secundus,*

*Purpureis toties seruatis clarus Atridis.*

*Gaudet ut populus Priami, Priamusque inhumato,*

*Per quem tot iuuenes patrio caruere sepulchro?*

*Mille ouium insanus morti dedit, inclitum Vlyssēm,*

*Et Menelaū unā necum se occidere clamās. & deinceps:*

*Aiax immeritos dum occidi, despīt, agnos.*

Historiam pete ex Ouid. Trāsfor. 13. & lege prouer-  
biū, Aiacis risus.

*Seiziri gregis) porcorum.*

*ensifer Aiax) in superiorib. Aiacem scutiferū, hic*  
*ensiferum vocat ab affectu mortis vtroneæ, quæ est*  
*consecuta.*

*Cade suum) porcorum internecione.*

*Tantalidas) Græcos, qui à Tantalo Tantalidē dicti*

*sunt,*

sunt. eorum enim pleriq; à Tantalo Iouis ex Plota  
nympha filio traxerunt originem.

*Hostia sic tanquam sus succedanea, &c.*) Sues erant tanquam victimæ quæ poenas luebant pro Græcis iudicibus & Vlyssè. Succedanea autem hostia olim dicebatur, quæ secundo loco siebat. si enim primis hostiis litatum non fuisset putassent sacrifici, ahē hostiæ post primas eductæ cædabantur duæ, quæ prioribus iam cæsis luendi piaculi causa subdebanit. Gellius cap. 6. lib. 4. succidaneas, non succedaneas esse dicendum, ait ob vocabuli compositionem.

*pro caueaque) Cauæa, polysemum est. hinc iudicū confessum intellige. est autem metonymia pro iudice Agamemnōne. olim cauea pro subselliis equitū & populi. Virgil. §. Æneid.*


*Hic totum cauea confessum ingentis, & ora  
Prima patrum magni Salus clamoribus implet.*

Cicero in Lelio: Qui clamores tota cauea nuper hospitis, & amici mei M. Pacuvij in noua fabula?

*Nescit obesse, &c.) y r̄v̄pn.*

*in sua domina ruit] Seneca Heret. fr̄ch*

*Ubi. — in se semper armatus puer Pax  
quæque habet propinquus furor,  
In se ipse ferit*



Turri geris humeris, dentis quoque barrus eburni,  
 Qui supetare ferox Martia bella solet,  
 Supposuit nunc colla iugo, stimulisq; subactus,  
 Cesareos currus ad pia temp'la vehit.  
 Vel fera cognoscit concordes undique gentes,  
 Proiectusq; armis munia pacis obit.

Elephantorum in bellis usum olim fuisse creber-  
 sum, notius est quam ut cōfirmarē opus habeam:  
 vnde apud plerosque pro belli symbolo reperio, vt  
 hic etiam pro pace, diuersa quidem ratione & fine.  
 Elephantus enim qui equis in acie terrorem incutie-  
 bat, qui sui horrendo spectaculo milites ipsos con-  
 turbabat, quique eburneo dente pugnantium equos  
 torripiebat, pace nunc parta, collum iugo supposuit,  
 & Cæsar'is currum triumphalem ad templum vehit,  
 quasi agnoscens initam inter populos concordiam,  
 ideoque ad pacis munia obeunda sese subiiciens.  
 Quod sanè intelligi licet de ferocissimis quibusque,  
 & fortissimis belli duabus, qui truculentos ipsi mo-  
 res, &

res, & ferociam bellicam redempta pace deponunt, eoque sit ut sese postea conuertant ad ea quæ ad religionem, vel publicam ciuitatis administrationem pertinent: quæ quondam inter arma vel silabant, vel consopita prorsus iacebant. Hæc quidem ita enarrari velim, nisi malis Epigrammati huius literam referri ad Iulij Cæsaris triumphum, de quo Sueton. agit, ait enim eum ascendiisse capitolium ad lumina quadriginta elephantis dextra atq; sinistra lychnuchos gestantibus, idque in signum pacis bello partæ. Elephantis etiam Pompeium Magnum triumphasse testatur Plin. lib.8. quod prius India viæta Libero patre factum memoratur. Et Capitolinus de Gordiano iuniore: Quadrigæ elephantorum, Gordiano decretae sunt, utpote qui Persas vicisset, triumpho Persico triumpharet. Cæterum non prætermisero Graecum Hexastichon φιλίππων, quod his Alciatus Latio seddit, sed περιφραστικῶς,

πεπονθεῖς οὐ φαλαγγούχας δὲ δῆμοι  
ἀχετος ὄρμαινει πυριόδεις εἰλέφας,  
άλλα φόβοις τείλας καθὼν αὐχένα περὶ ζυγδίου,  
ἄποιη σιφερούκηι κεισαρεος οὐρανοι.  
ἴγιον δι' ειρήνης καὶ θηρ χάρειν, οὐγαναρίφας  
ἄρεος, θυρομίνη αὐτανέητη πατέρε.

Turrigeris humeris) Expressit epitheton πυργωθεῖς, turribus oneratus, id est πυργοφόρες. Lege Plin. 8. Cur autem barrus dicatur, iam explicuimus.

Qui superare ferox, &c.) Explicatius in Graeco, οὐ φαλαγγούχας δὲ δῆμοι ἀχετος ὄρμαινει, phalangibus pugnans indomitus impetuose irruit ad pugnam cum phalangibus in acie stans.

~~Cessad omne formidat mea exst.~~  
~~populorum fons a cordi longa pacis.~~ Ex  
~~mollifacit.~~

~~vel sera) dicitur dubius; Abant de uero. signo~~  
~~l. 96. illius est preda, - ybo, vel abo~~



En galea, intrepidus quam miles gesserat, & que ~~Cast. caput~~  
 Sapius hostili sparsa cruento fuit:  
 Parta pace apibus tenuis concessit in usum ~~ad Mart. regem~~  
     Alveoli, atque fauos, grataq; mella gerit. ~~verbis. cuiusq; iuram.~~  
 Arma procul iaceant; fas sit tunc sumere bellum,  
     Quando aliter pacis non potes arte frui. ~~ad S. Petrum. l. 175~~

Eiusdem materiæ diuersa & contraria possunt esse  
 instrumenta, ut cum ex galea, ense, vel ægide mi-  
 litari conflantur falces aut ligones agricolis idoneæ,  
 quibus etiā pacis tempus intelligitur, quod ~~et de-~~  
~~oratoris~~ de falce ex ense Martialis exprimit in  
 Apophoretis: sic enim,  
 Pax me certa ducis placido curuauit in usus:

Agricola nunc sum, militis antè fui.  
 E diuerso Virgil. bellum significans ait:  
 Et curua rigidum falces curuantur in ensim.  
 Ouid. item Fastor. 2.  
 Plus erat in gladio quam curuo laudis aratre.  
 Idemque alibi:

Bella

Bella diu tenuere viros: erat aptior ensis

Vomere: cedebat taurus arator equo.

Sarcula cessabant, versi que in pila ligones;

Factaque de rastri pondere casus erat.

& deinde pacem his sequentibus:

Pax ades, & toto mitu in orbe mane.

Dum desunt hostes, desit quoque causa triumphi,

Tum ducibus bello gloria maior erit.

Sola gerat miles, quibus arma coercent, arma;

Canteturque fera nil nisi pompa tuba.

Huc etiam referam Esaiæ vatis illud: Contundent, inquit, gladios suos in ligones aut vometes, & lanceas hastasque suas in falces; neque ultra aut bellum addiscunt, aut prælio affluecent. Quæ ideo adduximus, ut non modò Emblematis ὅμηροις, sed & duo priora disticha, per se alioqui clara, explicemus apertius. His enim ostendit temporis quandam conversionem & vicissitudinem, cum ex bello pacem arguit sub galeæ symbolo, quæ belli tempore sèpius hostium sanguine tintæta, nunc demum pace, in apum aluearium commutata videatur. Eodem ferme modo Marius Molsa de rostris naualibus, cuius carmen propter affinitatem ascribete non piget:

*Ferrea rostra olim presus crepta carinis,*

*Quæ Nihil fractas testificantur opes,*

*Ecce apibus parcis pandas præpendimus anlas,*

*Congesta redolent (quis putet?) æra thymo.*

*Cesaris hac ingens laus est, quo vindice, pacis*

*Iucundos fructus arma inimica ferunt.*

Porro ab armis dissuadet, nec ea omnino sumenda vult, nisi alia ratione pax consequi possit. Rectè itaque Cicero dixit, temere in acie versari, & manu cum hoste configere, immane quiddam, & belluarum simile, sed cum tempus necessitasque postulat, decetandum manu esse, & mortem seruituti turpi-

turpitudiniꝝ antepon dam. At cert  bellum non tam facile suscipiendum, qu m putant quibus, inexpertis potissimum, dulce: nec de vlla re alia magis deliberandum est, neque religiosius consultandum, aut matutius aliquid statuendum qu m de bello, cuius alea vt anceps est & dubia, & in quo bis peccare non licet, sic damnosa maxime & vndiquaque periculosa, quandoquidem & qui vicit & qui victus est, suo danno, ignominia  de suo gradu decidit: ille quidem magno fort  sui sutorumque dispendio victori  est mercatus: Hic, qu d spes irrita ceciderit, qu m ægreferas quanto que dolore contabescat, omnibus coniectandum relinquo. Principes itaque, magnates aut etiam magistratus, nunqu  nisi tanquam ineuitabili necessitate pressi, aleam belli mouere vel minim  deb t, sed omnibus primum tentatis remedii de suo iure quicquam decedat potius, qu m sua auctoritate tale aliquid committatur. Notum est illud Africani Scipionis, turpe es  in re militari dicere non putaram, quod inemendabilis error sit, qui violentia Martis committitur. Facillimum est enim arma sumere, at eadem sumpta deponere, non æqu  facile. Nec ver  ut inficias iuerim belli principium penes principes esse, sic exitus san  à diuina prouid tia pendere certo dixerim. Qu d si quisque, vt decet, per se coniectaret qu m intersit leui de causa bellum mouere, agnosceret qu m periculosus sit principum ludus, quibus tam parui est momenti clades & strages infiniti populi, ruina, vastitasque; sed & indigna locorum innumerabilium cōflagratio. Valeant itaque quibus tam placet belli fortuna, cuius eti  vel prosper  gesti omnis ipsum p nitere principe debet, si modo vel minimum sapiat, aut nisi ab humanitate prossus abhorreat. Add  eti  & illud qu d intestina h c & plus q  ciuilia bella nobis tam sape tam ne dia.

diu bilem moueant) nullū regnum, nec ullam Rep-  
publicam diu consistere potuisse, quæ arma crebro  
mouerit. Meminerint quibus dulce bellum est, quo-  
ties in extremum discrimen ruerint Athenienses tot  
tantisque bellis attriti, & postmodum consumpti,  
quorum nempe ciuitas à Persis incendio deleta, à  
Laconibus affecta sc̄issimè, ac mōnibus ipsi exuta,  
à Philippo Alexandri patre fatigata, ab altero Phi-  
lippo afflita, à rege Ponti Mithridate cædib⁹ &  
cruore infecta, à Sylla propemodum concussa & di-  
ruta. Quid Lacedæmones? quanquā longo satis tem-  
pore floruerint, idem tamen, quod alia florentissime  
monarchiæ, & oligarchiæ, sunt experti, quarū qui-  
dem ruina non nisi ab externis, sed certè & intestinis  
potissimum odiis promanauit. Nihil illa inclyta Ro-  
ma clarius aut potentius, ut pote quæ

*Imperium terræ, animalium aquarum olympus.*

cuius tamen quanto alii gloria & maiestas eminen-  
tior fuit, tanto ruina casusque grauior & periculo-  
fior. Si vero tanti imperij labefactati causam inue-  
stigemus, hellorum alie acceptum esse referendum  
citra negotiorum iudicabimus. Illa enim primū à  
Porsena obsessa, à Pyrrho territa, ab Annibale iden-  
tidem concussa, à Tatio capta, à Brenno expugnata  
& Gallis incensa, & denique viribus ipsa suis misere  
prostrata, & penitus fracta, quid posteris Gothis  
aut Vandals reliqui habuit, quod eneruandum aut  
cōcutiendum daret? Porro credibile est tantum im-  
perium tam citò non fuisse lapsurum, si primores  
ipsi, qui que Reipubl. clauum tenebant iis tempori-  
bus, in iis quæ parta erat, conseruandis citius elabo-  
rascent, quam alienas terras & possessiones inuadis-  
sent, vel in exteris, aut etiam seipso bella pro-  
uocassent.

arque fauos gratiæque mella cerit) Sic ex pace ubertas,  
quod dicit in sequenti, ut colligas omnium fructuum  
prouentum

prouentum ex pace, contra ex bello vastitatem omnium & calamitatem.

Fas sit tunc sumere bellum, &c. Cicero 1. Offic. Suscipienda bella sunt, ut in pace sine iniuria viuatur. & Vegetius lib. 3. cap. 1. Qui desiderat pacem, preparat bellum: qui victoriam cupit, milites imbuat diligenter. Adhac scripsit Aristot. τὸ τῷ πολέμου τέλος εἰπεῖν εἴτε. ~~huc~~ ~~non~~ ~~accidit~~ ~~refor~~ ~~τρε~~ ~~δημ~~ Aerobates de rebus bellicis. ~~est.~~ ~~τι~~ ~~στρατιώ~~ ~~εγ~~

**Ex pace vbertas.**

178. *Musomyia*



*Grandibus ex spicis tenuis contexte corollas,*

*Quas circum alterno palmito vitis eat.*

*His compæ Halcyones tranquilli in marmoris unda*

Nidificant, pullos immolucresq; fount.

*Letus erit Cereri, Baccho quoque fertilis annus,*

*Acquorei si rex alitus instar erit.*

Significat optimi principis officium in id incumbere, ut ibi dicitur, ut suum in alijs in regionibz.

bere penitus debere, ut iuum populi in regionibus, & provinciis necessario prouocari instructio fons ap-

& prouidens necessario prouidit instructis iouani  
& iuentur habita primum ratione tempestatum

signique ventos remittere. & tādem procellas ch-

*lente*

1. *Boat* (Fig. 1) - A long narrow boat with a pointed bow and stern. It has a single mast stepped in the middle, a single sail, a small deck house at the stern, and a small rudder.

+ 1550. 44. lib. 3.  
Baldu. - p. 456. 25. 1.

ANDREAE ALCIATI

a. iij. lientes hostium conquiescere, ut securius in pace posse  
steat viuatur. idque haleyonum more, que in medio  
mari nidum conficiunt admirabili quadam forma,  
paulum eminenti ore, & per quam augusto grandium  
spongiarum similitudine, qui ferro nequeat inter-  
cidi, nec unde configatur, inueniri posse tradit Plinius.  
quidam ex spinis aculeatis, alij ex spicis segetum &  
vitium pampinis. Fastificant bruma, qui dies halcyo-  
nides ideo vocantur, totidemque post diebus patiunt,  
quo tempore mare tranquillum creditur nauiganti-  
bus, qui eos dies obseruant accurate. Varro de lingua  
Latina 6. Alcedo Graecè ἀλκυών. haec hyeme quod  
pullos dicitur tranquillo mari facere, eos dies hal-  
cyonios appellant, unde Pacuvius:

*Halcyonu ritu littus peruolans furor.*

Lege Plin. 10. cap. 32. Et Basili Hexaëm. Oration. 8.  
comptæ ) ornatæ, suavæ, gratæ, vel ad nidum, vel  
ad tranquillitatem refer.

*tranquilli marmoris* ) Id est, in marmoreo vel saxeo  
scopulo, quo aqua marina alluit.

*Inuolucres*) nondum apti ad volatum, imipubetes.

*Latus erit Cereri, Baccho quoque*) Prouentus & vber-  
tas erit annonæ maxima.

*Equorii, si Rex, alius instar erit*) si fese habeat in  
suos princeps quilibet ac Alcedo marina in pullos.  
Est enim principis virtus maxima non modo nosse,  
sed & tutari suos.

*Alcyonis, at aliis i nito denocas, palefagi.*

Doctos

*nusquam luci sufficiunt greci: dicti sunt illi  
tunc quod tunc, parvæ, & libet ut possint*

*X. capi. 6. i. 25. xviij.*

*qna pndm. nomen Halcyonos  
descriptio. Secundum*

Doctos doctis obloqui  
nefas esse.

179.



*a multad adler  
passus Alcasar  
agmina Regis horum  
2000 1550*

~~quod si Canda  
Habentur~~

Quid rapis heu Progne vocalem seu cicadam,  
Pignoribusq; tuis fencula dira paras?  
Stridula stridentem, verna verna, hospita ledis  
Hospitam, & aligeram penniger ales auem?  
Ergo abice hanc predā: nam musica pectora sumū est  
Alterum ab alterius dente perire nefas.

Et hoc ἔθιλον ex 1. Græcorum Epigrammaton  
traxit. Sic enim habet Græcus:  
ἡτδὶ κέρε, μελίσπεπτε, λέλος λέλον ἀρτάξασαι  
τέττηγε, πλανοῖ δειτοι φέρεις τέκετην.  
τὸ λέλον, ἡ λέλοεσσα. ἡ σύμπλεγχ, ἡ πεζέοσσα.  
τὸ ξένον, ἡ ξένα, ἡ εὐνὴ ιαερα.  
οὐχὶ τόχος ψίψις, οὐ γδὲ δίμις, οὐδὲ δίκαιος  
οὐλυωτὸς υμοτόνος οὐμοτόλοις σομαστιν.

Increpat hirundinem quæ cicadam ad pastum cor-  
ripere, quo orationis inuolucro doctos mutuo sese  
prouocantes arguit: his enim rixis & cōtempnibus

ferè sit, ut nullum aliud perniciosius malum subortii possit. Si quo conuictio docti ab ignatis, & retum insciis impetantur, non debet insolitum videri, cùm ut plurimum audax esse soleat ignorantia, qua nullum aliud malum aut intractabilius aut difficilior. At cùm doctus doctum, & Christianum Christianus, iniuriis, contumeliis, clamosis disputationibus, vel etiam famosis libellis impetit, quod bonis literis & Reip. malum atrocius aut exitialius esse potest? quæ ruina, quod naufragium præsentius, cùm in mediis fluctibus irato mari concertatio nascitur inter nauis ductores aut etiam gubernatores ipsos, à quibus eorum qui sunt in eadem naui vel vita, vel mors pendeat? Nullum certè miserius dispendium quam cùm eruditii eruditos ( à quibus certè pendere debet popularis multitudo, ut eorum ductu sese in officio contineat) nigro dente conuellunt, quo fit interdum ut diutius altercando veritatem opprimant. Num absurdum & odiosum maximè omnibus videri debet, eos, quos par est inter se omnino cōuenire, mutuisque officijs animos inuicem sibi devincire, nimis rūm quod iisdem sacrī iniciati ad utilitatem communem liberales disciplinas attrectare ex officio decet, quas tanquam communi quodam vinculo, & quasi cognatione inter se contineri nemo nescit: nonne prorsus ridiculum est, inquam, eos sese mutuis iniuriis proscindere, in vitam, moresque debacchari, & falsis criminacionibus emulos onerare? Quæ sane contumeliae eò nocentiores sunt, quod pluribus communicantur; ex iis enim non minimum famæ detrahitur eorum potissimum, qui, ut loquitur Horatius, hoc succo loliginis, & ærugine mera tinguntur. Non inuitus quidem fatebor in concertationibus & pugnis eiusmodi quædā magna, nec obscura ingeniorum videri specimina, id tamen generis eiusdem semper judicauit non tam laboriosæ quam periculose.

riculosæ plenum opus adest, in quo sapientia numero ubi quis commendationem nominis auctoratur, nescio quo fato in famæ iacturam ruit. Certe ut hoc adi-  
ciam, neminem vnuquam fuisse credo, qui maledictis & cōuitiis in alium iactis honestiorem famam mer-  
cari vnuquam potuerit. Quæ porro cæcitas in hisce  
contentionibus ad iudicem confugere omnium cor-  
ruptissimū & iniquissimum, nempe turbam popu-  
latem? cùm in confessio sit, quām non videat, quam-  
que cæcitat, ut aduertere nequeat

*Ædibus in propriis que recta aut prava gerantur?*  
itaque quī fieri posset, ut sano mentis oculo quæ cap-  
tum excedunt suum, intueretur? Id quidem ( quod  
tamen ḡauatē dicam) temporibus nostris exulceratissimis satis superque suimus experti, non modò in  
iis disciplinis quæ ad humanitatem pertinent, sed &  
in diuinis dogmatibus, quorum auctoritati apud  
quamplurimos non parūm detractum est, quod de  
iis importune & intempestiuè doctores plerosque  
digladiari viderint. Ex quibus mutuis dissidiis nihil  
certe rei litterariorum fructus, aut ornamenti accessit,  
sed de pietate & bonis moribus non minimum de-  
cessit, dum non est qui velit ingenio cedere. Sit ali-  
qua inter studiosos contentio, sed absit à maledictis,  
à contumelias, à rixis. & ut sunt expertes inuidentiae  
Musarum foræ, ut inquit Pindarus, sic ne admittant  
quidem iurgia vel animorum distractionem. Scite  
Chrysippus: Qui stadium currit, inquit, contendere  
& eniti debet quām maxime possit, ut vincat; at eum  
cum quo certet, aut supplantare, aut manu depellere  
nulla ratione debet: sic tota animi contentionē licet  
ex litteris indefessò cursu splendorem, & nominis  
celebritatem venari, sed socij aut riualis cursum do-  
lo quodam malo remorari, aut eius mores impetrere,  
vel etiam doctrinam (nisi prorsus mala sit) mordaci  
aceto conspergere, quo vel desistat vel habeatur con-

temptui, non modò hominis est dissoluti & inuidi,  
sed & animi pusilli & planè illiberalis.

*Progne*) hirundo. de qua dictum est alibi.

*Vocalem*) canoram, λάλος.

*Pignoribus*) pullis.

*Stridula stridentem*, &c.) in Greco eadem sunt πολυπλόκοδα. nam τὸν λάλον ἡ λαλίσσωα reddit, stridula stridentem. ἀρεβὸς ἡ αρεβά, vernam verna, id est, vere cantillantem. & ξέρος ἡ ξένια, hospitam hospita, vtraq; enim nō abhorret ab hominū hospitiis, altera enim prope lates patrios nidificat, altera vel in hor-tulis nostris exauditur. & οὐ μέγε ἡ πηγήσωα, alige-ram aligera, aliger ales.

*abice*) abiice, Syncope.

*Nam musica pectora*, &c.) Græcus dixit ψυχοτόνους, id est, canentes, stridorem emittentes cicadas. Musica autem pectora dixit interpres, quia plerique docent grammatici, omnes aues canoras dici Musarum volucres. Cicadas vero ob cantum Apollini sacras esse volunt, iuxta Aristoph. Scholiasten εἰς τὴν γένεσιν μυστικοὶ ὄντες ἀράσθεντο τῷ δότοντι. & Troianos oratores cicadis comparauit Homerus Iliad. γ. Ceterum hic γράμμα est, qua innuit absurdum esse, & fermè impium, eiusdem ordinis viros sese mutuò cōficerere. tum enim vel maximè periculosa esse tem-pora ferunt, in quibus lupus lupinam est. & quam-quam ut loquitur Iustin. lib. 16. assiduum inter pa-res discordia malum sit, tamen id locum habere nō debet inter doctos & studiosos Musarum cultores, inter quos summa animorum consensio, & concor-dia sit est necesse. Refer hoc prouer. Iunij, Canina vicitas, cynocephalū oppugnas. Centu. 2. prou. 12.

Eloquen-

Eloquentia fortitudine  
præstantior.

180.



*Arcum laua tenet, rigidam fert dextera clavam,*

*Contegit & Nemees corpora nuda leo.*

*Herculis hæc igitur facies? non conuenit illud*

*Quod vetus, & senio tempora cana gerit.*

*Quid quod lingua illi leuisbus traiecta catenis,*

*Queis fissa facileis allicit ante viros?*

*An ne quod Alciden lingua, non robore Galli*

*Præstantem populis iura dedisse ferunt?*

*Cedunt arma togæ, & quamvis dunissima corda*

*Eloquio pollens ad sua vota trahit.*

*Hæc in sparsis genitioæ Herculis expressa est ex Lu-*  
*ciani quadam præfatione, qua ostendit Celtas, id est*  
*Gallos olim Herculem ογυμον appellasse, eumque*  
*eloquentiæ prudètiæq; deum exultimasse: apud quos*  
*ita effingebatur, ut senex, calvus & rugosus, inculto*  
*capite & glabro, cuiusmodi seniores nautas marinos*  
*videm⁹: adhac leonino tergore induitus, dextera cla-*

uam tenes, arcum sinistra, pharetrā ex humero pendulam habens; confertissimā quandam hominū multitūdinē trahit catenulis ex auro, & electro tenuissimis linguae suae extremitate perforata insertis, eamque nō inuitam sed vltro sequentem, imo etiam hilates omnes, nec villo modo restitātes, huic assentui videoas, ducentem se Deum laudibus efferentes. Id nihil aliud indicat, quām Herculem eloquentia, & fortitudine præstantem, dissipatos olim Gallos, & effratos ad iustitiam, & mitiorem vitam viue viribus eloquētiæ reduxisse, cuius facti tam insignis historiam mendax Græcia figmentis est persecuta, & ad armorum stupenda facinora postea conuertit, & ad suum Herculem Iouis ex Alcinena filium retulit, quod Herculī Gallo diuinæ cuiusdam naturæ viro propter sagacitatem, prudentiam singularem, & admirabilem eloquētiā proprium erat. Aut umant certè, nec leuibus sane conjecturis asserunt Gallos veteres tum eloquentiæ, tum linguae Græcæ fuisse perstudiosos. Io. Annius in Berosum de regib. Babyloniæ tradit Græcos à Gallis literas habuisse: apud quos quām domestica fuerit eloquentia, pluribus contendit Budæus noster 1. de Aſſe, & maximè cōmentariis in Pandectas ad l. 1. De ser. corru. 3. Qued ait prætor. Quin adiamus ipsum Lucianum sua loquentem lingua, qui singula fusiūs exprimit: Ηερκύνιος οἱ κελτοὶ ὅγμιοι ὄνουσκοισι φωνῆται ὀπίχωειν, τὸ δὲ οὐδὲ τὰ διεῖ πάντα ἀλλόκοτον γέρεον π. γέρεον δέντραν τοῖς ἐς τὸ ἔργον, πολιοὶ ἀκριβῶς, σπαλαυσαι τὸν πριχάν. προστὸ δέρπει, καὶ διακεγευώμενος τὸ μελάνταιον, τοι εἰσιν εἰς θαλαττοργὸν γέργητες. ἀλλὰ καὶ τοιοῦτος ἀλλὰ διαδένεις τὸν προσκευασμὸν τὸν λέοντος, καὶ τὸ ρόπτελον ἔχει ἢ τὴν δέξιαν καὶ τὸ χειροῦ τὸ περιήριττον, καὶ τὸ τέλον σύτετελόν τον ἡ αριστερὴν προσθείκυσι, καὶ ὄλως ἀριστερᾶν δέσι. καὶ τοι τὸ παρεγέδεδεντον ἀδέπτω ἔτιμον τὸ εἰνόν. ὁ γάρ δὲ γέρεον προσκευασμὸν

Σκέπτος αὐθέρνοπων παμπολύη πλῆθος ἔλειται, σὺ τῷδε ὁ πόνος  
ἀπαντάς δέδειλμους μεσυγὲ τὸ εἰσιν, οἱ σφράγει λεπίται,  
χρυσὸς καὶ ἡλέκτρος εἰργαστήρων, ἔρμοις ἐσκυψαὶ τοῖς ιχθυ-  
λίσαις, καὶ ὄμοις ἀστράπτων ἀγάνθηροι, οὗτοι μέρομοι  
βουλέουσι τοῦ θυντέλιος ἀνθερός, κατεύθως αὐτοτελεύ-  
τοι, οἵ τοις ποσίν αὐτέρειμαστοι, τοφές τὸ ἐνεργεῖον τὸ ἀγαροῦν  
ἐξυποτίθοντες, ἀλλὰ φυλάροις ἐποιοῦνται, καὶ γενιθάτες, καὶ τὸ  
ἄγνωτα επαπονθῆτες, ἐπειγούμενοι ἀπαγγεῖτε, καὶ τῷ φθάνειν  
ἔπειτα τὸ δεσμὸν τὸν χρεῶντας, ἐσκύπτετε ἀχθεδητούληροις,  
εἰ λυθάστονται ὁ ἐπιτέλπων ἀποπότατον ἐδειμαντεῖτε, οὐκ  
δικίστωνται, πέτροι εἰπεῖν. Καὶ τοῦ ἔχοντος ὁ ζωγράφος, οὐδετερός τοι  
ταῖς τετραχίεσταῖς τῷδε δεσμούσι αρχαῖς, αὔτε τὸ διξιώτες μηρὸν  
ἔδηται πόρπαλον, τὸ λαμπτὸν τὸν τόξενον χρύσοντας, τρυπαίστες ταῖς  
τοῖς τούς γλυπτίσας ἀνταρταῖς, ἐξ ἐμέταντον ἀλιστρίους ἀντούσις  
ἐποίησον, καὶ ἐπέτρεψαν γε εἰς τὰς ἀγρυπνίας μειδιάδαν.  
ταῦτα ἴγμα μὴ διτί πολὺ εἰσίνειν ὅρον καὶ θεαματάν, ηδὲ  
διπορεύεται ἀγαπητήρες, πελτοῖς τὸ τέλος περεστάτησιν ἀπται-  
δευτοῖς τὰ πιάταρα, ὃς ἔδειξεν, ἀκριβεῖς ἐπιάδεις φροντιῶν  
ἀριστεῖς, φελόσοφος, οἰμον, τὰ διπτήχωματα ἴγμα τοι, ἔφη, τοῦ  
ζεύς, λύσω τὸ γραπτόν τὸ αἴγυντα πάντα τοῦ ταχεῖσθαι μηδε-  
τοκας τοφές μετατί. τὸν λόγον ἀμετέοντες πελτοῖς, οὐχ, μαστερ-  
ύμεσις οἱ ἑταῖροις, ἐρμηνῶν οὐδεις τοῦτον, ἀλλὰ πέριττοις ἀντούσι-  
εικόδιοιμεν, οὐ πατερπολύτεροις ἔρμοις ἰσχυρότεροις ἔτοις. εἰ τὸ  
γέρον πεποιοῦται, μὴ θεαματάσις μόνον τοῦ ὁ τόξος τὸν γά-  
ρα φιλεῖ τὸ τελον διπτήχωματα τοῖς ἀχμαῖς, εἴτε ἀλιθῆ  
μάλι οἱ ποιῆται λέγουσοι, οὐτοὶ αἱ μηδὲ τὸ ὅπλοτερον φέρεται  
περίθοιται, τὸ τὸ γῆρας ἔχει τὸ λέξιν τοῦτον νίστιν σοφῶτερον.  
οὐ ποτέ τοι καὶ τοῦτον τοῦτον οὐτοὶ τοῖς λειτουργοῖς τοῖς  
μηδὲ, καὶ οἱ ἀγέραιοι τοῦτον τοῦτον τοῖς λειτουργοῖς τοῖς  
ἀπέστιν, διατεῦνται λείπεται γε πελτεῖται, εἴ γε μέμπτει,  
τὰ πεποιητα. οὐτε εἰ τοῦτον τοῦτον ἐπιδεκταῖς τοῖς αὐθέρνοταν  
τοφές τοῖς γλυπταῖς ὁ γέροντος τοῖς ἀσπιντοῖς, ὁ κόρης ἔλειται,  
μαζὶ τοῖς θαυμάστοις, εἰδὼς τοῖς τοῦτον τοῦτον καὶ γλώττας συγβε-  
ντας, εἴτε μέθεται εἰς αὐτὸν εἰ ταυτῇ τοῦτον. μέμπτει  
γρῦν, ἔφη, καὶ κορικῶν τίκνων ιαμβεῖσιν, παρέμμιτη μαρτσάν.  
τοῖς τοῦ λάλοισι τοῖς ἀντοῖς ή γλωτταῖς πέτσαιν οὐτοῖς τοῖς τοῦτον μηρόν.

τὸ δὲ οὐλον, καὶ ἀυτὸν μετέπειτα προσεχέστερόν εἰναι λόγῳ τὰ πάντα τὴν β-  
 ρύδα ἔχει γάστερίς, σφόδρα γέμει μέρος, καὶ πειθεῖ τὰ πλεῖστα  
 βιάστας, καὶ τὰ γε βέλη ἀντί, οἱ λόγοι εἰσὶν, οἵματα δέκτεις καὶ  
 δύστοχοι, καὶ παχεῖς, καὶ τὰς ψυχὰς οὐ περιώνοντες. πλεῦρα  
 γοῦν τὰ ἑπτα καὶ ὅμετοι φατέ τοι). Hoc est: Herculem  
 Galli Ogmion lingua propria nominant. eius autem  
 Dei simulachrum monstrosum, & alienum repre-  
 sentant. apud eos senex est, inulta glabraque cani-  
 tie, obrugata cute & nigro admodum colore, ut ma-  
 tinos nautas esse compertum habemus. atque eius-  
 modi cum sit, tamē Herculis cultum getit. Amictus  
 enim est tergore leonis, dextera clauam tenet, pha-  
 retram humeris aptatam, sinistra protensum arcum  
 prætendit, deniq; omni ex parte Hercules est. Verum  
 quod in imagine admirandum maximè mihi visum  
 est, senex ille Hercules cōfertissimam quandam ho-  
 minum multitudinē trahit, omnes auribus vincētos.  
 Vincula autem sunt tenues quædam catenulæ auro  
 electrōue fabrefactæ spirulis collaribus pulcherrimis  
 similes. At hi certè tam exilibus vinculis ducti, ne de  
 fuga quidem cogitant, tametsi facile possint: nec  
 omnino restitant, aut pedibus in diuersum renitun-  
 tur quasi resupinantes: sed hilares latique suū du-  
 etorem celebrant, sponte festinantes omnes, ut stu-  
 dio præueniendi laxa etiam vincula relinquāt, per-  
 inde ac tristes futuri si eiusmodi vinculis eximeren-  
 tur. Quod autem absurdissimum mihi visum est, non  
 pigebit referre: Cūm enim pictori reliquum iam ni-  
 hil esset, vnde catenarum extremitates innecteret,  
 dextera nempe clava ferenda occupata, sinistra verò  
 arcu tenendo, summam Dei linguam perterebratam  
 esse voluit, ex eaque religatis catenis eos trahi fecit:  
 ipse nimirum ad eos qui ducebantur, se conuenten-  
 do arridebat. Hæc ego quidem cūm diu consistendo  
 essem contemplatus, admirabundus, hæsisans & in-  
 dignans, Gallus quispiam qui tum fortè aderat, haud  
 quidem

quidem ignarus rerum nostrarum, ut qui linguam Græcam exactè doctus esset, philosophus ut opinor, ex iis qui in sua sunt regione, Ego tibi, hospes, inquit, picturę huius explicabo rationem, videris enim non nihil hac in te conturbari. Nos itaque Galli sermonem & orationem ut vos Græci, non dicimus esse Mercurium, sed Herculi eam tribuimus, quod hic Mercurio longè robustior fuerit. Quod autem senex fingatur, non est quod mirere. Solet enim eloquentia in senectute demum suū omnem vigorem exhibere, si modò vera sunt quæ poëtæ vestri dixerunt: lúriorum mentes instabiles & volucres esse, senectutem autem scire dicere commodius, quam iuuentus ipsa possit. Hinc certè ex Nestoris lingua flueret mel dicitur, & Troianorum oratores floridam quandam vocem emittunt, id est litioessam: nam lilia, quantum cominemini, vocantur flores. Proinde quod auribus homines ad linguam vincitos trahit senex ille Hercules, id est sermo, non est quod mireris, cum scias linguę autrumque esse cognationem. Neque verò ad contumeliam illius hoc fertur; memini enim, ait, iambos quosdam comicos ē vestris didicisse: loquacibus extrema in parte omnibus lingua est pertusa. Cæterūm opinamur Herculem oratione omnia perfecisse, virum quidē sapientē qui facūdia quāplurima subegerit; siquidē tela ipsius acutos, celeres & animas eadē sauciātes sermones interpretamur: hinc enim pénata verba vos etiā dicitatis.

*Arcum leua tenet, &c.*) Idē omnino cultus eadēque figura ac Herculis illius, quem poëtæ Græci leonis exuui, clava & aliis armis extructum faciunt.

*Contegit & Nemees*) In insula Nemea leonem occidit Hercules, cuius pelle aiunt vice thoracis usum. eo autem indumento eum fuisse usum, & talem fingi, ut homines, antiqui cultus admonerentur, ait Festus lib. 14. Sed haec parerga.

*Non conuenit illud, &c.)* Huius absurdī & Ἀπρόηγ-  
τος causam ex Luciano habes.

*Tempora cana) caput canum. effecta senij.*

*Cedunt arma togae, &c.)* Hemistichiū Ciceronianū,  
quo se orator ipse *simonius* pacis semper fuisse stu-  
diosum declarabat. hīc autem γάμον est, & οὐκον  
τὸ περιποτέρα φίλος, nimirū quod Hercules hīc noster  
(& orator quisq; insignis) non quidē viribus corpo-  
ris, sed facundiae vi auditores trahat quod velit. Id Ci-  
cero locis quamplurimis confirmat. Hinc de Orpheo  
iactatum, citharæ dulcisonæ modulo feras & saxa  
eum mouisse. quod vim eloquentiae significat, quam  
Euripides reginam, & Ennius flexanimā appellauit.  
Lege Val. Max. 8. cap. 8.

~~hunc vel aliam tibi & eis pudentia ostendit~~

Facundia difficilis. 181.



*Antidotum Ae&re medicata in pocula Circes*

*Mercurium hoc Ithaco fama dedisse fuit.*

*Moly vocant, id vix radice euellitur atra,*

*Purpureus sed flos, lactis & instar habet.*

*Moly magis & raro colitur ras voois, a Dandis (marie)  
voois. quod Moly vireat & proponit magna vnde.* Elequij

Eloquij candor facundiaq; alicet omnes:  
Sed multi res est tanta laboris opus.

Homerus Odyss. x. moly herbam à Mercurio  
Vlyssi datam ait, tanquam amuletum præsentissimū  
aduersus omnia veneficia. herbam hanc nigrae ra-  
dicis, sed floris lactei & inuentu difficillimam facit:  
cuius etiam mentio est apud Plin.lib.25. cap.4. Sic.  
autem habet Homerus:

*πίστιν οὐδὲ μετανοίης, γέλασκη δὲ εἰκελον αἴθος,* *πόλυ δὲ μή καλέσοις θεούς, χαλκών δὲ τ' ἵψοσειν, νυντ. σιελον*  
*αἰρόσι γέ θυτοῖς, θεούς δὲ πάντα διωνατει.* *De moly*  
*Ayndon, 2-*  
*fol. 335.*

Id figmentum non raro intelligitur de virtute, scien-  
tia, omnique eruditione, ad quam primus aditus  
arduis est ac sudoris plenus, sed suauissimus omniū  
fructus. τὰ γέ χαλεπά τὰ καλά, ut habet adagium.  
Hic autem eloquentiam primò quidem abstrusam  
& difficilem, deinde multo labore & diligentia par-  
tam iucundissimos adferre fructus, hominesque sui  
candore alicete intelligitur.

Amidotum) remediū, ex arti x, distillari, datur enim  
contra venenum.

*Eaa Circei* Virgil. 3. Æneid.

*Infernique lacus, Eaa que insula Circes.*


*Graecis accipitris, Clio. Long. & Paus., 1. 1.) —*  
~~oratorem, ubi Verè hoc Antiquis-~~  
~~mobi, videtur apud locum natus &c.~~

*Q. sequens: Embryos de sangue, qui non nec-*  
*minabur sic.*

*Sic pro Cetero: An nos aliam eorum esse*  
*vitam protulis &*

~~prose & verse  
in Latin & Greek  
with a few notes.~~  
Antiquissima quæque  
commentitia.

182.



Pallenae senex, cui forma est histrica, Proteu,  
Qui modo membra vini fers, modo membras feri.  
Dic age, quæ species ratio te vertit in omnes,  
Nulla sit ut vario certa figura tibi?  
Signa verustatis, primeui & præfero secli,  
De quo quisque suo somniat arbitrio.

Conuertit Protei πολυμορφοῦ fabulam in scriptores quosdam rapsodos, & rerum antiquissimatrum quæque extra omnium memoriam positæ sunt, narrationem è variis & sæpe pugnantibus inter se petitam concinnatores; qui cùm sibi non conueniant, & pro arbitrio somnient de rebus à se remouissimis, & ingenij humani captum excedentibus, pro germana naturalique rerum veritate tenebras quosdam narrationum offundunt, & portentosam historiæ formam è variis petitam, seu, vt dixeris verius, indigestā miscellaneam obtrudūt, vt renera Proteum quendam in eiusmodi scriptionibus ostentent. Gentes enim pleraque

pleræque & nationes ignaræ vetustatis, & veræ perpetuæque seriei temporum, fabulosas quasdam origines confinxerunt, ut cùm Theslali se ex lapidibus ortos esse voluëre: *Arcades Luna se antiquiores existimarent: Athenienses autem Doras esse rati gloria bantur suum genus Ionica gente, quæ originem habuit à Iapheth Noë filio, vetustius ideoq; celebris. fuit is Proteus marinus deus vaticinij peritissimus in quamlibet formam se mirabiliter transmutans, nam fit aper, modo saxum, & cùm volet arbor, inquit Horatius. Quin & Virgil. 4. Georg.*

— Fiet subito sus horridus, atraque tigrus,  
Squammosusque draco, & fulua ceruse leana,  
Aut acrem flamme sonitum dabit; atque ita vincula  
Excidet, aut in aquas tenues dilapsus abibit.

Talem describit Empusam Aristophan. in Ranis. sic enim ait:

καὶ μὲν ὁρῶ τὸ θέατρον μέγα,  
πολὺν τίς δεῖν τὸ πάντα πονοῦντα γένεται.  
τότε μέρη βούσι, καὶ δι' ὄρευς, τότε δι' αὖ γαλλ  
ἀρχιστάτην τις· ποδὶ δέ; περὶ ἀντλίας τις,  
ἄλλ' οὐχ ἔτ' αὖ γαλλίας τις, ἄλλ' ἕτερη κάνω.

Atqui profecto maximam video feram:  
Qualem? nouam, qua in cuncta mutatur statim.  
Nunc mula, nunc bos, sit' que rursum famina,  
Valde venusta. ubi est? ad eam me confero,  
Sed rursus illa haud mulier, at iam sit canis.

Plato in Euthydemus Proteum ait Ægyptium fuisse sophistam, qui præstigiis quibusdam incautos falleret. Certe Ponticus Heraclides sub Protei fabula informem rerum materiam à poëtis συμβολὰ significari ait. cuius verba hue referam vel obiter: εἰδέντων οὐδέποτε εἰς ἀπάντην ἡ βολεται τροφίων μετατρέψασι τοιποτοί εἰς δεράσιν μῆδοι δικοστοί, εἰ μὴ εἰς ἐρεγία φυγή τὰς ἐλυμπίας ὑμέρα τελετὰς ἱεροφατίσσει. τὰς οὖτις τροφίδος τῆς ὅλων ὑφέσαται γένεσιν,

ἀλλα

αὐτὸν τὸ πᾶν ἥτις θεός, εἰς δὲ τὸν βλέπομέν, οὐκεὶ κατάση-  
μα. παλαιοὶ γὰρ οὐτε ποτὲ ξένοι, οὐδὲ διατύπωτοι ὁ  
χαράκημον, οὐδὲ πανεκτιμόντες χαρακὴν προτίνεις τέλον  
οὐκανοταῖς μορφῖς. οὐτοὶ γὰρ τῇ τιμῇ οὐλαντίσαντες τοῦτο  
πάγιον εἰς βίβλους, οὐτ' ἐργασίας οὐδὲ τῶν ἀλίσιον φορέαν ιστυ-  
μένος εἰκαστο· πάντα δὲ οὐδὲ αἰώνιας ἡρεμία ηγετοποιή-  
σα σιγῇ, καὶ πλέον ὅδε λιμὸν οὐδὲ περιπλῆκτος ὑπερέσεις  
ἀργεῖα, τοινόν δικαιουροῦ διατάσσετο καὶ κοσμοθεός οὐδὲ ἀρχὴ<sup>ν</sup>  
ταῦτα εοντάκυστοι τῷ βίσσῳ τύπῳ, τὸ κοσμον ἀπέδεικνε τοῦ  
κόσμου. Μετείνυντο μὲν ἔργον τὸ γῆς, ἐχθρεῖς δὲ τῶν  
τητικεγν θεατάτης. πέπλος δὲ τειχεῖα τῆς οἰκου ἥτια τοῦ  
ζεύρα, οὐ τάξιν τῶν οἰδαν μηρέσιοι ἐκομίζετο. τέταρτος  
τορομητας κιραμέρων ὁ Δίος μηδεμιάς τοις διακρίσιν  
οὐδὲ τῶν ἄμερτων ὑλῶν περιτίως δὲ θυγάτηρ εἰδος  
διηγεῖται διατάσσεται γῆματιν θία, διὰ τούτην μια το-  
τοῖς ἀντί ζύσις ὁ περιτίως, εἰς πολλὰς ἴμετετο μηρές  
ὑπὸ τοῦ περιτίως διαπλατίζεταις,  
ἵτοι μὴ περιτίως αἱ λίσται γέμεταις οὐδὲ γέμεταις,  
ἀνταρπίεται δράκων, καὶ πάροδοις, οὐδὲ μέγιστος οὐδείς.  
γίνετο δὲ ὑγρὸν θεῖον, οὐδὲ ιστρεοὶ οὐκιπέτητο.  
Μίαν μὲν τὸ λεόντος ματέρα γάνων, τὸ αἰδίον δικαῖον  
δράκων δὲ δέσιν οὐ γῆ. τὸ γὰρ αὐτόχθων αὐτὸν καὶ γυμνόν,  
καὶ ἄλλο πλεύν τῶντο σημάνει. δὲνδρον γένεσιν απαν-  
τεντανόμενον καὶ τῶν δοτὸν γῆς ὄρους μεταρτιαν ἀεὶ λαρν.  
Εάνοι συμβιτικῶς ἐπινάσσεται. τὸ μὲν γὰρ οὐδερεῖς ἀσφα-  
λεστέρεται τοῦ περιτίως διηγεῖται τὸ επιτερέψ πα-  
ρεῖστον εἰπάν. γίνετο δὲ ὑγρὸν θεῖον. ὅτε δέλονται τῶν  
μηρῶν μηροτονοῦσι τοῦτα καλεῖσθαι, τῶν δὲ εἰδομένων  
πλαστόσασταν ἔνεσεν περέσιαν, εἰδοδέσιαν, οὕτως ἀμετέντη  
τῶν διακριθέντων, εἰς τὰ συνεχῆ καὶ περιστακτά τὸν  
οὐδὲντα τηθανατέοντας τοῦτον τὸν οὐδὲντα διεπλα-  
στη, φάρεγν ἀνόμαστην. ιπηδήπερ δέσι φέρον, τὸ γήινόντα,  
καὶ τῶν γῆς ἀφάροτον, οὐκαλλίμαχος οὐδὲ τῶν ἄγρων,  
ἀφάροτος οἶον γῆν. Φυσικῶς οὖν τὸ ἀπάντω πετίχε  
χῶνται ἀνόμαστε φάρεγν, οὐ τὸ γήινόντα περιστρέψας, οὐ μά-  
νεσα εἴελετο σημείας. Alij ad alia transferunt, ut Isa-

cius

eiis commentariis in Lycophronem, & L. Viues in ciuit. Dei Aug. lib. 10. cap. 10. Erasm. in adagiis, Proteo mutabilior: &, Pellenæ tunica. proprius attigisse scopum videtur Cælius Rhodig. libr. 20. cap. 31. ex quo pete reliqua.

*Pallenæ senex*) Val. Probus Proteum facit Ægyptium, quem propter insignem quandam crudelitatem Bulirim nominatum ait, & si Virgil. Pallenum faciat. Pallene autem vrbs est Thraciæ.

*Forma histrita*) Varia & multiplex, qualis histriónū qui pro rei, quam fingunt, varietate varium cultum assumunt.

## Insignia poëtarum.

183.



Gentiles clypeos sunt qui in Iouis alite gestant,

Sunt quibus aut serpens, aut Leo, signa ferunt.

Dura sed hac Vatum fugiant animalia ceras,

Doctaq; sustineat stemmata pulcher Olor.

Hic Phœbo sacer, & nostræ regionis alumnus:

Rex, olim, veteres seruat adhuc titulos.

Confert insignia poëtarum cum aliis stemmatis,

& symbolis gentilitiis seu *xer* *cravthos* & *avtris*. sunt enim qui aquilam circunferant, sunt qui vulturem, alij draconem, & alia eiusdem generis, quibus animorū ferocia, immanitas, rapacitas aperte declaratur: at poëtis olor est candidus, Phœbo consecratus, qui que regi quondam nomen dedit, animi puritatem & integritatem representat, qualis in poëta sacro requiritur, qui suos omnes labores ad Phœbum literatum præsidem, & ut loquuntur Graci, *μοναχὸς* referre debet, ut cantus dulcedine posteritatem sibi deuinciat, nec minus in admirationem rapiat ac cygni paulo ante mortem cantio, de qua illud Martialis tritum:

*Dulcia defixa modulatur carmina lingua*

*Cantator cygnus funeris ipse fuit.*

Nec minus hoc Socratis ex Platonis Phædone: *εἰςαγέτης τῷ μόνῳ οὐκέτε φαντάσεις ὑπῆρχε* τινὶ μαρτυρίῳ. *εἰ τοιδὲν αὐτῶν ταῦτα, οὐ πάντας αὐτοὺς λατρεύειν* ἔδοντες, *καὶ ταῦτα προσέδειται χρήσις τότε δὲ πλεῖσται μάλιστα* ἔδευτην γεγονότης, *οὐ μέλαντο παρεῖται τοῦ δεινοῦ* αἵματος, *εἴπει σοι διεργάποτες*: hoc est, ut appareat, ad diuinandum videor vobis esse cygnis deterior: illi quidem quando se breui morituros agnoscunt, tum magis admodum & quidem dulcius modulatur quam anteā consueuerint, & quod ad Deum, cuius erant famuli, tunc sint migraturi, congratulantur. Hic non me mouet quod Aelianus lib. 1. *πονητ. 150.* & Plin. cap. 23. lib. 10. negant cynum canere, id enim discutere non est nostrī instituti. sed certe obiter addotabo. Egypcios cum musicum senem significarent, cynum pinxit, quod, inquit Orus, senescens concentum edat suauissimum. Quin & Pierius hac aut poëtam, animi candorem, & Apollinem designari scribit: quem lege lib. 23.

*Gentiles clypeos, &c.) videtur esse hypallage, pro,*  
*alitem Iouis in clypeis, &c.*

cera) imagines cera expressas. Iuuenal. Satyr. 8.

Tota licet veteres exornent undique cere Atria, &c.

Hic Phœbo facer) Id testatur his verbis Plato: ἀλλὰ τοιαὶ τέλεσθαις οὐτε μεγάλοι τε εἰπεῖν καὶ προειδότες τὰ εἰδὸν αἴσθητα, αἴσθουσιν καὶ τέρπονται εὐείλων τῶν θυμιάσιων διατελέσθαις, οὐ εἰ τῷ θεοῦ σχεδόντες οὐδὲν: quia Phœbo sancti sunt, ut arbitror, diuinatione prædicti præsagiant alterius vitæ bona, adeoque cantant alacrius gestiuntque ea die, quam superiori tempore. Octavius Cleophilus lib. de poëtarum cœtu idem fermè ait:

In tre a nubes liquidum prope flumen olores

Audio celestes edere voce sonos.

Hinc volucrem Phœbo fertur sacrasse vetustas,

Quod referat cantus Delphice magne tuos.

Candida fama viget nullo violabilis aeuo,


Nec mors huic nigras iniicit atram manus.

Tu finam vates candorem rere volucrum,

Atque ideo vates concinit inter ans.

Rex omnium veteres, &c.) Cygnus Ligurum rex, in Gallia transpadana, Musica laude clarus, qui cum decessisset, ab Apolline in sui nominis auem mutatus creditur, ait Pausanias in Atticis. Aliam causam 2. Metamorph. Ouid. adfert, Cygnumq; alterum Neptuni filium in auem sui nominis mutatum facit eius operis duodecimo.

Vul Psichol.  
 pag. 26. do  
 Morati  
 Syzygophora  
 pag. 23. 24.  
 DE Magin  
 Myrel. 4  
 Cap. XIII.



Locrensis posuit tibi Delphice Phœbe cicadam  
 Eunomus hanc, palmæ signa decora sue.  
 Certabat plectro Sparthyn commissus in hostem,  
 Et percussa sonum pollice fila dabant.  
 Tritafides rauco cœpit cùm stridere bombo,  
 Legitimum harmonias & vitiare melos:  
 Tum cithara aigutans suavis sese intulit ales,  
 Quæ fractam impleret voce cicada fidem.  
 Quæque allecta, soni ad legem descendit ab altis  
 Saltibus, ut nobis garrula ferret opem.  
 Ergo tuæ ut firmus stet honos, ô sancte, cicada,  
 Pro cithara hic fidicen æneus ipsa sedet.

Id Strabo Geograph. 6. pertractat, cuius huc verba  
 referam: ἐδέινυτο δὲ αὐθίπας εἰ τοῖς λοχῷσι δύνεισον  
 τοὺς καθηρεωθεῖς. τέττηγα δὴ τὰ πατέρες καθήμενοι  
 ἔχον. φοιτὴ τὸ πέμπτον πυθίον ποτὲ ἀγωγοῦσι τὸ τοῦ  
 τοῦ καὶ ἀριστοτελῆ γένον ἐπιστηθεῖσι τὸ κλεῖστον. τὸ μὲν  
 θὺ ἀείστωται δὲ πάντα τὸν δέλφινον οὖν τὸ συμφρόνετον. οὐδὲ

γε τούς τοὺς πρεσβύτερούς, οὐ τινὰ δοκιμίαν ἔχειν εἰς αἴθαι. τὸ δὲ εὐόμου φίσαντος ἀρχεῖον μηδὲ μετεῖναι ἐκεῖνος ἀυτοῖς τῷ πελέα φωτεινὸν ἀγαπητόν, παρ' οἷς καὶ οἱ τέλειοι εἰς τὸν ἄφαντον, τὰ διφθυγμάτα τῷ πελέα ζώον, ὅμοιος ὑδατηρεῖν, μικρὸν τὸ πελέα τὸ δεῖσαντα καὶ τὸν ἐλπίδα τινὰ νίκην ἔχειν. Ικνησμὸν μὲν τοῦ τὸν διηγομον καὶ αἰσχυλού τινὰ λεχθῆσαν εἰπεῖν εἰ τῇ πατρίδι, ἐπειδὴ κατὰ τὸ ἀγῶνα μᾶς τὸν χερδὸν ἥσυχον, επιστὰς τέλειος εὐπλούστης τὸ φθίζον. id est, Ostenditur apud Locros Eunomi cithareedi statua, quæ insidentem citharae cicadā habet. Scribit autē Timaeus, aliquando in Pythiorū certamine illū vna cum Aristone Regino venisse in contentionem, ut præmium sortiretur: Aristonem autem fusis precibus Apollinem Delphicum inuocasse, vt sibi adesset: maiores enim suos ipsi Deo consecratos, & à Delphis Reginū missam coloniam norat. Eunomum autem dixisse illis, nunquam de musica ab eorum primordio certamina suisse, cum quidem apud eos cicadæ cunctorum animalium cantu suauissimæ omni sono destitutæ essent. Nihilominus Aristonē spe victoriæ ad laudem assèquendum strenuum: Eunomum tamē victorem declaratum, statuam, quam diximus, in patria collocaisse: cum enim inter certandum chorda vna fracta defecisset, cicada superuolans adfuit, quæ suplementum vocis ficeret. Hactenus Strabo. Certe hoc Epigramma Latio donatum, & aliquot versibus ab Alciato coercitum, legere est in sectione quarta Graecorum Epigramm. titulo εἰς καθαρόδες, quod hoc ascribam:

Εὐρουν δὲ πολλον σὺ μέν οἰδά με τῶν πολιτῶν

σωρέπειν ἐλαυρὸς ἐγώ, παυθειμόντος δι' ἐρέω.

αἰόλεν δὲ καθάρειν νόμον ἔκρεπον. εἰ τὸ μεσένσα

παρέσ,

αδεῖ μοι, χερδὸν πλάντειν ἀπεκρέμασθε.

καὶ με φθίζοντος τούτον ὅπαντας οἰκεῖος αἰσθάτε,

εἰς μενοντας μὲν διηγομον τὸν τρόποντος μὲν καθεύδεται.

εὐεγέλευ  
καὶ τις

τὸν τρόπον

g 3

καὶ πεπάτη ἀυτούσιν καθάρεσσιν ψῆφοις ἀναστὰς  
πέπιξεν επλήνε τῶτερον ἀρμονίας.  
νεῦσερ γένεταιναστον· οὐδὲ ἴβρομάτας ἐμελέματα  
χερψίας, καν τάτιο γῆρας σκιαχρέμεντα.  
πολὺς γένεται μελέτατον μεσαμβενὸς ὄντεστον ἀδεια  
τῆτο ποιμενικὸν φέρεγμα μεταριθμότα.  
καὶ μὴ διαφέρεται τοῖν αὐτίχοις τούται νευρεῖς,  
τῷ μεταβαλλομένῳ συμμετέπιπλε δρίποι.  
τόμωνει συμφόνων μηδὲν χάρεν. οὐδὲ τοποθετεῖ  
χάλκεος, καμπάγεις ἔτεστιν καθάρεσσι.

Eius narrationis ἐξήγουν cōtinet διηγέρη, nimirum  
musicam diis esse curae: quod & significat Homerus  
Iliad. i. cūm induxit deos cithara vientes post con-  
tentionem de Achille. quod & certe non modò  
ethnicorum scripta declarant, sed maximē libri sa-  
cri affirmant, quanta fuerit lege diuina musicę com-  
mendatio, vt 1. Reg. 16. & apud regium Psalmem  
variis in locis. cōsule & D. August. de ciuit. Dei 17.  
cap. 14. Scripsit Plutarch. elegans de Musica com-  
mētarium, cuius vires attingit posteriore de fortuna  
& virtute Alexandri, & de cohibenda iracundia.  
Athen. item 12. cap. 4. & 14. cap. 11. Quantum  
autem ad hunc locum attinet, repete prouerb. A-  
chanta cicada: &, Chordæ vice: &, Ad fractam ca-  
nere, in Chiliad. Erasmicis.

*Delphice Phabe) à Delpho Phocidis ciuitate Phœ-  
bus Delphicus dictus est, in qua nimirum oraculum  
fuit toto orbe celeberrimum.*

*plectro) instrumento quo fides plectuntur & per-  
cūtiuntur. Martialis:*

*Exornent docilem garrula plectra lyram.  
in hostem Sparthyn) in aduersarium Spartanum,  
id est Aristonem. Sparthyn Græcus accusatu.*

*trita fides) rupta.*

*fūdere) dissimilare.*

*bombo) sono.*

*argutans suauis ales) cicada suauiter canens.*

*descendit ad legem soni) aptauit se se ad instrumentum  
musici concentuum.*


*Ab alto saltibus) à syluis, & relictis nemoribus in  
quibus potissimum frequentia est cicadarum.*

*ó sancte) Phœbe.*

*tua cicada) tibi sacræ. quo de suprà.*

*Pro cithara hic fidicen) Ne tanti miraculi memoria  
temporis vetustate deleretur, citharam Apollini cum  
cicada ænea insidente consecrauit Eunomus.*

Litera occidit, spiritus viuiscat. 185.



*Vipereos Cadmus dentes ut credidit aruis,*

*Senit & Aonio semina dira solo:*

*Terigenum clypeata cohors exorta virorum est,*

*Hosili inter se qui cecidere manus.*

*Evasere quibus monitu Tritonidos armis*

*Abieclis data pax, dextraque iuncta fuit.*

*Primus Agenori des elementa, notisque magistris*

*Tradidit, iis suauem iunxit & harmoniam.*

Epimythion est elegantissimum, quo litteratorum emulationem inter se contentiosam innui vult. Sed auspicandum est à Cadmi fabula. Is Agenoris Phœnicum regis filius, à patre missus ad Europam sororem querendam, iussusque Phœniciam prius non repetere, quām illam reduceret, Apollinis oraculum dicitur adisse, ut quid sibi esset agendum, certò nosset, eumque responsum cepisse, ut indomitæ bouis ductum sequens, ibi tandem sisteret, sedemque figeret quo loco illa procuberet. Itaque oraculo paruit, Thebas Bœotias condidit, Harmoniam Martis ex Venere filiam duxit vxorem. Adhæc draconem Castalij fontis custodem Marti sacrum interfecit, cuius dentibus (suas Palladis) humo, ut sata quædam mandatis, armatorū militum legiones prodiere, quæ se mutuō statim trucidarunt, demptis quinque reliquis, qui Palladis consilio fecerat & pacem contrahere non recusatunt: quibus postmodum reuerfis in gratiam, auxilium Cadmo tulerunt in Thebis instaurandis. Hi denique in numerosum populum excreuerunt, totamque Græciam suo genere & præclarè gestis nobilitarunt. Historiam fuisus 3. Transformationum Ouid. est persequutus. Quid autem hoc sit ἄναγκης, accipe. Serpens est typus τὸ στίχος καὶ τὸ ἀπαιτούσα τέχνα τὴν πολεμικήν. Sati dentes labore Cadmi, literæ sunt per totā Græciā primū sparsæ, quas ille ingeniosus & industrius admodum artifex fertur Græcis ipsis tradidisse. Armatorum autem copiæ ex iis dentibus ortæ, studiosos arguunt, qui liuore & emulatione quadam moti, sibi mutuā inferunt internacionem, dum scriptis vltro citroque editis, vel etiam verborum concertationibus, id est, λεγογραφίαι rixantur, suorum συνδημων & rivalium labori,

laboribus detrahunt, eorumque doctrinam importuniū vellicant. Videlicet plus quam satis est eius rei exēpla nostra artas, quae ut politiorem cōcinnioremque non modō artium, sed totius philologiæ tradendæ methodum habuit; sic certe plura, & quidem nocentiora eō monstra parturiūt, sic ut vero verius dictum sit, Vbi mel, ibi fel: &c, vbi vber, ibi tuber succrescere. Porro numerus petexiguus à Minerua sapientiæ præside pacatus, & tandem in infinitum numerum crescens studiosorū conditionem notat, qui cum se mutuō iuuant, vel etiam pauci vbetrum doctrinæ prouentum reportant. Hanc fabulam ingeniosè & lepidè traducit Anulus in typographos Lugdunenses, refertque dentes serpentis ad sedecim literas, quæ tot primūt fuerunt Cadmi tempore: ex quibus cōsonas sese interficere ait, quod nihil ex se virium habeant: quinque vocales, quæ per se vocem faciunt, quæque aliis soni vim communicant, referre quinque milites, qui mutuō in pacem conspirarunt. concluditque postremō typographum elementorum typos, quasi Cadmium serpentis dentes disseminare, quibus barbari ad vitæ cultum & humanitatem perueniant. Sed Anuli carmen præstō *Cadmi.*

*Cui iaculum, jaculōque animus præstantior omni. Seneca. Wagner. fd. 206.*

Atque leoninum vis erat exanimis:

*Calmus Agenorides præstans facundia, & armis.*

*Ut iaculum penetrans, ut leo magnanimus,*

*Vexit in Europam literas Phœnicibus ortas,*

*In quibus humana circulus est Sophia:*

*Quarum quinque (alijs se collidentibus ultrè)*

*Plena vocales integritate manent.*

*Ac terrestribus has animis insevit, & artes:*

*Civiles homines fecit & ex rudibus.*

*Fictus ab hoc vigili dentes sparsisse draconis,*

*Ex' que satis natos dentibus esse viros.*

474 ANDREAE ALCIATI  
Qui se occiderunt per mutua vulnera, tantum  
Post reliquos cæsos, quinque superstitibus.  
Ex quibus est hominum post multiplicata propago,  
Qui primi Thebas incoluere nouerat.

Huius ad archetypum, literas qui spargit in urbe  
Quæ nomen, vires, stemma leonis habet.  
Quique libris homines sapientes perficit: an non  
Iure pari possit dicere chalcographus?  
Semino serpentis dentes in pelle leonis,

Hoc est Lugduni, qui leo gallius est.  
Vipereos dentes, &c.) Totam hanc narrationem  
habet Ouid. 3. Metamorph. lego adhæc Plin. libr. 7.  
cap. 56. Solin. cap. 13. & Lod. Viuis comment. de  
ciuit. in cap. 39 lib. 18. Vipereos autem dentes di-  
xit, pro serpétinos, σωματοχειως, speciem pro genere.  
*credidit aruis) mandauit solo.*

Aonio solo ) in terra Græcia. Aōnia dicta Gracia,  
ab Aōne Neptuni filio, rege Bœotia.

Monitu Tritonidos) suasu Palladis. Ouidius:  
Et sua iecut humi monitu Tritonidos arma.

Agenorides) Cadmus Agenoris filius. Hinc fabulae  
materiā sumpserunt Poëta, quod Cadmus literas  
Græcas à Phœnice, acceptas in Graciam detulerit.

## Dicta septem sapientum. 186.

Hæc habeas, septem sapientum effingere dicta,  
Atque ea picturis qui celebrare velis.  
Optimus in rebus modus est, Cleobulus ut inquit,  
Hoc trutina examen, sine libella docet.

Noscere se Chilon Spartanus quemque iubebat:  
Hoc speculum in manibus, virtusque sumpta dabunt.  
Quod Periander ait, fræna adde Corinthiis ira:  
Pulegium admotum naribus efficiet.

Pittacum,

Pittacus, at ne quid (dixit) nimis. hec eadem aiunt.

Contracto qui gith ore liquefaciunt.

Respxisse Solon finem iubet. ultimus agris

Terminus hanc magno cesserit ipse Ioui.

Heu quam vera Bias, Est copia magna malorum:

Musimoni infideat effice Sardus eques.

Ne præ esto, Thales dixit, sic illita visco

In laqueos sociam pana, merops que trahit.

Septem sapientum tanta fuit apud priscos auctoritas, ut propter vitæ integritatem & sententiarum quarundam paucis verbis comprehensarum pondus & grauitatem, soli omnium ὀνοματ̄ dicerentur. Vitæ quidem instituto, & moribus ab aliis differebant, & seriis quibusdam sententiis & apophthegmatis aliorum mores informabat. D. Augustin. de ciuitate 8. &c 18. eos ait clarissime post Poetas theologos, & vitæ generis laudabilia quædam hominibus præstitisse, nihilque monumentorum quod ad literas attinet, posteris reliquissim, nisi quod Solon quasdam leges Atheniensibus dederit: Thales verò physicus suorum dogmatum libros reliquerit. Horū apophthegmata Volaterian. habet Philologiaz 28. ex Demetrio Phalereo, & eadem explicuit Beroaldus in Heptalogo, & Erasmus passim in Chiliadib. In Græcorum Epigrammatōn collectaneis octostichon extat de septem horum sententiis insignioribus, & de cuiusque nomine & patria, quod hic propter concinnitatem ascribere non grauabor: adde quod eadem ipsæ sint, quas Alciatus illustrat symbolis, ut emblematis decoro inseruiat:

Ἴπικη στρῖψις ἐρίσω κατ' ἔπος τόλιν. δύνομε, φωνήις:

μέδον μῆτη κλεοβούλος ὁ λινδιος, εἴ πτερ ἀριστην.

χίλων οἱ ἐν κοίλῃ λακεδαιμονι, γνῶντες σεαυτὸν.

οἱ καρδινάλιοι ἔραιοι χίλιου κατέτει πολεῖαν οφει.

πίπη-

τοῖς πλανοῖς, οὐδὲν ἔχει, ὃς εἶναι γῆρας οὐ μήτε ἄνθετο.  
τέρμα τοῦ ἵππου Λιόντοιο, σύλλογοις ιεράσις εἰς ἀθλίων.  
τοὺς πλέοντας κακίας ἐξ Σιάς ἀπεφύγει τελείωσε.  
ἐγένετο φέρετον ἐξ Σαράντος μιληστούντος.  
Nomina, dicta, urbes septem canimus sapientum.  
Optima mensura est, Cleobulus Lindius inquit.  
Te cognosce ipsum, Lacedæmonis incola Chilon.  
Quique Corinthius est, iram rege, ait Periander.  
Pittacus at, ne quid nimis, effatur Mytilenit.  
Atticus hinc Solon, vita, inquit, respice finem.  
Non spondere, Thales Milesius utile censet.  
Tlēna malorum cuncta, Bias canit urbe Priene.

Apud Ausonium plenius eadem apophthegmata  
Græcè & Latinè repetes, apud quem etiam ludum  
corundé sapientum videre est. Cætera percurramus.

*Cleobulus*) Hic ex Lindo vrbe Rhodi insulæ, patre  
Euagora, in Ægypto didicit. dicebat, cauendas esse  
inimicotum insidias, & amicorum inuidiam: eius  
vitam lege apud Laërt. lib. 1. huius insigne dictum  
fuit, ἀεριστος μέσος, optima mensura, vel, optimus modus:  
ad quod συμβολικῶς designanduni, trutina siue lanx  
adhibetur: eâ enim quæque ponderantur. idem ha-  
bet Hesiod. 1. ἑργα.

*Chilon*) Lacedæmonius fuit Ephorus, qui magistra-  
tus à tribunatu plebis Roman. non multum diffe-  
rebat. Fuit pauciloquus, in sermone concisus, quod  
ei fuit patrium, hinc enim laconismus. elogio pro-  
digio. cap. 7. lib. 1. ditum est, septem aliorum fuisse sapientissimū. Eius  
insigne apophthegma, γνῶσι στοιχεῖα, quod per specu-  
lum intelligitur. Plura Laërt. lib. 1. Plin. li. 7. cap. 32.  
& Erasmus in adag. Nosce teipsum.

*Periander*) hunc aiunt tyrannum fuisse immodica  
quadam iracundia, quiique ciuitatem auro spolarit,  
& incestus non nominandos perpetravit. vnde ple-  
riique negant hunc fuisse unum e septem sapienti-  
bus, sed alterum quendam nomine Petiandrū Am-  
bracia

braciæ natum. Dictum celebre, *Iram cohendam*, quod fræno ori admoto intelligi datur apud quosdam scriptores: sed hic pulegium adhibetur, quod per inferiores partes bilem purgat, & admotum naribus medetur lipothymia. Vide Plin. 20. cap. 4. & lib. 26. cap. 9.

*Pittacus*) Hirrhadio patre Thrase natus, vir amas libertatis, iustissimus & fortissimus: Huius egregium dictum, μηδὲν ἄγαρ, & γνῶθι καυρὸν, quorum altero mediocritatem, altero tempus esse cognoscendum, id est, temporis habendam esse rationem admonebat. Symbolum autem prioris est gith, nigerrimum semen optimumque excitatissimi odoris, quo minimo sumpto in cibis dat saporis gratiam, largius autem, venenum exhibit. plerique suspicantur esse minutulum piper, quod poyuretum nostri vocant, & Pharmacopolæ nigellam Romanam. Plin. lib. 20. cap. 17. Melanthion & melaspermon nominat, de cuius ibidem vitibus satis, & lib. 19. cap. 8.

*Solon* in Salamine insula natus, que iuris erat Atheniensis, parentibus nobilissimis ortus, leges Dracoris sanguinarias mitigauit, aliis promulgatis aequoribus toto orbe celebratis. Nullum ante mortem beatum dicendum, sed expectadum vita finem dicebat, quod Ouidius 3. Transformat. retulit his verbis:

— — scilicet ultima semper  
Expectanda dies homini, dicique beatus  
Ante obitum nemo supremaque funera debet.

Id Terminis figura refert, cuius effigiei ratione supra iam satis expressimus.

*Bis*) Hic Prienis urbe Ionie natus, cuius insigne dictum à plurimis celebratum: *Omnia mea mecum porto: & illud nostrum, oī πλείους κανοί*, quo taxabat vitorum inter homines omni parte scatentium multitudinem. quod figuratur per Sardum hominem musimoni insidentem. Musimones, asini, muli, aut equi

*Vnde quod  
gloriatur  
monstrum*  
 equi breues: ut inquit Nonius. vnde Lucilius: *Premis  
emit qui vendit equum insimonem.* Sardæ autem de-  
prauati, & nefarij sunt habiti. Notatur igitur rerum  
malarū abundantia sub duobus hisce, quibus abun-  
dat Sardinia. Lege Plin. 8. cap. 49. De Biante Lacri.  
Val. Max. lib. 7. & Gell. lib. 5.

*Thales* nobilissima ortus familia Miletii, geometriæ  
& astrologiæ peritusissimus. inter eiusdem graues senti-  
tentias est ea, qua monebat sponsonem non esse fa-  
ciendam, *τύπον τράγειας οὐ ζητεῖ*: qui enim se vadet sta-  
tuit, sibi seruitutem, alteri libertatem para~~n~~ symbo-  
lum est parra vel merops, quæ pedibus aut visco ca-  
ptæ consocias attrahunt; tales enim sunt debitores,  
qui ut se explicent irretitos, alios quos possunt si-  
deiussores aucupantur. Parra quidē ausis inauspicata,  
quæ galerita vel alauda dicitur. Plin. 11. cap. 37. Me-  
rops, quod apes comedat, apiastra, idem lib. 10.

Submouendam ignorantiam. 187.



Quod monstrum id? Sphinx est. Cur candida virginis ora,  
Et volucrum pennas, crux a Leonis habet?

Hanc

Hanc faciem assumpit rerum ignorantia: tanti  
Sciurum est triplex causa & origo mali.  
Sunt quos ingenium leue, sunt quos blanda voluptas,  
Sunt & quos faciunt corda superba rudes.  
At quibus est notum, quid Delphica littera posset,  
Præcipitis monstri guttura dira secant.  
Namque ut ipse bipesque tripesque & quadrupes idem est,  
Primaq[ue] prudentis laetitia, nosse virum.

*Jam, genit  
73. Cadeus.*

Vt minus prouectis aliquantis per consulam, paulo  
altius repetam carminis huius argumentum ex sententiâ Diodoti Siculi, Sophoclis & Strahonis. Oedipus Colonatus, inquiunt, Agenoris ex Labdaco nepos & Iocastæ filius: quem pater cum ex oraculo futurum cognouisset, vt à filio vita priuaretur, Oedipum recens natum pastori dedit interficiendum. Ille suspensum trajecta resti per virunque pedem reliquit in Cytherone. sed Melibœus pastor regius, tum fortè misericordia motus ad regem suum Polybū detulit, qui cum liberis careret, pro filio curauit educandum, & à rumore pedum Oedipum nominavit, ~~omnēs vidērūt pīs & bīs ac~~. Cum adoleuisset iam corpore robustus & animo forti, sui generis ignarus, Apollinis oraculum de patre cōsuluit: à quo responsum habuit se particidam futurum, & suæ matris maritum. Itaque Corinthum repeteret noluit, viamque ingressus qua Thebas proficeretur, obuium parentem (à quo, quod non cessisset, sceptro fuerat percussus) interfecit. Regio Thebana tunc temporis infesta erat cladibus, & latrociniis Sphingis: monstrum id erat ore virgineo, quod captis & in præcipitum adductis ænigma solebat proponere, eosque qui id nesciret dissoluere, de saxis præcipites dabat. Hoc verò tale fuisse traditur ænigma: *Quod animal esset & quadrupes, & bipes, & tripes, quod Aufonius Ei-dyllio.*

dyllo decimo quinto, vbi de ternario numero, belle  
complexus est his verbis:

*Qui bipes & quadrupes foret, & tripes omnia solus,  
Terruit Aoniam volucris, leo, virgo triformis,  
Sphinx, volucris pennis, pedibus fera, fronte puella.*

Creón itaque Thebanorū Imperator eam ob cau-  
sam edictum per vniuersam Græciam promulgari  
iussit, vt qui Sphingis ænigma dissolueret, suam illi  
sororem daret vxorem: qua fama excitus Oedipus  
ad montem Spingium profectus, ænigma soluit, de-  
que hominis ætate interpretatus est, qui quadrupes  
infans propter corporis imbecillitatē; ætate incun-  
tibipes: senex autem triples, quod sæpius vtendum ba-  
culo sit ea ætate, quæ aliquid vietum habet & cadu-  
cum. Soluto ergo problemate Sphinx dolotis im-  
patientia se ex edito monte præcipitasle dicitur. Hæc  
fabulam variis modis à scriptoribus traditā repen-  
Sphingis ortum habet Hesiod. in Theogonia: fun-  
que qui assérant Sphingem esse ex genere simiarum,  
vt Diodorus. Albert. Magnus 22. de animalib. &  
Solinus cap. 30. Polyhist. simias esse. volunt. Alia  
Plin. scribit. lib. 8. cap. 21. & 11. cap. 72. & 35. cap. 12.  
ex quibus locis petendam esse veram Sphingis de-  
scriptionem plerique censem. Sabellic. principio  
Ennead. 7. lib. 1. credit Sphingē perniciosum quen-  
dam hominem fuisse qui sua calliditate multos per-  
emerit. Sed hæc missa faciamus, & ad mythologicā  
tractationem veniamus. Sphinx triformis, ipso  
quæ puellari forma sit, plumis tecta vt avis, & leo-  
ninis pedibus, ignorantiam arguit, in editissimo hu-  
ius vitæ monte, & quasi theatro locatam, infinitam  
hominum multitudinē sua feritate opprimere non  
alii de causa, nisi quod sese non agnoscant, id est, se  
homines esse ignorent. Triplex autem monstri for-  
ma refertur ad tres primarias causas efficientes igno-  
rantiæ: Nam virginea facies voluptatem repreſentat  
fædam-

fædamque libidinem, quæ hominem ita excæcat & afficit, ut eū ab humanitate degeneratē in belluina ferme naturam commutet, quo sit ut ab omni vera disciplina rectaque institutione penitus abhorreat. Pluma volucres, quibus totum corpus occupatur, & quasi obsidetur, leuitatem & inconstantiam animi satis aperte declarat, quæ quidē cùm rationis principiū, vel naturæ vel consuetudinis vitio præripuit & occupauit, quid in homine reliqui est, quod firmum aut constans esse vel videri possit? Cæterū pedes, quales sunt leonis, indicant superbiani, arrogantiāque, quæ cùm falsam de rebus opinionē habeat, seque scire putet quod nescit, non mirum est si tunc pter impingat, & longissime absit à perfecta rerum cognitione. Prima itaque ignorantis causa est ingenij leuitas, vel temeritas, quæ quid maxime se deceat, non videt. Altera est corporis voluptas, primo quidem aspectu blandiens, sed asperrima, tristisque postquam gustaueris: de qua sic alibi,

— *Meretricius ardor Egregius iuuenes se vocat à studiis.*  
Tertia causa omnium perniciosissima, & ad nocendū maximē presentanea, est animi elatio & arrogātia: de qua, quia iam alibi satis, hīc pluribus nō dicā.

At quibus est notum, &c.) Plato in Charmide, & Plutar. variis locis tradunt ascriptum fuisse pro foribus tēpli Apollinis Delphici, literis aureis, ΓΝΩΘΙ ΣΕΑΤΤΟΝ, id est, ΝΟΣCE TEIPSVM, in quo omnis sapientiæ nervos esse fitos permulti autores tradiderunt: quod Alcibiadi apud Platonem dialogo De natura hominis, omnium difficultissimum videtur, eiusque difficultatis rationē explicat Anton. Zimara lib. problematōn. Hanc sententiam diuino beneficio in terram ad homines delapsam plerique exultimarunt, ut Iuuenal. Satyr. 11. cuius quidem diuini præcepti vires, ut copiosæ, sic & eruditē tractat M. Tullius de Legib. primo. Qui seipsum norit,

inquit, primum se aliquid habere sentiet diuinum, tantoque munere Deorum semper dignum aliquid & faciet & sentiet: & cum se ipse perspexerit, totumque tentarit, intelliget quemadmodum natura subornatus in vitam venerit, quantaque instrumenta habeat, ad obtinendam, adipiscendamque sapientiam. quemadmodum principio rerum omnium, quasi adumbratas intelligentias animo ac mente conceperit, quibus illustratus, sapientia duce, bonum virum & ob eam ipsam causam cernat se beatum fore. Nam cum animus cognitis perceptisque virtutibus, a corporis obsequio indulgentiaque discesserit, voluptatemque, sicut labem aliquam dedecoris oppresserit, omnemque mortis dolorisque timorem effugerit, societatemque carnis eiecerit, tum omnibus se natura coniunctum duxerit, cultumque Deorum & puram religionem suscepere, & exacuerit illam ut oculorum, sic ingenij aciem ad bona eligenda, & reiicienda contraria: quae virtus ex prouidendo est appellata prudentia. quid eo dici aut cogitari poterit beatus? Idemque cum caelum, terras, maria, rerumque omnium naturam perspexerit, eaq; vnde generata, quo recurrant, quando, quomodo obitura; quid in his mortale & caducum; quid diuinum, aeternumque sit, viderit, ipsumque ea moderantem & regentem penè prehenderit, seque non vnis circundatum mgenibus popularem, alicuius definiti loci, sed ciuem totius mundi, quasi urbis vnius agnuerit, in hac ille magnificentia rerum, atque in hoc conspectu, & cognitione naturae, Dij immortales, cum se nosceret (quod Apollo præcepit Pythius) quam contemnet, quam despiciet, quam pro nihilo putabit ea quae vulgo dicuntur amplissima? Atque haec omnia quasi sepimento aliquo vallabit, dissimulatione, veri & falsi iudicandi scientia, & arte quadam intelligendi quid quamque rem sequatur, &

quid

quid sit cuique contrarium. Idem Cicero 1. Tuscul. Est illud vel maximum , ait , animo ipso animum videre , & nimirū hanc habet vim præceptum Apollinis , quo monet , vt se quisque noscat : non enim , credo , id præcipit , vt membra nostra aut staturam , figuramue noscamus : neque nos corpora sumus : neque ego tibi hæc dicens , corpori tuo dico . Cùm igitur , Nosce te , dicit , hoc dicit , Nosce animum tuum . nam corpus quidem quasi vas est , aut aliquod animi receptaculū : ab animo tuo quicquid agitur , id agitur à te . Hunc igitur nosse , nisi diuinū esset , non esset hoc acrioris cuiusdam animi præceptum , sic ut tributum Deo sit , hoc est seipsum posse cognoscere . & hæc haec tenus Cicero . Hanc portò sententiam Thaletis esse vult Laërtius lib. 1. Chilonis vero Plinius lib. 7. cap. 32. Lege Platon. in Amatoribus , Sto- bæ sermonē ~~αφεὶ τὴν γράμμην σταυτήν~~ , Macrob. 1. Saturn. cap. 6. Volaterran. 28. Philologiç Erasm. in adagio , Nosce te , multosque alios qui auream hanc cælestemque gnomen scriptis apprimè commendarunt , & quanti habeat in mortalium rebus momenti , ex- plicuerunt . ~~αὐτὸν τοποθετεῖται τοῦ περιγράμματος~~

*Precipitu monstri) ignorantia, quæ est reuera θεοῦ ἀναμόνη, καὶ συμέτασον νοσοῦ, ut loquitur Sophocles αφεὶ τὴν γράμμην.*

Namque vir ipse bipèisque , &c. ) Tres hīc notantur ætatis humanæ partes , infantia , virilis ætas , & sene- catus . Alij aliter distribuunt , sed non est instituti nostri cuncta persequi . Si quis volet hoc discrimen edi- scere , legat Crinit. 7. cap. 9. & Cælium antiq. lection. lib. 19. capitib. 21. & 22.

Primaque prudentia laurea ) Primus sapientiæ gra- dus à veteribus celebratissimus , S E I P S V M N O S S E , ultimus N O S S E D E V M , ut recte docuit Viues in Introductione ad sapientiam .

*Moral. 7. 4 h. 2. Mentem*

*mentis laetitia multa hinc 7. 4. dicitur 2. 2.*

Mentem non formam plus  
pollere.

188.



Ingressa vulpes in Choragi pergulam,  
Fabre ex poliūm inuenit humānum caput;  
Sic eleganter fabricatum, ut sp̄itus  
Solum deesset, ceteris viuisceret:  
Id illa cūm sumpsisset in manus, ait,  
O quale caput est! sed cerebrum non habet.

Id ex Æsopi apolo<sup>go</sup> de vulpe & capitis humāni  
simulachro, quod cūm offendere<sup>t</sup>, artem quidem &  
vultus efficti laudavit elegātiā, sed nihil esse dixit,  
quia cerebro careret. quod torquetur <sup>ποδες ἀρθρας</sup>  
<sup>μεγαλωπετεις μη τη σωματι, οντι ουχι ελεγισθει.</sup>  
vel in quosdam formosulos & forma eleganti ad-  
olescētes, cetera verò prorsus obtusos nulliusque fru-  
gis, qui certe nihil aliud circumferunt, quam quod  
dicis olet, in aurea vagina gladiū plumbeū: vnde cō-  
questus est nescio quis Gracorum his quidē verbis:  
<sup>πολλοι τις μη μη διεθεθησ,</sup>  
<sup>οντι δι' οτι αυτη συσχηνει διεσκεται.</sup>

Recte

Recte itaque admonuit Thales laborandum non esse in facie exornanda, sed potius in actionibus & studiis honestis pulchritudinem esse querendam.

Cæterum philosophi permulti animæ sedem in cerebro, tanquam in arce summa posuere; unde vœcordes & insipidi vulgo dicuntur cerebro vacui. Iuuenalis Satyra decima quarta:

*Cum facias peiora senex, vacuumque cerebro  
Iampridem caput hoc ventosa cucurbita querat?*

Consule proverb. Erasm. Caput vacuum cerebro. Apologum ita scitè reddit quispiam, cuius excidit nomen:

*Mumi ingressa domum vulpes dum singula rerum  
Visendi studio, scena instrumenta revoluit,  
Formosilaruam simulachrum repperit oras:  
In que manus sumens, animoque & lumine lustrans,  
O quam insigne caput specie quam dixit, honesta,  
Sed ratione tropo, casioque infame cerebro.  
Sordet honos forma nisi cui sapientia iuncta est.  
Fabri ingeniosè, artificiosè, dædalios, affabre,*

*h 3*

Diues



Influs aia  
5. c. 12.

Vida magi  
V. fol. A. 3.

Tranat aquas residens pretioso in vellere Phrixus,  
Et flanam impavidus per mare scandit ouem.  
Ecquid id est? vir sensu hebeti, sed diuite gaza,  
Coniugis, aut servi quem regit arbitrium.

Huc pertinet Diogenis apophthegma, cum diceret  
indoctum diuitem, arietem esse in aureo vellere, &  
Socratis, qui eius generis homines aurea mancipia, &  
equos argento circunctos appellabat. Hic vero  
notatur potissimum locupletes illi, qui cum sint he-  
beti, & obtuso proorsus ingenio, ducuntur trahuntur  
que pro vxorum arbitrio, aut eorum negotia e fa-  
mularum ductu regulaque pendent, nec securi in-  
fantes anniculi e nutricis amplexu, illi quid loquan-  
tur, quicquid statuant, non habent, quod illis animus  
& rationis copia deficiat. in quos hoc Palladæ tor-  
queri solet,

πλοδιτοί μη πλουτωντος ἔχεις, τυχεῖς δὲ πέντε,  
- ὡς τοῖς κληρούμοις πλούσιοι, οὐδὲ πέντε.

Vt autem Phixi fabulam attingam, ille noueretur in-  
sidas vna cum Helle sorore fugiens visus est per  
mare

Debet ad  
Som. long.  
247. &  
266.

mate vehi ab ariete velleris aurei. aiunt autem ei na-  
uicm fuisse paratam fugienti, cuius insigne aries erat.  
ea de re varijs varia tradunt. Cælius lib. 30. cap. 34.  
eadem refert quæ Eusebius. Lege Sabellic. Ennead. 1.  
lib. 5. & Hadrian. Iunium animaduersorum libr. 5.  
cap. 12,

*pretiosissim vellere)* De aureo vellere, Ouid. 7. Meta-  
morph. & Iustinus in Trogum lib. 42. Sunt qui au-  
rei velleris pellem interpretentur fuisse librū quen-  
dam veterum more in pelle cōscriptum, in quo aurī  
conficiēti scientia traderetur: cuiusmodi libros cūm  
Diocletianus summa diligentia perquisiſet apud  
Ægyptios (qui huius peritissimi censebantur) omnes  
flamma consumptissime ferrur; ne diuitiis ita compa-  
ratis Ægyptij Romanis inferre bellum auderent, at-  
que ex eo tempore artem hanc publico Cæsaris edi-  
cto semper habitam fuisse flagitiousam. Id & retulit  
Gilbertus Cognatus in proverbio, *Vellus aureum.* 340

*sensu hebeti*) qualis est ouis, animalis stolidi & insi-  
pientis prorsus, vnde illud, *neglectis Riorum gloriis, & omnijs prædictis*  
*neglectis honoribus.* Pierius lib. 10.

## In fidem vxoriam.

190.

Ecce puella, virgo quæ dextra iungitur - ecce

Ut sedet: ut catulus lusitat ante pedes!

Hæc fidei est species: Veneris quam si educat ardor,

Malorum in leua non male ramus erit.

Poma etenim Veneris sunt. sic Scheneida vicit

Hippomenes, petiit sic Galathea vitum.

Duo sunt quæ matrimonio maximè conueniunt,  
idque stabiliunt & communi vinculo ligant, nimi-  
rum fides & amor: huius quidem symbolum, ca-  
nus fidissimum animal: illius autem pomus, vel ma-  
lus frugifera. Coniugum siquidem copula quæ sit

mutua corporum coniunctione , fide & constantia  
souetur. Poma autem Veneri consecrata, cui nimirum  
aureum Hesperidum fuit adiudicatum , cuius  
beneficio Atalantam vicit Hippomenes, & Galatea  
suum amasiū malo petiit. Huc pertinet Epigramma

Platonis ex Laertio:

*τῷ μήτρᾳ θέρασε, οὐδὲ εἰ υπέκουος φιλεῖς με. &c.  
Malo ego te ferio, cape si me diligis illud.*

*dextrā tangatur) Dextra fidei symbolum, uti superius explicuimus.*

*catulus) canis, catellus qui etiam fidei notam repre-  
sentat. Siquidem Socrates per canem iurat, cum  
obsequium, & fidem putat præstandam iis qui rerū  
habenas in ciuitatibus tenent. Et in C. Mamilij nu-  
mo, qui aliquādo S. C. præfectus est limitibus me-  
tandis, est canis allatrans, qui notat fidem esse præ-  
standam ei, qui eiusinodi opera præficitur. Pietius  
in Cane, vel lib. 5.*

*in leua) parte sinistra.*

*sic Schenesda vicit Hippomenes) Atalanta Schenei fi-  
lia suis omnibus procis certamē cursus proponebat,  
ea lege ut victum confoderet. Hippomenes, qui eam  
deperibat, Veneris arte, cursum cum puella instituit,  
& primo in præcurrentem, pomum vnum aureum,  
deinde alterum, & tandem tertium iecit; quare ca-  
pta pulchritudine, anteuerterit cursum Hippomenes,  
& puellam vicit. Ouid. 10. Metamorph.*

*petsit sic Galatea virum) Galatea nympha marina  
Polyphemo adamata, de qua 13. Metamorph.  
Ouid. Sed hoc intelligerem potius de ea quam 3.  
ecloga Maro celebrat;*

*Malo me Galatea petit lasciva puer,*

*Lege prouerb. Malis fetire.*

Reuoren-

Reuerentiam in matrimo-  
nio requiri.

191.



Cum fuit in Venerem, pelagi se in littore sistit  
Vipera, & ab stomacho dira venena vomit:  
Mutan amque ciens ingentia sibila tollit,  
At simul amplexus appetit illa viri.

Maxima debetur thalamo reuerentia: coniunx *con iugulatus, coniungens*  
- Alternum debet coniugi & obsequium. *Baldus. Pugio. s. fol.*

Hoc innuit quanta in matrimonio requiratur pu-  
ritas & reuerentia: si enim eam obseruent instinctu  
naturæ animalia ratione carentia, pudeat homines  
in hoc esse deteriores. Basilius Magnus in Hexaëme-  
ron oratione septima, ita fermè ex anguis & murænæ  
congressu, quales coniugū mores esse debeant, osten-  
dit. Vipera, infestissimum animal eorū quæ serpunt,  
inquit, cum marina muræna congregitur, sibiloque  
se adesse significans, ex profundo eam ad concubiti-  
um euocat; hæc autem morem gerit, & cum ve-  
nenata bestia copulatur. Quorsum hæc spectat ora-  
tio? ut intelligamus, si duris & feris motibus sit vir,  
cum esse vxori ferendum, nec coniugium vlla ex  
causa dirimenduni. Obiurgator est, at vir: vinolen-  
tus, at naturæ lege coniunctus: durus & morosus,  
at iam membrum tuum est, atque omnium præ-  
stantissimum. Audiat etiam vir monitionem, quæ  
ad ipsum pertinet. Vipera virus euomit, quod verea-

tūt he careat concubitu : tu animi inclemētiā & inhumanitatē ne concubitas , non depones? An aliam etiam nobis vtilitatem adfert viperæ exemplum, quod adulterium quoddam est naturæ viperæ atque murænæ conenbitus ? Discant igitur iij qui in aliena coniugia inuadunt , cuiusmodi bestiæ sint similes. Hæc ferè Basil. Idem etiā Plin.9.lib. cap.23. & Cæl.Rhodig. 6.cap.13. De matrimonij cultu D. Paul.1.Corint.7.Lactant.6. diuinariū institut.23.& Erasm.in dialogo qui inscribitur,Vxor ~~memor~~ apud.

*Cum furit in Venerem*) dum coitum appetit.

*Vipera)* à vi pariendo dicta, vt Græcis Echidna  
mæd ποτε ἔχειν τὸν οὐρανὸν τὴν γῆν ἀγένθετο. Refert  
enim Herodotus in Thalia, quod in concubitu mas  
in os feminæ caput inserit, at illa post rem peractam  
illud præcidit, mox paritura disruptur : nec nisi  
effractis lateribus erumpunt nati quos paritura est.  
Nam non oua, vt plerique serpentes, sed catulos fer-  
mè viginti parere dicitur : ergo non nisi parentum  
et de fœtus in lucem prodeunt. fertunt autem ita ca-  
uissimè naturam, ne tam noxijs animalis species supra-  
modum augesceret. Ait enim Solinus viperam insa-  
nabili esse morsu , eiusque venenum, vt vult Albertus,  
appellat calidum est , ideoque magis noxiū.  
Lege Plin.lib.10.cap.62.

*Muranamque ciens*) Lampetram conuocans sibilo.  
De Murena Plin.lib.9.

*Maxima debetur pueru reverentia*) Imitatus est Iu-  
nienal. illud ē Satyra 14.

*Maxima debetur pueru reverentia, si quid  
Turpe paras. —*

*Coniunx alternum debet, &c.*) Idipsum est quod ait  
D.Paulus : Vxori vir debitum reddat, & vxor viro.  
Mulier sui corporis potestatē non habet , sed vir  
itemq; vir sui corporis potestatē nō habet, sed vxor.

In fœcunditatem sibi ipsi  
damnosam.

192.



Ludibrium pueris lapides iacentibus, hoc me  
In trinio posuit rustica cura nucem.  
Qua laceris ramis, perstrictoque ardua libro,  
Certatim fundis per latus omne petor.  
Quid sterili posset contingere turpius? eheu,  
Infelix, fructus in mea damna fero.

Prosopopœia est nucis arboris de pueris & viato-  
ribus conquerentis, quod vndique lapidibus obruat-  
ur, propter vberem suarum nucum prouetum; vn-  
de colligit noctumento & dispendio sibi fertilitatem  
esse. Quod certe transfertur in parentes qui liberos  
habent vsque adeo perditos & profligatos, ut dam-  
num atrocissimum & infamiam iis aduehant, à qui-  
bus sunt molliter educati. Tales sunt quos vita im-  
probitate, vel criminis aliquo insigni censura corri-  
pit, aut magistratus perstringit non sine parentum  
dolore incredibili: Ea enim vox est sub persona ma-  
tris apud Ouidium:

Nunc

Nunc uterum vitio est, quæ vult formosa videri,

Raraque in hoc aeo est qua velit esse parens.

Certe ego si nunquam peperisse, tuisor essem;

Ista Clytemnestra digna querela fuit. itemque:  
Fructus obest, peperisse nocet, nocet esse feracem,

Quæque fuit multis, hac mihi pradamalo.

Alciati Emblema tractum appetat è Græco Antipatri, aut vt alij volūt, Stratonis, ex quo etiam pulcherrima Ouidij elegia de nuce videtur sumpta. sic enim habet Græcus:

Eivodīus καρύλη με παραρχούμενος ἐφύτευσε  
παισὶ λιβόσελίτης πείζειν οὐ σοχίν.

πάτερ, δι' αὐτέμονας τε, καὶ διθαλεῖς οὐρανόμενος,  
κέραυνοι, ποιητὸς χέριαστι βαλλούμενον.

δένδρεσιν δικέρποις οὐδὲν πλέον. οὐ γά τιρος  
δυσδαιμων επ' ἐμοι τοῦ βεβεγεινοφόρῳ.

Gorrax ascribam versionem, vt cum alia studiosus conferat:

*Quid me quisque petit, cur in me destinat idem?*

*Hec mihi, quod fuerim tam propè iuncta via.*

Sunt mihi rami omnes, sunt & viridantia fracta  
Germina, tam crebris obruta misilibus.

*Quid mihi profuerit, quod sim fœcunda, parens' que?*

*Me miseram! fructus in mea damna ruli.*

*rustica cura > rusticus laboriosus, vt Horat. 2. car-*  
*min. dixit, iuuenumque prodis publica cura.*

*ardua)altissima, ingens.*

*perfricto libro)rupto & scisso cortice. librum usur-*  
*pat in primaria significatione.*

*fundu)instrumentis ad lapides eiaculandos.*

*petor)dilapidator.*



Ante diem vernam boreali cana palumbes

*Vnde Convenit.  
lib. 1. c. 4. fol. 15.b.*

Frigore nidificat, præcoqua & oua fouet:

Mollius & pulli ut iaceant sibi vellicat alas,

Quæis nulla hiberno deficit ipsa gelu.

Ecquid Colchi pudet, vel te Progne improba? mortem

Cum volueris propria prolis amore subit?

Hoc susceptum est in quasdam ferreas, & abhorrentes ab humanitate matres, quæ fœtus enecant, aut etiam incuria petire sinunt: quas certè tanti flagitiij vel eò magis pudere deberet, cùm quæ rationis experia sunt, id nunquam admittant, certumque sit ex iis aliqua, &c. vt verius dixerim, præter admodum pauca, ferè omnia, tanta cura parvulos educare & tutari, vt se non souéat accuratius. Nemo est profecto qui nesciat tantam non esse belluarum feritatem, vt quorundam hominum, qui sua pignora relinquerent non verentur, aut etiam perdere non exhorrent, quæ cōmunis omnium parentis instinctus & pietas seruare iubet & eis necessaria vitæ subministrare.

Quibus

Quibus itaque verbis, aut quibus, quæso, ditis deo-  
uebimus eiusmodi flagitium, non dicam parentum,  
sed carnifcum impiissimorum, qui naturæ ius vel  
etiam honesti repagulū p̄cipuum dissoluerunt,  
quibus in animum cadere potuit tam infandum sce-  
lus, tantumq; facinus, vt vitâ innocentibus adimât,  
non dicam ignotis aut exteris, sed iis qui quasi sui  
corporis m̄m̄bra sint, sed reuera expressissima, non  
muta aut adumbrata, vt sic dixerim, simulachra? Id  
fortè fit vt famæ consulatur:at,

*Summum credo nefas animam preferre pudori,  
Et propter vitam viuendi perdere causas.*

Sed quæ porrò hæc vita esse potest quæ assiduo sibi  
male conscientia nocte dieque suum portet in pectore  
testem? Tantum verò abest ut immanitas ea in bel-  
luis deprehendatur, quæ etiam pueros à matribus  
aut relictos aut eiectos vberibus interdum aluerint,  
& pro viribus immunes à damno fecerint. cuius rei  
testes habemus historias tum Græcorum, tum Ro-  
manorum. Hic autem exemplum proponit palumbis  
quæ saeuiente frigore nidificans, & partum emit-  
tens, sibi plumas haud grauatur auellere, vt parvuli  
mollius incubent: quo fit ut ipsa sæpe mater gelu  
contabescat. Ouidius alicubi detestatur facinus idem  
matrum, quæ in suos fœtus ita crudeles sunt, vt vel  
abortiuos, vel etiam recens editos vita priuent. Sic  
enim ait:

*Quæ prima instituit teneros auellere fatus,  
Militia fuerat digna perire sua.*

*Si mos antiquis placuisse matribus idem,  
Gens hominum virtus desperata fuit.*

*Quid plenam fraudas vitem crescentibus uis,  
Tomaque crudeli vellis acerba manu?*

*Sponte fluent matura sua: sine crescere nata:  
Est pretium parvae non leue vita moræ.*

*Vestra quid effuditis subiectis viscera telis,*

Et nondum natus dira venena datiss?  
 Colchida dispersam puerorum sanguino culpam,  
 Atque sua casum matre queruntur Itym.  
 Dicite quā Tereus, quis vos irritet Iason  
 Figeat sollicita corpora vestra manus?  
 Hac neque in Armenijs tigres fecere latebris,  
 Perdere nec fatus ausa leona suos.

Cæterū ex Antipatri Græco tralatum est Alciatū  
 hoc hexastichon:

χειμερέας οφίσταται παλαιωμένα τιθάς ζεύς,  
 τίνος δύναται αυτόν της πέμψεις,  
 μέσσαριν οιγένειαν κρος θλεστρών χωρὶς έμεινεν  
 αἰδήσσειν εργάσιαν αἴτιπανος νεφέσον.  
 πολέκην καὶ μιδετακεῖτ' αἰδος αἰδεσθητε  
 ματίφες, ορίστων ἵργα διδασκομένην.

Ante diem vernam) Palumbes post solsticium parere  
 Plinius docet lib. 10. cap. 35.

Borealis frigore ) sœuiente Aquilone , qui frigidissi-  
 mus est.

Colchi) ἀποστέψαν ad Medeam , quæ liberos , quos  
 ex Iasonē suscepserat , interfecit , ut prius annota-  
 uimus.

Progne) Hæc Itym filium ex Tereo trucidauit , &  
 patri comedendum apposuit . De vtraque Iu-  
 uinalis Saty. 6.

Credamus Tragiceis quicquid de Colchide torua  
 Dicitur & Progne. —

I. g. l. mulier, ff. ad c. C. m. d. f. r. a. b. a. y.  
 lib. 48. fol. 8. ff. / Vlps. m. lib. Pietas  
 33. ad odstrum.

S. mulierem vñscoribus suis vim intulasse , quo partum  
 absiperet , constituerit ; cano in egidium præfatos proxim-  
 os opugnat :



Per medios hosteis patria cum ferret ab igne  
 Aeneas humeris dulce parentis onus,  
 Parcite, dicebat, vobis sene adorea rapto  
 Nulla erit, erepto sed patre summa mihi.

Hoc etiam extulit è Græco auctoris innominati,  
 quod tale est:

*εν πυρὶ ιλαχῇ, σοργῶν μάστιγρασσηνος  
 αὐτεῖσαι, ὅποι ταῦδι βέρες πατίσσῃ  
 ἐκλαζεῖσι ὄργεισι, μὴ φίνετε, μηδόνες ἀπν  
 κιρπαδὸν γνωσθεῖσι, τῷ δὲ φίσεγνη, μέγα.*

Hoc etiam sic reddidit Ursinus Velius:  
*Iliaco Aeneas ignis per tela, per hostes,  
 Eripuit natus pondera sancta patrem:  
 Atque ait hac Graius, Huic parcite, parua duello  
 Hic, mihi gestanti præda sed ampla, senex.*

Aeneas potissimum commendatur ob summam in  
 patrem Anchisen pietatem. Ilio enim expugnato,  
 & iamiam cōflagrante, ille cunctis aliis facile negle-  
 cit, deos penates abduxit, & patre humeris è media  
 flamma

flamma liberatum gestauit: quod hostes Græci cùm  
vidissent, moti pietate tam insigni, ei quod vellet cō-  
cessere, & abeundi quò vellet facultatem non inter-  
clusere, fatentes illi quidem hostilitatis remitti iura,  
& mansuetudinem esse adhibendam, aduersus eos  
potissimum qui ita verecundè se in Deos & parētes  
gerant. Refert Ælian. 3. πονία. 150. & Cælius Rho-  
dig. lib. 19. cap. 23: Hoc certè monemur, quanta ob-  
seruantia quantoque amore debeamus afficere pa-  
tentes, à quibus secūdum Deum usuram vitæ com-  
munis accepimus. sunt enim parentes ἀγάλυτα τε  
πάτωται πατρὸς διὸς, teste Proclo; neque illus est qui  
Deū rectè colere & obseruare potest, qui in paren-  
tem fuerit impius.

*Per medios hostes) per medias Græcorum militum  
kopias.*

*patrie) Ilij.*

*ab igne) incendio.*

*adorea) gloria, victoria bellica. Horat. 4. Carm.*

Ode 4. *Qui primus alma risit adorea. //*

Plin. cap. 3. libr. 18. Gloriam ipsam à farris honore  
adoream appellabant. vide Festum, & Alexand. ab  
Alex. lib. 4. cap. 18.

*raptō, ereptō) obserua discrimin significationis inter  
simplex & compositum, vt illud est in superiorib.*

*Vix rapimur, pīscibus eripimur.*

// *Candrum. de londis. Silvano iuxta.*


*Hanc oī veterū recessuit* <sup>1</sup> *Mulie-*

*aduersus laures.* *End. sive* <sup>2</sup> *ad* *londis.* *londis.* *londis.*

*replet pīcē. Salutē dī fīlī. jū vī vii.*

*Candrum ad Mulierē. Algoa me dñico bono pīmō regnū dī  
Regnū hīcā dīlī. pīmō omīs*

Mulieris famam, non formam, vul-  
gatam esse oportere. 195.



*potes ad illas traximus  
hunc refert Salustius  
M. T. Amelius  
Orat. quae  
nemo bonus  
per formam  
laudat ex.  
& q̄ refert  
de Sempronio  
imprudentia,  
bello Catilin.*

*or Candide Alma Venus, quæ nam hæc facies, quid denotat illa  
faciens or  
Testudo, molli quam pede Dina premis?*

*Me sic effinxit Phidas, sexumque restri  
Fæmineum nostra iussit ab effigie:  
Quodque manere domi, & tacitas decet esse puellas,  
Supposuit pedibus talia signa meis.*

Cælius ex Leontino Gorgia refert mulieris non formam, sed egregium nomen atque famam debere apud quamplurimos esse vulgatam. Aristot. in Oeconomicis, nec vestium elegantiam nitoremque, nec auri pretium aut magnitudinem tantum habere momenti ad mulieris commendationem ait, quantum modestia valeat & probati mores. Hinc illud Propterij veteres laudantius:

*Non illi, studium vulgo conquerire amantes,  
Illi ampla satis forma, pudicitia.*

Et Thucydides scribit eam esse optimam, de cuius laude aut vituperatione apud exteros quam minimus sermo

*Vide petrus  
ad Senec. fol. 341.*

sermo habeatur. Ægyptiis mulieribus calceis ut non  
fuit patrii moris, quo domi se continere quodam-  
modo cogerentur. & Val. Maximus testis est quos-  
dam suas uxores repudiasse, quod cum aliis fuissent  
colloquutæ. Itaque Phidias Eliensibus Venerem fin-  
xit, quæ pedibus testudinem premeret: idque innu-  
bat matrem familias à domesticis parietibus nusquam  
oporetur discedere, utpote cuius omne munus intra  
domesticos parietes contineatur: eamq; tacitam vel  
certe pauciloquam esse debere. Quod recte in He-  
raclidis admonuit Euripides:

*γυναικεῖον πονητὴ τελευτὴ τὸ σωφρόνιν  
κακάσιν, εἰσὼ οὐ πονχη μάτειν δύμαν.*

Id quidem & in cōnūbialibus præceptis Plutarchus  
docuit, & alij permuli qui de cœconomia & officio  
matris familias scripserunt. Sed illud Propertij subin-  
de occurrit:

*Felix Admeti coniux & lectus Ulyssis,*

*Et quacunque viri famina limen amat.*

Quantum autem attinet ad mulieris silentium, Epi-  
charmus aiebat sermonis parcitatem in muliere pro-  
bitatis esse argumentum: Nicostrates castitatis pi-  
gnus: Democritus ornamentum pulcherrimum. il-  
ludque Sophoclis prouerbiale celebratur à doctis:

*γυναικὶ κίνουον η πονητὴ φίσετ.*

E diuerso, ut ait Euripides, quæ apud viros tacere non  
possunt, sese dedecore aspergunt. Hoc etiam agalma  
Phidias eodem penè modo Emblemate lepido con-  
signauit vir politioris literaturæ exactus pugil Ha-  
dtian. Iunius. sic enim:

*Testudo premitur pede, clavem dextra retentat,*

*Vacat obstruendo dentium septo altera.*

*Ne uaga discursit coniux, neu futilis esto.*

*Ipsamque cura opum tuendarum addecet.*

Quod & annotauit Pierius 28. lib. Hieroglyph.

*Testudo) à tegendo, vel quod testa recta sit, ait*

Varro. Hanc φερόνον, id est, domiportam appellat  
Hesiodus 2. ἔργων. Cicero 2. de diuinatione ex Pa-  
cuvio citat hoc ænigmaticum:

*Sanguine cassa, domiporta, terrigena traditur,  
Quadrupes, tardigrada, agrestu, humili, aspera,  
Capite breui, cervice anguina, aspectu truci,  
Euiscerata, inanima, cum animalis sono.*

& aliis quispiam alludens ad nostrum emblema:

*Tardigrada, herbigrada, domiporta & sanguine cassa  
Sub pedibus Veneris Cous quam pinxit Apelles.*

*Phidias* à Plinio nominatur artifex nunquam  
satis laudatus, excellens statuarius, cuius opera præ-  
stantissima repele ex Plin. cap. 8. lib. 34. & cap. 5.  
lib. 36.

*sexumque referri fæmineum) Venus pro vxore, ami-  
ca, & matre familias alicubi reperitur. Virgil. 3.  
Eclog. Parta mea Veneri sunt munera. Macrobi.  
etiam Satur. 1. pro generandi facultate accipit. Vide  
Pompeium Festum.*

In



Penelope desponsa sequi cupiebat Vlyssem,

Ni secum Icarius mallet habere pater.

Ille Ithacam, hic offert Sparten. manet anxia virgo.

Hinc pater, inde viri mutuus urget amor.

Ergo sedens velat vultus, obnubit ocellos.

Ista verecundi signa pudoris erant.

Quis sibi pralatum Icarius cognovit Vlyssem,

Hocque pudori aram schemate constituit.

Id sumptum est ex Pausaniae 3. qui Laconica insulae scripturam, ubi agit de Pudoris simulachro, quod Icarii patris Penelopes donum fuisse ferunt: Graeciique historiam de hac re huiusmodi conscripsere. Cum Icarius ab Ulysses frustra contendisset, ut Lacedaemonem habitare mallet, id demum filiae persuadere conatus est. cumque acrius instaret, ne se desereret, Ulysses iussit ut ea sponte sequeretur, aut cum patre si gravaretur, Lacedaemona rediret. Penelope obiecta facie, nihil quicquam respondebat: quare pater intellecta filias sententia eam dimisit, & in facti monitum

Baldus. Infl. i. fol. 75. <sup>ad</sup> no in Aeneas  
mulier sanguinem ANDREA ALCIATI

mentum eo loco Pudoris simulachrum erexit, quod  
in Laconia spectabatur. Cuius meminit Gyraldus  
Syntagmate i. historiae deorum. Id quidem arguit,  
<sup>Baldus. Infl.</sup> mulierem debere magnani parentibus gratiam &  
pietatem, sed maritum <sup>præ</sup> ceteris consequi & ob-  
seruare: quod & sacræ literæ præcipiunt, siquidem  
homo relinquat patrem & matrem, & uxori adhæ-  
reat est neccelle, sintque duo in carne una. Videtur  
que hoc referendū quadam ex parte quod Ouidiana  
Penelope ad Vlyssem scribere fingitur his verbis:  
*Me pater Icarius viduo discedere ledto*

*Cogit, & immensas increpet usque moras.  
Increpet usque lices, tua sim, tua dicar, oportet;*  
*Penelope comix semper Ulyssis ero.*

*Ille tamen pietate mea, precibusque pudicis  
Frangitur, & vires temperat ipse suas.*

Eiusdem statuæ mentio est apud Lucianum in ima-  
ginibus.


*Ithacam*) Vlyssis patriam, insulam in mari Ionio,  
vnde ipse Ithacus & Ithacensis cognominatur <sup>in</sup>  
poëtis.

*Sparten*) id est Lacedæmonem, ex qua fuit Icarius  
pater Penelopes.

*Virgo*) Penelope, quod vocabulū non ita strictè ac-  
cipitur, ut somniant plerique. lege Vallam lib. 6.

*hoc schemate*) hac figura, hoc cultu. οχῖα, διπτή  
χῖας, ab habitu.

Nupta



Dij meliora piis, Mezenti, cur age sic me

Compellas? emptus quod tibi dote gener.

Galica quem scabies, diva & mentagra perurit:

Hoc est quidnam aliud, dic mihi sene pater,

Corpora corporibus quam iungere mortua viuis,

Efferaque Etrusci sancta nouare ducis.

Cōqueritur hīc puella ingenua de patre perquam  
difficili & inhumano, qui eam locauerat viro cui dā  
putido, mentagra, morbo gallico & alia simili lue  
consumptio. Quod facinus illi simillimum esē dicit  
quod erat proprium μισθόπατρος Mezentio Tyrren-  
notum regi, deorum & hominum cōtemptori: qui  
nimia crudelitate quasi despumans, solebat viua cor-  
pora mortuis colligare, vt fatore & intolerabili tæ-  
dio vitam sensim finiret. Perinde sese habent crude-  
les illi patres, qui suas filias venustas, integras & bona  
valetudine, matrimonio ( à quo dissolui postea ne-  
fas) copulare non horrent hominibus lepra & poda-  
gra cōfectis, & sepius Neapolitana scabie corruptis,

iis quidem viuis cadaueribus mortuis eò peioribus,  
 quòd eorum fœtor & cruciatus ad vitæ usque &  
 quandoque diurnæ finem duret: illorum verò ce-  
 lerioris animum debilitando enecet. Eiusmodi con-  
 iugium tam impar & inconcinnū ut eruditè, ita &  
 felicius depinxit Erasmus in dialogo cuius titulus  
 est, ἀγριός γάμος: ex quo non grauabor huc trans-  
 ferre quæ ad rem faciant. Sic autem primum nobis  
 pueram describit. GA. Quid ego tibi de pingam  
 pueram non incognitā quanquam plurimum gra-  
 tiæ addidit ornatus nativo decori. Mi Petroni di-  
 xisse deam quampiam esse, nihil illam non decebat.  
 Interim nobis prodiit beatus ille sponsus, trunco na-  
 so, alteram trahens tibiam, sed minus feliciter quām  
 Suferi solent, manibus scabris, habitu graui, oculis  
 languidis, capite obuincto, sanies & è naribus & ex  
 auribus huebat. Alij digitos habent annulatos, ille  
 etiam in femore gestat annulos. PE. Quid parentibus  
 accidit ut talem filiam tali portento committerent?  
 GA. Nescio, nisi quod hodie plerisq; videtur adem-  
 pta mens. PE. Fortasse prædictus est. GA. Est affatim,  
 sed ære alieno. PE. Si puer veneno sustulisset am-  
 bos auos & auias, quod grauius supplicium de illa  
 sumi poterat? Si minxisset in patrios cineres, satis  
 pœnatum datura fuerat tali monstro vel osculum  
 dare coacta. Mihi sanè factum hoc crudelius esse  
 videtur, quām si illam nudam obiecissent vrsis aut  
 leonibus, aut crocodilis. Nam aut feræ pepercissent  
 tam insigni formæ, aut subita mors finisset crucia-  
 tum. Mihi plane videtur hoc factum Mezentio di-  
 gnum, qui *morta*, ut inquit Maro,

— iungebat corpora viuis,

8. *A-*  
*ntid.* Componens manibusque manus atque oribus ora:  
 quanquam nec Mezentius, ni fallor, tam immanis  
 erat ut tam amabilem pueram cadaveti iungeret.  
 Nec ullum cadaver est cui nō iungi malis quam tam  
 putido

putido cadaueri. Siquidem hoc ipsum quod spirat,  
merum venenum est: quod loquitur, est pestis: quod  
contingit, mors est. Hæc ille. Huc refer etiam pro-  
uerb. Male coniugati.

*Dij meliora pisi) Optandi formula per apophanesin.*  
sumptum id ex 3. Georg. Virgil. ~~propositum in Canticis.~~

*Dij meliora pisi, erroremque hostibus illum.* ~~o Profeccia 39.~~  
Græci sic efferunt, ἔχω κρανῖον: malū foras: & θάρης,  
τὸ ὄψις, apud Lucianum.

*Gallica quem scabies*) Morbus hic Neapolii allatus,  
nondum suum nomen vnicum est sortitus, nomi-  
natur interdum Indicus, quandoque Gallicus, quan-  
doque Neapolitana aut Hispanica scabies, ea est su-  
perbissima quæ nec lepræ, nec elephantiasi, nec  
lichenibus, nec podagræ, nec mentagræ cedat, si res  
veniat in certamen. Hanc luem ex Indis profectam  
tradunt auctores, cum qua in illa Hispaniensi India  
infantes nascuntur. alij alio referunt: sed certò con-  
stat in istas regiones inuestigam non multo abhinc  
tempore: nimis ignota fuit ante gloriosam sed  
parum felicem expeditionem Neapolitanam sub  
Carolo 8. Gallorum rege.

*mentagra*) Morbus est à mento sic dictus. Nam à  
mento per faciem, collum, pectus & manus fædo &  
insolito quodam furfure dilatatur. Plinius cap. 1.  
lib. 26. Grauissimum, inquit, ex his lichenas appel-  
lauere Græco nomine, Latine quoniam à mento fe-  
rè oriebatur, ioculari primum lasciuia, vt est pro-  
cax natura multorum in alienis miseriis, mox &  
vñsurato vocabulo, mentagram occupatam in mul-  
tis totos vbiique vultus, oculis tantum immunibus,  
descendentem verò in colla pectusque ac manus  
fædo cutis furfure.

*Hetrusci ducis*) Mezentij regis Hetruriæ, quæ re-  
gio est Italiæ mari Tyrrheno adiacens.

## ARBORES.

198.

## Cupressus.

*Indicat effigies metæ, noménque cupressi  
Tractandos parili conditione suos.*

ALIVD.

*Funesta est arbor, procerum monumenta Cupressus,  
Quale apium plebis, comere fronde solet.*

ALIVD.

*Pulchra coma est, pulchro digestæ que ordine frondes,  
Sed fructus nullos hæc coma pulchra gerit.*

*Indicat ) Multi Cyparissum vocatam aiunt dñ  
τὸν ὄνειρον τὸν παρέστατον καλός τε καὶ ναπεῖς, à fru-  
ctuū æqualitate pariterque ramorum quos produ-  
cit. Siquidem Cupressus ab radice ad summitatem  
recto stipite confurgit, suaque brachia omnia pati  
æqualitatē in coni figuram ad fastigium protendit.  
Hoc quidem admoneri potest magistratus, & prin-  
ceps, ut in Republ. & prouinciis sibi subiectis æqua-  
litatem conseruent atque tueantur. Meminerit etiā  
optimus quisque paterfamilias suorum liberorum  
æquam habere procurationē, cùm sint omnes æquē  
legitimi. quod tamen in plerisque nostræ Galliæ pro-  
uinciis iure patrio non obseruari palam est.*

*metæ) meta strues in acutū tendens Græcis xóρος.*  
Virgil.

*Hic viridem Æneas frondentier ex ilice metam  
Constituit. idemq; alibi, Æneas quercus, & conifera  
cyparissos appellat: citat & istuc ex Ennio Nonius,  
Capitibus nutantes pinos, rectosque cupressos.*

Cypressum autem à Cypariso puero nomen ha-  
buisse, eo quidem Telephi filio, ab Apolline adama-  
to, & in arborem sui nominis commutato fabula-  
tur Ouidius in 10.

Funeris

*Funesta est*) Cupressus Diti sacra, ideoque pro signo funebri ad domos posita. Plin. lib. 16. cap. 33. Hac enim procerum magnatumque, sicuti Apium plebeiorum, sepulchris imponebatur, quod putredine auertere crederetur; quorum utrumque simili propemodum folio, colore, odore, facultate naturaque sit. Sunt autem qui ramos cupressinos ante defunctorum ades ponit solitos velint, ne quis per imprudentiam ingressurus pollueretur. In funeribus autem adhibebatur, ait Blondus, quod semel excisa nunquam renascatur: vel ut humanum corpus ab anima & animo iam relatum diutius seruaretur, atque incorruptum remaneret. Varronem putat hunc motem inductum, ne cadaverum odor nates offenderet, intereadum videntur. De hoc multa docte Hadrian. Iunius animadu. 1. cap. 20. & Alexand. ab Alexandro sub finem cap. 7. li. 2. sed maxime cupressum Pierij, id est lib. 52. consule.

*Funesta*) Funeribus destinata, vel pro mortis signo adhibita: ideo enim Horatius cupressos appellat funebres Ode 5. Epod. ut Virgil. in 6. ferales: sic enim ait:

— cui frondibus atris

*Vnde q. Fabio Martino*

*Intextunt latera, & ferales ante cupressos.*

*ad o. Virgil. M. 1094.*

Idem tertio Aeneidos:

— stant manibus atra

*fusca frondis pectus in la*

*Caruleis mastis vittis, arraque cuppresso.*

*egundis*

*Comere*) ornare: hinc comptum dicimus ornatum.

*Pulchra coma, &c.)* Huc refer dictum Phocionis in Leosthenem oratorem multis & magnificis promissis Athenienses ad bellum concitante; eius enim orationem cupressis esse similem aiebat, quae cum pulchrae sint & proceras, nullum tamen fructum adserant. Dicitur autem in eos, qui cum membris sint elegantibus & apptimè compuis, nullius tamen fru-

gis sunt, neque suis alicui commodo esse possunt,  
aduerte, si vacat, quæ de cupresso adnotauit Caius  
Rhodig.lib. 25.cap. 2. & adag. Cyparissi fructus.

## Quercus.

199.

*Grata Ioui est quercus, qui nos seruatque sonerque:  
Seruanti ciuem quetna corona datur.*

ALIVD.

*Glande aluit veteres, sola nunc proficit umbra;  
Sic quoque sic arbos officiosa Iouis.*

*Grata Ioui, &c.) Quercus Ioui sacra, qui Deus habebatur Opt. Max. in ea enim reddebat oracula in Dodona sylua. Virgil. 2. Georgic.*

— nemorumque Ioui quæ maxima frondet  
*Esculus, atque habitæ Graii oracula querens.*  
Huius autem glandibus prisci vescebantur ante frumenti usum: fiebat etiam è fronde querna ciuica corona, quam cuiuscius ciui à quo seruatus esset in pælio tanquam vitæ testem salutisq; perceptæ monimentum dabat. Fiebat etiam ex ilice, quod genus superiori non admodum dissimile est: Gellius, cap. 6. li. 5. & Plin. cap. 4. 16.

*Glande aluit veteres) veteribus querent glandes vietum præbuere: nunc verò arbor ipsa sola umbra prodest. quod conuerti potest ad veterem illam legem populo Iudaico à Mose propositam, qua æterni patris filius, & seruator noster C H R I S T V S expectabatur: cuius quidem spei fidem certissimam cum nobis Christianis dederit, possimus atque prisci illi subinde repetere annis spissis, reperta tandem, vel potius cuique nostrum gratis concessa fruge omnium optima diuinissimaque, quam ab Euangelio decet-  
pimus. In eam sententiam huius aliquando Epigramma,*

*Glande*

Glande patres aluit quercus, fagusque vetustos,  
Sed modò non cibus est, proficit umbra tamen.  
Glandibus antiquis tantum fuit usq; vetustas,  
Frugibus inuenis visimur, at quid id est?  
Tradidit in sacro quacumque volumine Moses,  
Glans erat, & veterum pabula prisca patrum.  
At largior opum fruges inuenit I E S V S,  
Et missa palea plurima grana dedit.  
Umbralice nobis lex sit vetus atque prophete:  
Sed noua lex C H R I S T I verior esto cibus.

## Salix.

200.

Quod frugiperdam salicem vocitarit Homerus,  
Clitoris homines moribus adsimilat.

Homerus Odyss. x. salicem ἄλεσίκαρπον, ut etiam  
Theophrastus 3. de plantis cap. 2. & 2. cap. 13. de  
causis, ἄλεσίκαρπον γῆς appellat, quod semen ocyssi-  
mè amittat, antequam omnino maturitatem sen-  
tit, ut enarrat Plin. 16. cap. 29. ideoque hydropota-  
rum potest esse symbolum, quod referes illud; Aquā  
bibens nihil boni parias. Sic autem Homerus, να-  
κράτις ἀγερζη καὶ ιτέας ἄλεσίκαρπον. Retulit idem  
ex Homero Stobæus Serm. 100. ex Porphyrio, qui  
cum Plinio sentit salicis fructum cum vino propi-  
natum, sterilitatē inferre, genitale semen extinguere,  
ac libidinis impetum marcore afficere. Pierius Hie-  
troglyph. 52. idem omnino & alia quædam de salice  
notauit.

Clitoris moribus) qui vino vtuntur. Plin. enim 31.  
cap. 2. Clitorium lacum Arcadiæ aquam tali virtute  
imbutam habere dicit, ut qui ex ea biberint, vinum  
aspernentur. Idem sensit Ovid. 15. Metamorph.  
Clitorio quicunque sumus de fonte leuauit,  
Vina fugit, gaudetque meris abstemius undis.  
Itaq; homines clitoriis morib⁹ appellant⁹ abstemios.

Abies

## Abies.

201.

*Apta fretis abies in montibus editur altis:*

*Est & in aduersis maxima commoditas.*

Plinius cap. 10.lib. 16.in montibus editissimis nascitur abies ceu maria fugerit. quod hic transfertur in eos, qui ut ampliorem mercedem consequantur, pericula subire non refugiunt.

*Abies in montibus) Sic Maro 7:ecloga:*  
*Faxinus in sylvis pulcherrima, pinus in horis,*  
*Populus in fluvius, abies in montibus altis. & Claudian.*  
*Apta fretis abies, bellus accommoda cornus.*

*In aduersis) locis contrariis: dum enim abiете fit nauis in aquis fluctuans, videtur locum habere sibi contrarium. Sic Plin. Abies nauigii expetita: situs in excelsa montium, ceu maria fugerit, nec forma alia. materies verò præcipua trahibus, & plurimis viæ operibus.*

## Picea.

202.

*At picea emittat nullos quod stirpe stolones,*

*Illiis est index, qui sine prole perit.*

Picea quæ nullos emittit è sua stirpe stolones, hominem arguit, qui sine liberis vitam agat. De hac arbore satis multa Plin.lib. 16. cap. 10.

*stolones) Stolo virgulta est ex arborum radicibus, aut trunko producta.*

## Cotonea.

203.

*Pomanouis tribui debere Cydonia nuptis.*

*Dicitur antiquus constituisse Solon.*

*Grata ori & stomacho cum sint, ut & halitus illis*

*Sit suavis, blandus manet & ore lepos.*

*Plutarchus in Yaphnaois παρεξάγεται, ita scribit.*

ο αιδον

ο σόλον ἐκάλεν τὸν νύμφην τὸν νυμφίον συγκατακλι-  
νεῖται μῆνον καὶ διώνιον καταπέραγμασται, αὐτὸν διώνιος ὁ εἰ-  
δη, οπός τοι τὸν Διόνον σύρεται καὶ φωνὴ χέρεν διέρ-  
μοστεῖ) προφέτειον καὶ ιδεῖται. Solon iubebat sponsam  
cum sponso concubitaram, prius edere malum co-  
toneum: innuens ea re, primam quæ ore & voce ini-  
tur gratiam concinnam debere esse & suauem. Idem  
in problematis ferè tradit. De cotoneis Plin. 15. ca. 11.  
& 17. de eorum sapore & odore eiusdem li. cap. 28.

## Hedera.

204.

Haudquam arescens hedera est arbustula, Cissō

Quæ pueri Bacchum dona dedisse ferunt:  
Enabunda, procax, auratis fulua corymbis, <sup>\* de hoc vocabulo,</sup>  
Exterius vniuersus, cetera pallor habet. <sup>Vnde Delrio ad Senac.</sup>

Hinc aptis vates cingunt sua tempora fertis:

Palefunt studiis, laus diurna viret:

Pindarus in Olympiis ~~καροπόροι~~, id est hedereum, <sup>1</sup> Bacchum,  
vel hederaceum appellat, quod ei hedera dicata sit.  
Tradunt autem nonnulli Cissum adolescentem Li-  
beri patris histrionem saltatoremque fuisse, qui cum <sup>Vd. - Vg. de festis</sup>  
Deo praesente Thyastes exercebat, in quendam terræ  
biatum casu lapsus interiit. Tellus autem cum gratifi-  
cati Baccho vellet, florem produxit adolescenti co-  
gnominem. Legitur quidem primo Epigramm. <sup>Vnde Delrio com.</sup>  
<sup>κίονων διόνυσος ἀγάλλεται, αἴγιδε τρίχεις.</sup> <sup>2</sup> Senec. <sup>Vnde fol. 192.</sup>  
Bacchus amat hederas, & Iupiter egide gaudet.

Retulit autem in Atticis Pausanias ~~καροπόροι διόνυσος~~  
Bacchum appellatum, quod in ea Atticæ regionis parte,  
id est Acharnis primum hedera visa sit, quo loco sta-  
tuæ etiam sunt hederae, sed & Homerus in hymnis  
~~καροπόροι διόνυσος~~, id est hedericomā vocat. Pro-  
bus Grammaticus ait in Cytherone facta Liberi  
patris.

patis arcana tertio quoque anno celebrati solita.  
 Liber autem cum Musis & Apolline esse perhibebatur, idcircoq; ex hederę eius fronde poëtas coronari. Porrò dicata est ei hedera, quod ut ea semper viret, sic ille semper iuuenis, ut diximus initio: quam plerique referant ad ea ferta seu corollas, quas post expeditionem Indicam circuntulisse Bacchus dicitur, Plinio teste lib. 16. cap. 4. unde & Dionysiacā hedera dicta est & Bacchica. Ouid. Fast. 6.

*Bacche racemiferos hedera redimite capillos.*

Plutarchus tamen symposiac. 3. sectione 2. hederam dicit à Baccho sumptam, non ut auxiliū esset aduersus ebrietatem, aut ut vino aduersam, quippe qui Methymnæum à methi quod vinum sonat, sese appellari voluit, sed ut vinosi vino vero destituti, hordeaceo potu pro vino vtuntur, & è malis aut palulis quædam sibi vina conficiunt: ita qui hyeme desideraret coronam viteam, quod tunc temporis vitem nudam vidit & foliis carentem, ob similitudinem hederaceam est amplexus. Poëtis autem hederas decretas esse, cum Pierio, & aliis quibusdam doctioribus crediderim, ut vna cū lauro permiscentur, non tam ut perpetuus viriusque viror, qui diuturna eorum scripta representaret, in causa fuit, quam ut ostenderetur eos qui digni hederis euallis-

*Tamnus, ingenij*  
*Hedera, artis*  
 sent, laureamque meruissent, & arte & ingenio excelluisse. Siquidem per Laurum intelligebat insitam quandam ingenij vim ac venæ fecunditatem, Apollinis radiis vberem atque locupletem: per Hederam verò artem, & industriam peruigili labore partam, huius quidem rei indicium est, quod hedera suapie natura sit tam imbecilla, ut semper repere necesse haberet, nisi vel muro vel plantæ, aut axis hæceret, & pertinax conatu sese attolleret, ut tandem paulatim irrepens viatrix euadat. Est autem opere pretiū, vitroque (arte scilicet & ingenio) si quis velit alii antecellere,

tecclere, quandoquidem mediocribus esse poëtis, non homines, non dij, non concessere columnæ, ut habet ille. Sed & istuc aduertendum,

*Ingentum cui sit, cui mens*

*Magna sonaturum, des nominis huius honorem. &*

*— ego quod studium sine duita vena*

*Nec rude quid posit video ingenium: alterius sic*

*Altera poscit opem res, & coniurat amicè. Sed consule Plutar.*

*Exterius vindu ) intelligit hederam nigram, quæ Symp. 3.  
florem croceum habet, pulla folia. Ne quid ad hæc prob. 2.  
requiras, consule Plinium lib. 16. cap. 34.*

*Hinc aptis) Horat. 1. Carminum:*

*Me doctarum hedera præmia frontium*

*Diu miscent superis. Idem in Epist.*

*Prima feres hedera vietricu præmia.*

*Virgilinus in Eclogis,*

*Pastores hedera crescentem ornate poëtam.*

*Quod ridet in satyrarū vestibulo Persius : ait enim,*

*Heliconidisque pallidamque Pirenem*

*Illi relinquunt, quorum imagines lambunt*

*Hedera sequaces. —*

*P. illeseunt undique ) Sicuti errabunda tenaxq; he-  
dera sensim alium concendit, exterius virescens, in  
exterioris pallida, & aureos corymbos ex se producit:  
ita poëtae suis laboribus humo pedentem sese effe-  
rent, & quanquam assiduo studio pallidi sint, fa-  
ma tamen ex scriptis & ingenio concitata semper  
virent, quippe qui auctos eruditionis & doctrinæ  
fructus parturiant.*

## Ilex.

205.

*Duritie nimia quod sese rumperet ilex,*

*Symbola civilis seditionis habet.*

*Seditionis duræque cervicis homines, quos citius  
frangas quam flectas aut corrigas, suo magno male  
dolor. Boethius, n. 3. libro. 3. fol. 360. a. 20.  
liber. aduersant. 3. libro. 3. fol. 360. a. 20.  
ad. Maioragn. qmert. ad. 3. libro. 360. a. 20.*

efficiunt quod ilex, cuius tanta durities est, ut non nisi magna difficultate proscindi queat, nisi etiam per se fatiscat & diffundatur. Proterui enim quibus seditio & turbatus Reipub. status cordis ~~est~~ est, cum nunquam possint cum aliis conuenire, sápenumero à reliquo ciuitatis corpore quasi agmine facto, discedunt; & tandem cum nonnihil disséntiunt à sua factione facillimè corripiuntur, suorumque flagitiorum pœnas luunt. naturam huius arboris repece ex Plinij 16. cap.8.

## Malus medica.

206.

*Antra sunt Veneris poma hæc: iucundus amaror  
Indicat, est Græcis sic γλυκύπικρος amor.*

Medica malus, quæ & citrus, & apud nostros ob aliquam cum auro similitudinem nomen reperit, nō inconcinnè amoris potest esse nota. Est enim coloris aurei, dulcis quidem & austeri nonnihil saporis, sed amari corticis: ita turpis voluptas primo blandiens aspectu, tota videtur aurea, sed ubi gustu dulce dedit, amarum ad satietatem usque agget, quod γλυκύπικρος nomen indicat. Plato itaque, ut scribit Marsilius in symposium, amorem rem amaram vocat, nec certè iniuria, quia moritur quisquis amat. Hūc & Orpheus γλυκύπικρος, id est, dulce amarum nominat, quippe cum amor mors voluntaria sit. Ut mors est, amara res est, ut voluntaria, dulcis. moritur autem quisquis amat. Hæc Marsil. Ficinus.

*Iucundus amaror* paronomasia elegás, quam lepidè usurpauit aliquis è recentibus ita:

*Non amor antiquo fuerat, sed amaror ab euo*

*Dicendus, cum sit semper amarus amor.*

*γλυκύπικρος amor* sic Musæus:

*ἴδη καὶ γλυκύπικρος οὐδὲ πάτερ οὐδέ τε φίγων.*

Iam

*Fam & dulcem amarum acceperat aculeum amorum.  
 & apud Hephaestionem Sappho ait,  
 ἔργον γλυκότερα τούτοις οὐδέποτε πάντα.  
 Amer dulet amara amis inexpugnabilis.  
 voluptas eadem ratione γλυκού δυμία dicitur. Huc  
 refer proverbum Iunij: Amaro dulce mittum.*

## Buxus.

207.

*Perpetuo viridis, crisoq; cacumine buxus,* Martens. 12. 32.  
*Vnde est disparibus fistula facta modis,* Et non recti pallidus  
*Delitius apta est teneris & amantibus arbor:* magis bydo —  
*Pallor inest illi, pallet & omnis amans.*

Buxus quorundam amantium vitam & conditionem exprimit: ut enim est fronde semper viridi & pallida, ex cuius etiam ligno fistulae optimae conficiuntur: ita interno quodam vigore & vernantis ætatis affectu viuunt, quicunque sese amori dedunt, pallorē tamen habet, huic affectui peculiarem, quod singulis penē momētis reformident, ne spe concepta cadant, vel turpem quam sibi fingunt, repulsam patientur. At quidem nihilominus hilatēm prē se vul- tum ferunt, ut blandum & festuum sermonem, semperque aliquid cantuum, aut legunt taciti, aut meditātur studio, vel etiam scribunt aut recitant ad pellendos animo mætores, aut exprimenda ea quæ ipsi concipiunt.

*Disparibus fistula) Virgil. 2. Ecloga: —* Ouid. & Melan. fab. 3.  
*Et mihi disparibus septem compacta cicutis fistula suspens. panieris* firmiter adans  
*Fistula.*

Delitius tenerius ) amoribus blandis, & aliquando turpibus volupratibus. Ouid. se tenerorum lusorem amorum vocat.

Pallet & omnis amans ) Cur amantes paleant, rationem aperit Ficin. cōment. in Platonis coniūrium.

*Amysda-* Amygdala  
*ongra mullifera. Xestia 2. tunc.*

*propterea amygdala* Cur properans foliis primitis amygdale flores?

Odi pupillos præcociis ingenij.

Floret prima omniū amygdala mense Ianuatio,  
Martis verò pomum maturat Plin. 25. cap. 16. quod  
torquetur in illud ingeniorum velut præcox genus,  
quod non temere vñquam peruenit ad frugem, ait  
Fab. lib. 1. cap. 3. Sunt enim pueri qui statim pri-  
moque omnia discant memoriterque teneant, qui  
tamen quanto çtate fiunt prouectiores, tanto minus  
complectuntur, ita vt ad solidam eruditionem vix  
aliuando perueniant. Eam ob rem vulgo penè  
apud omnes creditum, eos, quibus sit ingenium tam  
præcox & præmaturum, aut insanos fore, aut diu  
non victuros. Proinde Actius apud Gell. li. 13. cap. 2.  
ait in iuuenilibus ingenii itidem sibi placere, vt in  
pomis immaturis acerbitas ipsa placet, ea enim de-  
mum maturescere: maturitas enim tempestiuam  
ad fert suavitatem, reliqua ante tempus putrescere.  
Id quidem obseruatū maximè fuisse in Hermoge-  
ne tradunt, cui vix dum pubescenti tam admirabi-  
lem ingenij & memoriae vim fuisse dicunt, vt annos  
natus octodecim artem Rheticam conscripset,  
quæ ab omnibus admodum commendatur: quem  
etiam declamantem aliquando Musonius philoso-  
phus grauissimus audire non refudit, quemadmo-  
dum nec M. Imperator. At cùm annum quartum  
& vicesimum attigisset, mente lapsus dicitur, om-  
niumq; penè rerum oblitus nulla euideti causa. Re-  
tulit lib. 31. cap. 6. Rhodig. Huc spectant adagia,  
Ante barbam doces senes. & Odi puerulos præcoci  
sapientia.

Præcocius) De huius vocabuli inflexione Gell. 10.  
cap. 11. vid' Zolyn a. 54. 227.

Morus

*Serior at morus nunquam nisi frigore lapsus  
Germinat: & sapiens nomina falsa gerit.*

Morus quasi μούρος quibusdā dicitur, quòd nigra sit: alij à mora, id est tarditate deriuant, quòd arborū postrema floreat. Nonnulli οὐτε τι πέρι, Morum quasi μούρη appellatam existimant, id est stultam, cùm præ ceteris prudētissima esse videatur. Sic enim germinatio erumpit, vt vñima, inquit, vrbana rum cum strepitu. Hæc Plin. eazore, ob id dicta sapien-symbolum, ait Pierius lib. 5 ep̄it, intantum vniuersa germinatio erumpit, vt vna nocte peragat etiam cum strepitu. Hæc Plin. ea itaque prudentiæ gerit symbolum, ait Pierius lib. 52. quòd, ne aëris iniuria lœdatur, tempestiuam & commodam occasionem prestolari videatur. Nam vbi primū leniores & mitiores aliquantum auræ spirauerit, erumpunt germina & flores exsinguant magna interdum strage ob temporis inconstantiam. Ne autem pruina lœdi posse, quem hostem sibi perniciosum agnoscit, non ante germinat, quām frigus penitus fugatum esse cognoverit, atque ad amœnissima adulti veris tempora peruentū omnino sit. Ita vir prudens grauiora negotia, & consilia omnia consulto prorogat, neque ante tempus sese effert, sed maturam occasionem citra noxam & periculum expectat. Huc facit proverbiū, Maurior moto.

*Prescia ventura laurus fert signa salutis:*

*Subditu puluillo somnia vera facit.*

Aphthonius Rhetor lauru vaticinij symbolū esse prodidit, idcirco veteres μούρην quæ laurum dixerunt;

& Apollini diuinationis Deo sacram putarunt . Si enim strepitu quodam in igne crepusculum , felicitatem portendebat . Ad hæc puluillo supposita dormientium , somniorum veritatem conciliare putatur , ut libris magicis proditum accepimus . & quidem olim in maleficiis amatoriis incendi laetus , & aliqua religione in igne coniuci solebat , tanquam amantium ceremonias representans , ait Erasmus in Adag . Clamorius lauro ardente : quod videtur significasse his verbis Tibullus ,

*Laurus ubi bona signa dedit , gaudete coloni .  
Si verò tacita conflagrasset , habebatur inauspicatissimum , ut ipsem ait :*

*Et rater extincto laurus adusta foco .  
plerique hinc & cœpserunt dictam putata à dea intensua particula , & sonoro , quod est cano & voco , quod in igne sonitum & crepitum edat , ut Latini à (la) particula , quam etiam dicunt habere vim intendendi , & vero , ut significacione cōueniat non voce . Huc pertinet ex Lucilio illud à Macrobio citatum lib . 6 . Satur . cap . 4 .*

*Nec res ultra magis quam Thales Delphica laurus  
Terribili sonitu flamma crepitante crematur .*

## Aliud.

211.

*Debetur Carlo superatis laurea Pœnis :*

*Victrices ornent talia ferta comas .*

Carolo V. victoriam Thunis referenti laurea corona debetur , quam triumphantes antiquitus gestabant . Plin . 15 . cap . ultimo , idemque miras lauri virtutes lib . 23 . cap . 8 .

*Pœni* Pœni fuere Carthaginenses , quo nomine Thunos intelligit , vel Thunenses , qui eam regionem incolunt , in qua olim Carthago fuit , ut scriptores quidam tradunt .

Popu-

*Herculeos crines bicolor quod populus ornet,  
Temporis alternat noxque diésque vices.*

Populum albam Herculi sacrā Plinius tradit ca. 1.  
lib. 12. & li. 16. ca. 23. Hæc quod sit folio semper tremulo, superne candicanti, & inferiori parte viridi, temporis motum continuū in diem clarū, & obscuram noctem distributum representat. Sic autem Plin. Populus alia alba, alia nigra, alia quæ Libyca appellatur, minima folio, ac nigerrima, fungisque enascen- tibus laudatissima. Alba folio bicolor, superne candicans, inferiore parte viridi: hanc albam populum Herculi indigeni sacrā, idem Plin. scribit & Virgil. ecloga 7.

*Populus Alcide gratissima, vitis Iaccho.*  
Adhæc Lilius Gyraldus Syntagm. 17. historiæ Deorum hos Virgiliana auctoritate reprehendit, qui tradunt eos sola lauro coronari solitos, qui ad aram maximam Herculi sacra facerent. Sic enim Virgil. in 8.

*Herculea bicolor cum populus umbra  
Velantque comas, foliisque innexa pependit.*  
& paulo post,  
*Populeis adsunt euincti tempora ramis.*

Hoc quidem vidit diligentissimè Pierius lib. 52. qui populo arbore tempus significari ait, quod sit bicoloribus foliis, quippe diem ac noctem reserre videatur. Quin etiam hæc habet populus cōmune cum tempore, quod eius folia post solstitium circumaguntur, nec ullo argumento certius intelligitur sydus confectum. Sunt quidem pleræque arbores, quæ duorum colorum folia habeant, ut sunt oleæ, salices, citri, in illis tamen color penè idem, licet

§20 ANDR. ALCIATI EMBLEM.  
ab vna parte dilutior, altera densior atque coloratio  
habeatur. in populo verò alba præsertim , candor  
vna ex parte penè niueus ac cerussatus, ex altera por  
racei folij insl. at viridissimus. Eius arboris coronam  
gestasle Herculem narrat cùm ad inferos descendit,  
eamique partem quæ foris esset conspicua, fuligine  
tetti chaus obscurata, quæ condebatur intēius, su  
dore ablutam candidiorem euasisse . secūs habet  
Pausanias . Sed omnes hasce opiniones sigillatim  
recensere , vt non est animus , sic non video quā  
sit necesse.

F I N I S.

S V P-

# S V P P L E M E N T A

Q V Æ D A M , S E V P O S T E -  
R I O R E S N O T Æ I N A L -  
C I A T I E M B L E M A T A ,

P E R C L A V D I U M M I N O E M  
D I V I O N E N S E M .

## In 1. Emblema.

**S**T E M M A T I S Mediolanensis  
ducum originem secus quam Alcia-  
tus, repetit aliunde Gabriel Simeon,  
scriptor Italus, epitoma nimurum,  
quam cōtraxit de Ducib. Mediolan.  
sic enim ferē: Cūm aliquoties Azo  
Galeacij filius quodam in campo cānaret, galea hu-  
miacente, & deinde admota capiti, serpens qui la-  
tebat intus, continuò apparuit, sequē erexit, nec ta-  
men ducem lēsīt. propter cuius rei miraculū, Vice  
comites hoc stemmate deinceps vſi fuisse credūtur.  
Hēc ille. Paulus autem Iouius nostra patrumq; me-  
moria historiæ scriptor insignis, cum Alciato conue-  
nit, eo nempe libro quo Mediolanen. principum  
Vicecomitum vitam est complexus: ait enim Otho-  
nem (sacro in bello cōtra Turcos & Saracenos, Bu-  
lionio Godofredo duce) insigni pietate & magnitu-  
dine animi virum, nihil territum Volucis Sarrazeni  
ferocitate, qui medio in cāpo, ad singulare certamen  
fortissimum quenque ex acie Christiana prouoca-  
k 5 bat,

bat, cum eo fuisse congressum, tandemque eum non minore fortitudine quam felicitate deuicisse: de que confossi hostis galea optimum plenumque immortali gloria spolium retulisse, auritam, scilicet, viperam inexplicatis spiris minaciter a cono cassidis erectam, & puerum passis manibus deuorantem, quod unum auspicat virtutis argumentum, non modò gentilitie laudis gestamen fuit, sed & posteris id insigne audacter vsurpantibus, & imperia & opes & late gloriam portendit. Fuere qui existiment Volucem ex stirpe Alexandri Magni progenitum, tulisse pro insigni viperam, ex Olympiadis fabula, puerū parturientē, quod ea a dracone se compressam fuisse, Iouis imagine prædicaret. Sic Iouius.

### Mediolanum. 2.

Nihil mihi videtur h̄c affingere, quam quod Mediolani vrbis Insubrum notissimae notationem elicat ex duarū Galliæ ciuitatum signis & schematib. publicis. Vult enim Heduos porci, Bituriges atletis habuisse signum. Memineram quidem Alciatum Parerg. iuris s. cap. 13. alterius meminisse. Huius hæ verba: Habebant & ciuitates sua signa, quibus originem aut cultum testarentur. Hinc in nomismatis Atheniensium plerunque vidimus noctuas. Sic Claudianus:

— ad mænia Galli

*Condita lanigera suis ostendentia pellem.*

Conduxerit perlegere quæ de Mediolani iactis fundamentis habet Liuius s. ab v.c.

### Nunquam procrastinandum. 3.

Monet ut nos animo subinde reputemus, maxima quæque perfici non posse, nisi diligentia & viriū firmitate, nemo enim unquam absq; sudore & studio

dio summatam quandam laudem est consecutus, ait Demosthen. ἀξένθρος ἄρι τολμαῖ, ποτῶν, καὶ ἴρχεται τοῦτον μόνον οὐκέτι.

### In Deo lætandum. 4.

Admonui Emblematis huius originē ex Xenoph. conuiuio petitatam esse. verba Philosophi sic habentur, ut onere aliquo candidatos linguae Græce leuemus: θησαυρὸν δέ τοι, οὐ καλία, καὶ μυδστοῖς οὐται, οὐδὲ οὐ μόνον αἰθρωποι, οὐδὲ οὐδὲ οὐρανοῖς τῷ φυχῆς φιλίαις τοῖς πλάνοις οὐ τῷ τοῦ σώματος γένοις ποιούσι ταῖς. Καί τε γρῖσσοι μὴ θησαυρὸν οὐσιῶν μορφῶν οὐχίδιον συγκεντόμονος, εἴσαι αὐτὰς θησαυρὰς οὐ. οὐτοις τῷ φυχῆς αὐταδιεῖν, ἀθανάτους ποιεῖν εἰποῖσι. οὐ οὐρανοῖς μηδὲ φιλοποιεῖσι εἰσι, λέγοντες οὐ καὶ αἰτούσι, οὐδὲ δὲ φημι οὐ γατομήδιον οὐ σώματος ἀλλὰ φυχῆς θεοῦ οὐδὲ δίκαιοις εἰσι ὀλυμποῖς αἰνειχθύναι. μερπορεῖ οὐ καὶ τούτων αὖτε. οὐτοις γρῖσσοις δίκαιοις καὶ οὐκέτι,

— γατούται οὐ τὸ άκούων.

πᾶν οὐ φρέζει οὐπ, οὐδὲ οὐ τὸ άκούων οὐτοις οὐτοις οὐ καὶ άλλοθίπει,

— ποιεῖ φρεσὶ μίσθεια εἰδώς.

οὐδὲ οὐ πικροφοτέροις τάτων οὐδὲ οὐδισσώματος οὐδομάθης οὐ γατομήδιος, ἀλλὰ οὐδιγνώμων οὐδὲ θεοῖς τετίμηται.

### Sapientia humana, stultitia est apud Deum. 5.

Hoc in mōstro designando, verbis usus est obscuris & sententiis plane ænigmaticis. at ex multis Laetantij Firmiani locis obscuritas si quæ sit, explanari mihi videtur posse, sed maximè lib. 2. cap. 3. & lib. 5. cap. 1. 5. & sequent. lib. 6. cap. 1. 7. 9.!

doctru Athenis) Plutarch. huius epitheti vim expres-  
si: Commentario πότερον ἀδικιῶνος καὶ πάλεμον οὐ καὶ  
σοφίαν

σοφίαν ἐρδόζετες. Reuera hæc vrbs, inquit, multarum etiam aliarū mater, artiunīque benigna patens, quarum alias prima reperit, inque lucem protulit, aliis honorē, vim, incremēta contulit. Græcē vero sic: πολλων τοῦ δικαιολογίου πάντας οὐδὲ μάτηρ καὶ προσ δύμην τεχνῶν γένεσιν, τὰς μὲν οἰκευτέρης, αιασθανο τεκνά ταῖς διατάξιν τεγματίσσεις καὶ πολὺς οὐδὲν ποιεῖ.

### Ficta religio. 6

Quām variè hoc agalma ex D. Ioānis Apocalypsi varij enarrent, quamque obliquē torquant in id quod volunt, ut pote odio partium laborantes, satis habeo compertum. Certè ne cui stomachum mouerem, satis habui sententiam veterum patrum Augustini & Origenis, quām quidpiam temere, & importunè inculcare: adde quod cùm me sat bellè viderem expedire non posse, tamque feliciter ut sperabam, cuique liberum reliqui coniectare quid in eo consilij auctor habuerit.

### Quà Diij vocant, eundum. 7

Didicimus ex Stephan. & Hesych. Græcis aucto-rib. Mercuriū Hodium & Hegemonium fuisse priscis appellatū (Οδιος καὶ ἡγεμόνος ἕρμης) tum à viis & semitis, in quibus statuebatur ad viam monstrandi peregrè proficiscentibus. proinde Hermæ, id est, statuæ Mercurij & lapidei ligneiue cippi solebant in triuīs erigi ad indicanda viarū discrimina, quia ἀπὸ δὲ εἰς τὰς τριάς ἔργας ἡγεμόνις Χεῦθε, ait Phurnutus.

### Fidei symbolum. 8

Doctè Fidij statuam, quæ Romę visitur etiā nunc, præter alios explicauit Cæl. Curio, vir certè doctus, in appendice Hieroglyph. Pierij Valeriani.

Fœdera.

## Fœdera. 10

*Nil est quod timemus, &c.* Plutarch. εν πολιτικοῖς πα-  
ραγγελίαις, nihil commendatius esse viro ciuili ait,  
quam ut suos ciues amicitia mutua, concordiaque  
deuinciat, litium & discordiarum occasionem om-  
nem tollat. λέπιται δὲ τῷ πολιτικῷ μήναν ἐν τῇδε  
ὑπάρχειν θέρην, οὐ μηδεποτέ παντὸν δέ τοι ἀγαθῶν,  
μηδεποτέ μηδεποτέν τῷ φιλίᾳ τοξεύαντες ἢ τοῖς σιωπ-  
εῖσιν. ἔστι δὲ τῇ διχετερούσῃ καὶ συνθεταὶ ξεπεπ-  
λευταί, &c. Nec verò aspernanda vox est Agasicles,  
qui rogatus, qua ratione princeps tutus haberi absq;  
stipatoribus & satellitio posset: Si subditis ita impe-  
raret, vt pater liberis. Quid enim Periandri vel Anti-  
goni præclara huc responsa conferam? Horum enim  
alter dicitabat, summa ope nitendum esse iis qui  
tutò regnare vellent, vt benevolentia potius quam  
armis stiparentur. alter, amicis suadétabus, vt si Athe-  
nas caperet, firmis & validis eam præsidii muniret,  
rectissimè dixit nullum imperij firmius & stabilius  
esse præsidium quam ciuium benevolentiam. idem-  
que penè Synesius: Βορεια μόνη καὶ μέγιστη βασιλεία  
δέ τοι ιχεῖν φυλακτήρει. Nec verò mihi temperare  
possim, quin adiiciam istuc ex Atato Plutarch. Ve-  
ram ac stabilem ciuium benevolentiam, optimam  
esse principis custodiā: ἐδέ, οἷς ἀλιστρὴ καὶ βίσσος  
δῆμος φυλακῆρει εἰδός ἀρχῆτος. Graftatores enim  
& latrones se se tutatur præcipitiis, & rupibus quan-  
tum possunt. Regi autem nihil fide & benevolentia  
suum firmius, aut munitius esse vñquam potest.

## Silentium. 11.

Pindar. Isthm. 1. Herodoti Thebani encomio. *Si-*  
penumerō tacuisse, gloriam maiorem afferre dicit:  
*μαία πολάνι καὶ τὸ σεωτερόν, διδυλία μείζων φέρει.*  
id eundem omnino sensum occurrit ex Plutarcho  
id in

id in quo gloriatur, vel imprimis Ino Euripidea, nimirū se scire τοῦτο τε ἔπειρος δεῖ καὶ λέγειν οὐ πολλός. Sed ad id argumentum satis superque locupletandum, consultō repte, quae habet doctissimē cōgesta Plutarch. commentatio de garrulitate.

*Apul. 2. 2.  
cyp. 1.  
Gell. 16. 10  
cyp. 4.  
Marr. 2.  
cyp. 2.*

*Labia*) Plutarch. 8. Symposiacón. problem. 6. Labra, quod iis cibus capiatur, appellationem sortita esse vult, id est, λαβίαν τινὰ βοηγάν. Sed id forte nihil ad rem, ut plurib. disputare an labia vel labias sit legendum : neque enim me mouet Gellius & Apuleius, qui labias usurpant in voce feminina.

*veritat in Harpocratem*) Verba Plutarchi sunt ex disputatione de Iside & Osiride: τὸ ἀρποκράτην γένεται εἰπεῖν καὶ νόμοι, δύναται χειροτονία τιὰ τοιμίσιον, ἀλλὰ τὸ τοῦ θεῶν εἰ αἰθέρων λόγον γενέσθαι καὶ ἀποθράψειν τοιμάτιν καὶ συφρενίσειν. διὸ τοῦ σώματος τὸ ἀντιλογον ἐχειν προσκεφαλόν, ἐχειν μαδίας καὶ σπατίν οὐδέν. Καὶ τοῦ μετρήματος τὸ γῆρας στάντινον διπλαγότες λέγουσιν, γιώσα τέλον, γιώσα δαιμόνον, id est, Harpocrates non est habendus Deus imperfectus, aut etiam infans, vel certe qui leguminibus præficiatur, sed præses atque censor aliquis nouæ, imperfectæ & incompositæ hominum de Diis sententia. itaque & digitū ori admotum habet, quod signum præ se fert taciturnitatis & silentij: proinde qui mense Mesore offerunt ei legumina, dicere solent: Lingua fortuna, lingua genius.

## Non vulganda consilia. 12

Plutarch. τοῖς πολιτεγγυοσίμοις: οἱ τὰ τῷ μεζόπορῳ κακὰ ζητοῦσι τας, προπαλίσκουσι τὸ γένος τούτος. qui potentiorum mala inquirunt, siue ante seipso pesundant, quam cognouerint quod querrebant. Etenim qui solis radios & splendorem omnibus apertū diffusumque nolunt intueri, sed ad ipsum solem cōuertunt

Vertunt oculorum aciem, excæcantur. Itaque Philipides Comicus cùm Lysimachus ipsi dixisset, se velle de suis aliquid rebus impartiri : Quiduis, inquit, ô rex, modò ne quidpiam arcani. Quæ enim suauissima & yisu pulcherrima reges habet, ea liberè ostentari volunt, vt splendida conuiuia, opes, munificentia, si quid autem sit arcani, id quidem non est mouendum, neque vel minimum attingendum, &c. Nota est historia de Fulvio, cui pessimè cessit, quod arcum principis Augusti Octauij, credere uxori non dubitasset.

### Ne questioni quidem cedendum. 13

Exempla permulta eadem penè sunt apud Val. Max. lib. 3. cap. 3. idemque omnino Plutarch. in vita Hyperidis Rhetoris. & hoc memorabile Leænæ facinus celebrat commentario *τελεσθεντιας*. Eadem in tormentis patientia vel pertinacia potius commemoratur in quodam qui principem Gonzagam prodiditus erat, & in hostium manus traditurus: quam historiam petas licet ex Cardani 8. cap. 40. de rerum varietate.

*Iphicrates*) Huius meminit Plin. 34. cap. 8.

### Consilio & virtute Chimoram, &c. 14

Fabulam hanc copiosè & eruditè non modò reuulit, sed & ad historicā fidem reuocauit Sabellic. 5. Ennead. 1. Nō grauabor autē huc attexere mythologiam Plutarchi de Bellerophonete, de qua Chimera ex lib. de virtutib. mulierum : huius hæc est sententia: fabulosum est quod in Lycia dicitur euenisce, iametsi hoc publica fama receptum sit. Narratur tamen ad eum modum: Amisodarus, seu Istaras, uti dominatur à Lyciis, ex Lyciorū colonia, quæ iuxta Zeliam erat, venit vnā cum nauibus piraticis, Chimo-

maro duce, homine bellicoso, sed crudeli admodum & efferrato. Huius nauis in prora leonis, in puppi draconis habebat insigne. Cumque nox multum Lycis intulisset, mareque infestum habuisset, ut ne quidem traicii tutò possèt, neque vrbes maritimæ proinde habitabiles essent, in eum quidem expeditionem suscepit Bellerophontes, & ad extremum interfecit fugientemque Pegaso inseguutus: atque Amazones expulit, & bellica virtute domuit, &c. deinde sequitur: Sunt qui affirment Chimaram il. lam poëtarum fragmentis decantatam, montem fuisse Soli oppositum, in quem Solis radij cùm retrofleuerentur, & vehementem æstum in planitiem retorquerent, factum esse ut inde fruges marcescerent. Quæ mali causa cùm nota esset Bellerophonti, excidi iussit ipse præcipitij partem eam quæ luxissima purabatur, & plurimum solarem estum reflecebat. Sed quod non ei essent habitæ gratiæ, iratus ad vicescendum Lycios se contulit, tandem tamen à mulieribus placatus est.

### Vigilantia & custodia. 15

Plutarch. de Pythiæ oraculis: ἡ ἀλεκτρυνία ποιησας δὲ τὸ χειρός τὸ δούλων εἰδώλιον ἔτειδινον ὑπέστη, εἰ ταῦτα γνῶμον εἰπεῖν, &c. qui gallum in manu pinxit Apollinis, matutinum tempus & solis ortum instantem significare voluit.

### νῆστος, καὶ μέμνηστι ἀποτίνειν, &c. 16

Hi neri humanae, &c. id est Luxus appetituus, ut refert alicubi Stob. quo sensu dixit Iustin. genitricem virtutum frugalitatem.

credens id quod videt Herodotus: οὐτε τοιχάρεις οὐδέποτε τοιχάρεις ἀποτίνειν οἰστρούσι: aures sunt hominibus magis incredulæ quam oculi. Hesiod. autem. οἴγησι sub finem:

visus d' ἀρχής ὁμοίας καὶ ἀποτίνεται αὐτόπεια.  
 cuius sententiae vim tenere debent, qui versantur in  
 Rebuspubl. & negotiis grauioribus implicantur, sed  
 maximè temporibus periculosis. Si enim propter  
 amicitiam multorum fucatam vix fratri fides inter-  
 dum sit habenda, perpetuò meminisse debemus  
 Pythagoricæ parœmiae: Ne cuius dextram iniiceris,  
 quandoquidem hominum ea sit tantaque malitia,  
 ut non modo sermo, sed & frons, vultus & oculi  
 ipsi persæpe mentiantur.

*Quo turbā ostensō, &c.*) In eo nō nullis fortassis συ-  
 τικές habendus est Heraclitus, sed certè hac ambage  
 & symbolis aphonis plus forte persuasit, quām alius  
 quispiam oratione prolixissima: siquidem πολλῶν  
 οὐρανοῦ καὶ μεγάλων περιόδων ἐν φύσει καὶ νῦν μετατρέπεται  
 τοῖς δράσταις καὶ γιώτερον ἡγεῖται. plerumque vir, cuius  
 perspecta fides est, uno verbo vel nutu longas alio-  
 rum orationes superat. Sic enim fidem fecit Amasidi  
 Pittacus cùm linguam immolatitiae viētimē remisit,  
 tanquam membrū omnium vel optimum vel pef-  
 simum. Sic Anacharsis, cùm apud Solonem reper-  
 tus est eo gestu dormiens, vt dextram haberet ad-  
 motam ori, sinistram pudendis: vt significaret ma-  
 iore studio & cura linguam esse cohibendam, vt pars  
 omnium maximè rebellis. Quid enim vel Sciluri  
 facinus ad concordiam suos liberos adhortantis, vel  
 Tarquinij superbi summa papauerū capita baculo  
 decutientis huc commemorem, cùm hæc iam vulgo  
 trita sint? Olim enim cùm nondum Platonis opera,  
 vel Carneadis, aut Chrysippi sapientia loquax esse  
 didicisset, omnia brevibus oraculis, aut symbolis in-  
 terdumque ἀφάντους non minùs commodè tradeban-  
 tur, quæ pertinerent ad vitæ humanæ cultum &  
 informationem. Sed audiamus Plutarchum ea de re  
 studio commentario τετραδίοις διſtincte:  
 si δέ, inquit ille, συμβολικῶν τετραδῶν εἰσὶν;

εἰς ἐπαινοῦσι ταῖς, καὶ θαυμάζοντος διαφεύγουσ; ὃς ἡγέρει  
κλητος, ἀξιωμάτων ἀντίτιν τῆς πολιτικής γνώμην πινά εἰ-  
πεῖν τοῖς ὄμοιοις, εἰσαγαγόντες τὸ βίαιον, καὶ λαβεῖν το-  
χεος κύριον, καὶ τὴν ἀλεξίτων ὑπηρέσιαν, καὶ τὴν γλυκῆν  
μηνίαν, ἀποτὸν ἀπολάθει. οὐδὲ ἔμμερος ἀντοῖς ὅτι τὸ τοῖς  
τυχεῖσιν ἀρκεῖ μᾶς, καὶ μὴ δεῖ μᾶς τὸ πολυτελέν, ἐν εἴρησι  
καὶ ὄμοροια διατηρεῖ τὰς πόλεις.

Πῇ παρέβην; &c. 17-

Non erit hoc conferte alienum quod scite & ad  
hunc locum accommodatē Plutarch. retulit lib. πό-  
τερον τῷ ζῶντι φεγγιμόντερον, τὰ χερσαῖα ἢ τὰ ἄνυδρα.  
sic enim habet: ἢ ἡ γράμματα μεταβολὴ & πήσεως τρόπος  
αλεξιον, εἰς χάρις θύσιον, καὶ τοσιο κατηγορία τοις ιχθύες  
πολλαῖς, τοῖς αρκετοῖς καθηκόντοι τοις αἰτιον κατα. καὶ παρεφυ-  
λάκησον ὅπος μη καὶ οὐδέποτε τροποποιεῖσθαι τὸ πλεύμα-  
τος, ἢ λεπιδοπλασιασθεῖν λυπήν τὸ σῶμα γυμνούμενον ἢ  
διατραχιώμενον. ὅτεν αἱ σωματικονέστερες αἱ τροπο-  
ποιοι θεραπεύονται καὶ καρυούσι ἢ θεραπεύασι, τὰν  
βεργχίας κατατίθεται. καὶ τοῦ & ὑπομείεται ποιητι-  
λεῖας ποιεῖται, καὶ εἰς αἰσιον τὸ θεραπεύεισι. id est: Illa vero  
gruum ad ventum aciei commutatio non vnius, sed  
& vniuersi maritimi generis est: siquidein & æstum  
fluctusque conitā natando niti, & eadem de causa  
aquaticis omnibus mos est: cauent quippe ne ventus  
a tergo incumbens, lquambras surrigat ciatque, atque  
ita nudatum & exasperatum corpus vulneret: vnde  
in ventum, obnixiique fluctibus cursum dirigunt: sic  
enim a vertice scissi fluctus & branchias cohibent,  
& per summa delati minus infestant, & horrorem  
non incutunt. Hæc ille. Ascribetem alium locum  
non minus commodū ex eo quem scripsit ipsem  
de animal. solertia libro, sed indicate duntaxat hic  
mihi satis esto.

Pruden-

## Prudentes. 18

*Pane bifrons*) Bicipitij huius causam aliā, & eandē penē attulit Plutarch. in quæstion. Romanis. Nempe quod genere Græcus ex Perræbia fuerit, atque in Italiā profectus, sedibus apud barbaros positis lingua vitæque rationem mutauerit. sic enim fama receptum est; vel quod Italos qui ferinis essent adhuc moribus, qui que iniuste viuerent, ad aliud vitæ traduxerit & reuocarit institutum, ita ut agriculturam & ciuilem cultum eos docuerit. Sic verò ille: *διὰ τὸ τὸν διαβόλον ποιεῖν οὐ γέγονεν, καὶ γράφει τὸν διάβολον καὶ πλάτων; πότερον ὅπερ τῷ μηδὲ γέγονεν εἶται τὸν περίφυσις λόγον (οὐτοῦτον) διαβάσει τοῖς ιταλοῖς καὶ συμφορτεῖς τοῖς αὐτοῖς περίφυσις, μετέβαλε καὶ γλαύκους καὶ διατάσσει; ή μᾶλλον ὅτι τοὺς πολεῖς τῶν ιταλῶν αὐτοὺς ἀγέρνας καὶ αἰόλοις χρωμάτες ἔθετον εἰς ἐπεργασίαν, πέισας καὶ γεωργοῦσσιν καὶ πολετένεσσι μετέβαλε καὶ μετατρέψαμος;*

## Prudens magis quam loquax. 19

Non erit alienum huc conferre quæ Gellius habet cap. i s. lib. i.

*Garrula quo cornix*) Memini legere me apud Plutarch. de odio & inuidia, inter cornices & vvlulas perpetuum esse dissidiū, quarū vel occisarū sanguine permisceri quidam negant: vt etiam si quis confundat, utrumque seorsum diffluere narrent.

## Maturandum. 20

In rebus arduis, & quibus neglectis aliquid periculi esse potest, cauendum à nimia celeritate aut etiam mora: sed videndum maxime, vt maturè non modò fuscipiamus, sed & consecremus quod nobis propositum est, ne hac vel illac aberrando parte nos quodammodo pœnitcat. Plutar. orationes ad Apoll-

Ionium: σοφοὶ δέ, τὸ μηδὲν ἄγαν, ἐπος οὐτας φεύγουσι.  
 Sapientes, istud quidem, Ne quid nimis, præter modum celebrarunt. Laudatur & illud Phocylidis:  
~~τελέτων μέτρην ἀρετῶν, ἀρετῶν δὲ ἀρεταῖς:~~  
 eo enim vel maxime nomine Aristidem urbe pepulerunt Athenienses, quod nimis iustus esse videretur.  
 Eodem penè modo Ephesij Hermodorum. At ut modum aliquem exemplis etiam imponamus, hoc unum addamus ex Liuio: In bello Punico secundo, Terentio Varroni, homini iuueniliter exultanti, & temerario datus est collega Paulus Æmilius, matrus ætate & consilio, ut sua prudentia ferorem alterius temperaret. Sic Fabium Max. creatum aliquando belli ducem memini, eum quidem cunctatorem & matutum, ut Marcelli celeritatem reprimeret. Admonitum velim philologum, hoc emblemata citatum esse declaratunique non illepidè à viro sane docto Constatio Lando in sua veterum numismatum miscellanea, in numero Vitellij Imp.

## Custodiendas virgines. 22

*Cur Diua comes hoc animal?*) Huius quidem rei meminit obiter Plutarch. commentatio de Iside & Osiride.

*Innuptas opis est, &c*) Phocylidis eadem est sententia:

*παρθενικὴν δὲ φύλασσε πολυκλείσταις θαλάμοισι,  
 μηδὲ μη ἄχει γάμους πρὸ δύνασιν ὁ φθίνεις ἔστησ.*  
*κάλος δυστήριτος ἐφι πειδῶν τοκέασι. id est,*

*Clausa tibi virgo thalamis seruetur honestis,*

*Nec sinito hanc ad connubium foris usque videri.*

*Forma puellarum seruata parentibus agricest.*

Quod spectat etymon nominis (*παρθένος*) quod grammatici deflectunt à παρθένειν τῷ μητρὶ, quod virgo apud matrem custodita manere debeat, quem mo-

tem veterum Hesiod. attigit 2. ἐργον:  
ἀπεσχετικός φίλη παράγε μητέρες μήνες.

### Vino prudentiam augeri. 23

Pro Diis fuisse veterib. habitos, qui sibi beneficiis humanū genus deuinxiſſent, notius est ex M. Tullij libris de nat. Deor. Laetantio & Euseb. quām ut commemorare sit necesse. Tantum obiter admonebo, quosdam Deos iisdem olim templis & aris fuisse cultos, ut Cererem & Neptunum, quōd absque sale cibi penē omnes insipidi sint, refert Plutarch. Sympos. 4. Ut Herculem & Musas, quia Euandrum hīetas docuit Hercules, idē testis est in quæſtion. Rom. Sic denique Merentium inxta Venerem statuere, ut ostēderet matrimonij voluptatē maximē orationis adigere: itemque Suadam & Gratias, ut innuerent coniuges inuicem quāt vellent, persuadendo impe- trare debere.

### Prudentes vino abstinent. 24

Præterite nō possum quod scribit Athenæus Diphysoph. 10. cap. 13. ex Polybio vinū mulierib. olim interdictum. causam autē addit, λαθεῖν εἰσὶν ἀδύωα- την τῶν γυναικῶν πᾶσαν οὐρανον, fieri non posse ut quæ vinum biberit, mulier lateat. An verō etiam concilabimus ad epigrapham huius distichi: Plautinum istuc? Nō vinum moderari, sed vino solent qui qui- dem probi sunt.

### In statuam Bacchi. 25

*Bacchepater*) Cur Baccho Liberi patris impositum iomen sit, Plutarch explicat κεφαλ. ιωνικῷ libro: quod nimis bibentibus libertatē ingeneret. non nulli enim per vinolentiā liberi & feroceſ efficiuntur: aut quia liba exhibuerit: aut quod ille apud Eleu- teras vrbē Bœotiq. Eleutherius. i. Liber appellaretur.

*Hoc doceo nostro quod abusus, &c.)* Non me fugiebat  
vnde vini, τοῦ οὐκ, appellationem Plato in Cratylō  
deduceret, nempe παρὰ τὸ ἐνότως τὸ νομὸν ἐμπιπλᾶν,  
quod opinione mentem oppleat: vel, ut etymolog.  
δοκὶ τὸν ὄντως, eo quod iuuet & recreet. Sed ad hunc  
locum mihi satisfecerit Plutarchi monitum ex 7.  
Sympos. probl. 10. cuius hęc est sententia: Quod vero  
summum est, ut in cōsultatione de rebus arduis im-  
prudens atque imperitus rerum sequatur prudēto-  
tes, hoc vinum ebrios adimit. ideo enim Plato vino  
nomen ait impositum esse οἶνος, quod efficiat, ut qui  
biberint, sapere se putent, οἴεσθε νομῶν ἔχειν.

*quod abusus munere sumit cornua.)* Athenaeus lib. 13.  
ἢντος γενέτος εἰς τὸ σῶμα, ἵπαντας καὶ ἐπειδὴ<sup>τὰ μαυρόλυκα</sup>: Vino in corpus descendente, ascendunt  
verba improba & furiosa.

*Sed nunc me doceas)* Huc facit illud Plutarch. dispu-  
tatione, An seni regenda Respubl. Aquam mero mi-  
scemus, quo Deum furentem (ut cum Platone istuc)  
fobrio altero castigatum temperemus. ὡς φησιν πλά-  
των επὶ τοῦ μητρυτῆς τῷδε ὑπερ ἀκράτει, μαυρόλυκον  
Στὸν ἐτέρῳ θεῷ νίφοντι σωφροῖς εὖτε κολαζόμενον. Eius-  
dem legē questionem primam Sympoſ. 3.

### Gramen.

25

Graminis symbolū significare mihi videtur cer-  
tissimum aetumnarum omnium, & infortuniorum  
quasi praesens alexipharmacum: quod & de discipli-  
nis humanioribus integritate animi, aliisque generis  
eiusdem, quorum portus tutissimus est, intelligi fa-  
cile potest.

*Polybides*) Polybi filius, in eo patronymico fateor  
me habuisse, sed hunc, quanquam leuem scrupulum  
exemerunt prosopographi ex Argonautic. Apollo-  
nij scholiaste. Plerique nostræ Academiæ Parisiensis  
viri eruditii mihi pridem significarant Polybidem  
Gla-

Glaucum dix ror pio*wi* pio*wi* idēr, esse fortē de-nominatum, quod ipsum non videretur abhorre à Glauci viuacis fabula. Sed huic tamen conjectaneo ut non planē sum assensus, sic neque omnino re-pugnau.

### Nec verbo nec factō quenquam lædendum.

Nemeseos seu Adrae vim Plutarch. explicat tractatu de iis qui serō corripiuntur à numine.

### Tandem tandem iustitia obtinet.

Quamvis monumenta præclarorum hominum sitū squalleant, eorum tamen virtus nullis vñquam seculis obscurari omnino potest. Huc fortē non in-commode illud Pindari ex Od. 8. Olymp. κατηγόρεις δι' οὐκονος ουγίσιαν μετάρχειν, id est, Nec pulueris situm occulit congenitorū inclytā gratiam.

### Etiam ferocissimos domari.

Quanquam ad Emblemaris explanationem vi-deamur adduxisse, quæ studioſo cuique satisfaciant: tamen adiiciemus q̄d od non pardū fortasse fecerit ad materiam seu fontem carminis huius explanā-dam. Si epim locus est conjecturę nostrā dandus (in quo tamen nihil cuiquam velim præiudicatum) videtur id Alciatus duxisse potius ex Antonianæ 2. M. Tullij loco, sed, vt plerisque docti<sup>s</sup> videtur, corrupto: qui sic habet: Venebatur in effedo Tribunus, &c. sequebatur enim iherda cum lenonibus, comites ne-quissimi. Nonnulli hīc legunt (leonibus) quod non probatur criticis, & iis qui maiorem probabilitatem sectantur, qui que censoriam virgulam in scriptis au-torum meliorum subinde adferunt. Quo ex loco suum videtur Emblema confinxisse Alciat. &c, leonibus, legisse pro, lenonibus: adhæc non recte tem-porum rationem violasse. Si quos moueat Plinianus

locus quem attuli, nihil certe moror, cum nihil præfracte hac in parte ausim affirmare.

*pestu acerba sua) Sic in Politic. Plutarch. Recipubl. hostes Aristiona, Nabim, Catilinam, pestes, morbū & vomicam patriæ appellat, id est νοσηγε και δημ-σηγε παθεως. sic Virgil. Aeneid. 3. Harpyias pestem & iram Deorum: &c 12.*

— Turni se pestu ad ora  
Fert' que refertque sonans. —

*Ambage hac) Scio quidem apud auctores frequen-ter sumi μεταρρογεινῶς pro verbotum circuitu, qualis in criminibus excusandis, aut velādis adhiberi non-nunquam solet. Liuius 2. Per ambages tegēs ingenij sui effigiem. & 9. Vix pueris dignas ambages, senes & consulares fallendę fidei exquirere. & id quidem translatiōne. propriè vero ambages sunt flexus & mæandri fluminum. Claudian. itaque Aequoris am-bages dixit.*

### Abstinentia.

31

Hæc epigraphæ non plena sat: esse, & argumento carminis accommodata mihi videtur. velim itaque reponi sic, *Abstinentia à muneribus capiundus. Cœte-rum cùm nuper fortè fortuna incidiſsem in Aristæ Græci scriptoris librum, qui est De lege diuina, com-modè sese locus obtulit huic Emblemati nō parūm accommodus. ille sic: ἐπιφέντειν τὸν καὶ τοῦτο τὸν χρεῖον λόγον οὐκον τὰς χεῖρας, τὸ τλιντερά δὲ χεῖρας, διετάσσω τὸν μαρτύριον ἵσι τὴ μηδὲν εἰργάδης κα-κον· πάσα τὸν ἐργάζοντα τὸν χειρῶν γίνεται. καλέσκει-σιως μεταρρογής εἰπει τὸν δι γενοτυπειν τὸν ἀλ-θεατήτα. Id est, Interrogati (Iudæos intelligit) cuius rei causa manus abluerent vota facturi; signifi-cabat autem id fieri in testimonium, & argumen-tum nullius sceleris perpetrati. Nam quodd per manus omnes conatus solcant expediri, ita pulchre & sancte*

sancte omnia ad iustitiam referebant.

### Bonis à diuitibus nihil timendum. 52

Recte Thucydides: *αφος τοις αξυγειορας παντας αιτιαιον και ιδε δε γη καθισαται.* Ex vicinis malum bonumque proficiuntur. Harpyiarum vero fabulam Plutarch. libro de usura vitanda, torquet in debitores, qui grauentur aere alieno: tolerant enim ac sustinent tanquam Phineus, Harpyias illas penatas pascentes, &c. *ως ο φίνεος ἀρπυίας πάντας έποπλέρες βόσκοντις.*

Hunisi sint Zetes, &c. ) Pindarus Pythior. 4.

*Συνηγενεῖς θάσοι εἰ -*

*ποιει βραπλεύς αἴματα*

*ζήται μάλαίν τε πατήρ Βορέας*

*αἴρας πλευρίσι νῶτα πε -*

*ογίνονταις ἄμφω προφυρίσις. id est:*

Ridenti animo velociter ornabat rex ventorum Zeten, Calaimque pater Boreas viros qui alis intergo mouebantur ambo purpureis. Boream autem ventum esse septentrioalem nemo nescit, cuius filii dicuntur Zetes & Calais, sicutis ingeniosè vocabulis: nam Calais quasi *καλῶς ἄντ,* belle & iucundè flans appellatur: Zetes, *ζῆτης* quasi *ζεύτης*, id est, *ἄγρος ἄντ,* flans nimium, ut est apud scholiast. Apollonij, Argonaut.

### Signa fortium. 53

Nos aquila intrepidis) Aquilæ cognomen in se quidem, sed modestè tamen recepit Pyrrhus. Plutarch. teste apophtheg. Cum enim milites cum aquilam appellassent, *τι γδ, inquit, οὐ μέλλω τοῖς ὑμετέροις ιπτασ, ἀπειράνθεις, αἰρέσθως;* quid vero non debo vestris armis tanquam alis perniciibus in altum tolli?

*ἀρέχει καὶ απέχει.* 54

De aduersis ferendis quædam non paenitenda re-

pete

538 ADDITIO AD COMMENT.  
pete ex Lactant. 6. cap. 18. & consolatione Plutar-  
chi ad Apollonium.

In adulari nescientem.

35

Cum iam horum commentariorum non quidem perpohendorum, sed scribendorum me satietas aliqua tandem caperet, quippe qui ad studia grauiora festinarem, mibiique permulta nondum satisfacerent, quod omnino, sicuti mibi proposueram initio, consilium auctoris detexisse non viderer, maximeque trium vel quatuor Emblematorum, & huius ipsius imprimis, oportune de iis verba facienti mihi, & studia humanitatis recolenti (tres ante annos nō fallor, yna cum viro doctissimo R O B E R T O V V I D I O, qui per aliquot annos hac in Academia diligenter & eruditè docuit) mihi venit in mente quod aliud agēs à viro sane docto acceperā, huius Emblematis origine videri haustam ex Diod. Siculi li. 16. ad annum Philippi 4. Sic enim penè Diodorus: Alexandrum Phereum tyrannum interfecerunt Thebe vxor eiusque fratres Lycophron & Tisiphon: qua ex te sibi fauorem popularem pepererunt. Hi tamen in aper- tam tyrannidem prolapso fœnitiam tantam exercuerunt, ut principes Aleuadæ in Thessalia nobilissimi in eos coniurarint. Quod vero id per se non possent, Philippum Macedonum in sui auxilium aduocant; qui profectus in Thessaliā tyrannis deuictis libertatem huic populo restituit.

Vnum nihil, duos plurimum posse. +

Aristot. 8. Moral. Nicomach. οὐτε δύ εργαζόμενοι καὶ γένος καὶ τράχαι δυωρότεροι, &c. quod perspicue docet Salustius initio Catilinarij: Diu magnū inter mortales certamē fuit, vīne corporis an virtute animi res militaris magis procederet. nam & prius quam incipias consulto, & ubi consulueris, maturè facto

facto est opus. ita utrumque per se indigens, alterum  
alterius auxilio eget. Lege Plutarch. disputationem  
pulcherrimam, Anseni gerenda Respubl. sit. Sed  
occurrit mihi Hesiodi istuc satis accommodatum,  
*πλείων πλείστη μετέπειτα, μείζων δὲ οὐδεπάτερ.* id est,  
Plus augere potest multorum industria vires.  
idemque Homericum ex Iliad. u.

— μενονδε τι ἐγγράμμον. quid vero Euripi-  
deum hoc sciens præteream ex Phænissis?

— τὸν δὲ ἀνὴρ καὶ παῖς τοι ὄρε. vel illud ex Hieraclidis,  
μιᾶστρος χειρὸς ἀδείγματος μάζη.

## Spes proxima. 43

*Quod si Helena* ) De stellis quæ Dioscuri appellantur, Plutarch. 2. decretorum philosophic. cap. 18.

In simulachrum Spei. 14

*Vigilum somnia vana vocant*) Huc facit illud Pin-  
dari Olymp. 12.

— αὖτε μὲν τὸ δρόσον  
πόλιν αἴρει, ταῦθ' αὐτὸν κάτεσσι  
φευδῆ μεταπλέουσι τέμπτοι —  
οὓς κακία ποιεῖται εἰπεῖσθε;

id est, Spes etenim mortalium, multa sursum, deinde autem deorsum vana mendacia secantes volunt.

In dies meliora. 45

Quid si hoc referamus ad studij philosophici as-  
fiduitatem, ut Plutarchus de profectu morum dis-  
putatione? Sic enim: ἐπει τῷ φιλοσοφεῖν εἰς ληγόσις  
διέλειμμα προκοπή, οὐδὲ τηρεῖ μήτε: In philosophādo  
& virtutis itinere nulla est cessatio, nullaque perpe-  
tui profectus intermissio.

Illicitum non s perandum. 4

Sic Pindarus Nem. 8. κεν σᾶν ἐπίστεν χειρον τέ-  
λος γαντ̄ spei imbellis euēn̄ tus. Huc etiam spectat  
Hotatian.

Horatian. illud ex 4. Carm. Terret ambustus Phae-  
thon auaras Spes, &c.

### In victoriam dolo partam. 48

Explicatur id agalma ab Eustath. in Iliad. &c. citatur à Porphyrio alicubi. Istud autem Epigramma quod tribuitur Virtuti conditionē suam deplorāti, mutatum fuisse à Mnasalca Sicyonio, & in voluptatem conuersum, ex altero factum de Aiace, obseruant viri nonnulli nostro seculo doctissimi.

### Maledicentia. 49

Pindar. 2. Pyth. ait se nolle conuicio aliquo Ixionem afficere, quod Archilochus conuicia non bene cesserint: Sic ille,

— εὐεὶ ὃ γέγενεν  
φέργεν δάκος ἀδινὸν, νεαναγεῖαν.  
εἰδον γε διὰς ιαν., τὰ πόλι—  
λιαν αὐαναχανία  
φοι, εἴσορ αὐχίλοχεν θερυλό—  
γητες ἔχθεσι πανεύμαφοι. id est,

Me autem oportet effugere morsuri imbellem & impotentem, maledicentiam nempe. Vidi enim iam olim multa in egestate positum conuiciatorem Archilochum, infensis obtrectationibus enutritum, & quasi pinguem factum.

### In receptatores sicariorum. 52

Stobæo citatur illud ex Phauorino, ni fallor:  
ποτερό ἀκταινεν τέσσαρην τρεφομένων ἀπ' αὐτοῦ κακῶν  
ἀπιθετεν, οὐτως οἱ κόλακες τοὺς τρεφοτας καταλύσον. Quemadmodum Aetæon à canibus quos alebat, discerptus est: ita parasiti & assentatores eos, à quibus entriuntur, misere perdunt.

### In adulatores. 53

Hic Plutarchi locus est ex lib. de discrimine adu-  
latoris

latoris & amici: ἐγκλητὸς ἀποχρῆσ τὸ τοῦ χαριτε-  
ωτοῦ ποντίου οὐεῖν τε γε ἀπόστολον καὶ τὰς τε  
λευκοὺς σιωπούμενάς τοις αἴσιοις ποντίοις  
φανταστὶ εἰς αδιατέλειαν περιέχειν, οὐδὲν δοπλεῖσθαι τῷ  
αλγήσαντι μηντον. Adulatori quidem omnino id ac-  
cedit ut Chamæleonti: siquidem ut ille colorū om-  
nium similitudinem exprimit præterquam albi: sic  
assentator cùm se similem p̄f̄stare non possit in his,  
qua digna sunt studio, turpia quæq; imitatur quan-  
tum potest.

*Ei qui semel sua, &c.* Id explicat Socrates apud Xe-  
nophontem li. 3. Δοτούμη. nempe in colloquio cum  
Glaucone.

## Temeritas.

55

Locus Platonis quem adduximus, est in Phædro,  
explicaturque cōmodissimè à Plutarcho question.  
Platonic. 8. quē indicasse locū mihi satis esse video.

## In temerarios.

56

Huc referre commode possis exemplū Flaminij  
Consulis, cuius temeritas insigne detrimentum Rei-  
publ. attulit. Val. Max. 1. cap. 6.

In eos qui supra vires quic-  
quam audent.

57

Pindar. Nem. 10. χαλιπά δ' ἔρεις εἰδέποτε ὄμιλοιν  
φρονίμους, i. Difficilis pugna est fortioribus repugna-  
re velle. quod mihi declarat in Vrania Herodot. his  
verbis: καὶ Μηταριος τῶν εἰδέποτε οὐασιλῆς εἴπει, καὶ  
ιδρυμάτων.

## Impossibile.

58

Pindarus Olymp. 13. ἄμαχος τοῦ φύσει τὸ συγκέν-  
tio. difficile est occultare morem ingenitum. Idem  
Aristophanes in Vespis: Δοτούμης χαλιπὸν εύστοις  
η ἔχει τοις ἀει. tegete difficile est quam quis naturā  
habeat.

habeat. Succurrit illud Ciceron. ad Q. fratr. Hoc nunc non contendo, quod fortasse cum in omni natura, tum iam in nostra aetate difficile est mutare animum, & si quid est penitus insitum moribus, id subito euellere.

## Ira.

63

Satis superque satisfactum tibi fuerit, si perlegas Plutarchi tractatum de ira cohibenda.

## In eum qui sibi ipsi damnum apparat. 64

Confer hoc pulcherrimam Socratis admonitionem & colloquium cum filio Lamprocleo, Xanthippe matris iniurio, ex 2. Σωφρονίῳ. Xenophontis, quod quoniam prolixius est, indicatio satis erit.

## Superbia.

67

Propter ἀλεξανδρείας itaque καὶ μεγαληφειας magnificos luit impia flatus Tantalis, ut Statius cecinit Thebaid. 3. Huc congeram insignem Pindari locum ex Olymp. 9. quo sub Cadmi persona monet vnu-  
quenque, ut exemplo Penthei filij, pie & reuerenter de Diis sentire discant.

εἰ δὲ τὸν ὄστρακον δειπνόντες,  
εἰς τὰ δὲ ἀδρίτας θάρατον γένεσθαι  
τὸ σωφρονίδος, καὶ σεβεῖν τὰ τῆς θεᾶς  
κάκωστον οὐαί γένεται, καὶ σοφότερος

θεοτοκοῖς τοῖς θεοῖς, τοῖς τοῖς θεοῖς. id est,

Si quis sit qui Deos contemnat, ad huius (nepo Pen-  
thei) motem respiciens, secum animo reputet esse  
Deos. At verò temperantem esse, & numen diuinum  
colere, censeo rem esse omnium pulcherrimam &  
sapientissimam hominibus, qui huic se se implicant.

## Garrulitas.

70

Lege Plutarch. 8. Sympos. problem. 7.

Inui-

## Inuidia.

71

Pindar. 2. Pyth. sic:

— σάτυρος  
δέ πηνος ἀλαζόφος  
μελισσαῖς, οἴεται ξενοί αἱ -  
μελισσαῖς ἐὰν τρέψῃς μελισσαῖς.

τριπλοῦ διατίθει μελισσαῖς τούχειν. id est?

qui facultate alicuius tangitur abundantia, infixit  
viles miserum suo ante animo, quam quæ secundum  
corde molitur affequatur.

## In amatores meretricum. 75

Refer hoc pulcherrimam disputationem Socratis  
cum Aristippo ex 2. Στοιχειωμ. Xenoph. & colloquio  
eiusdem Socrat. cum Theodota lib. 3.

## Cauendum à meretricibus. 76

Non parum illustrabit hoc Emblema, Plutar-  
chi dialogus quo Grillum disputantem facit. Plu-  
tarachus σε γαμικοῖς παρεχείται. sic habet: οὐδὲ  
τὴν φερμάνων θήσει, ταχὺ μὲν αἰρεῖ καὶ λαμβάνει  
φασίος τὸ ιχθύος, ἀθερότον τὸ ποτὲ καὶ οὐδὲν οὐ-  
τοῖς αἱ φίνται λεία καὶ γεντεῖς θητογεχνώμεναι τοῖς αἰ-  
δόσιοι καὶ χειρούμενοι διεισδύοντες οὐδὲν οὐδὲν οὐδὲν  
εἰδοντες καὶ διαρρέοντες αἷμασιν εἰσεπιπλέοντες τοῖς τούς τοις  
καὶ πολλοῖς οἰκεταρμητοῖς περιπλέοντες, οὐδὲν οὐδὲν οὐδὲν  
εἰδέντες οὐδὲν οὐδὲν οὐδὲν οὐδὲν οὐδὲν οὐδὲν οὐδὲν οὐδὲν  
εἰδέντες καὶ σωτῆται οὐδέποτε, οὐδέποτε id est. Ut  
pisces quibusdam medicamentis celeriter capiuntur,  
sed esui tamen sunt inutiles: ita mulieres quæ amo-  
ris poculis & veneficiis viros captant, voluptateque  
in suam potestatem redigunt, stupidos eos, amentes  
& depravatos vitæ socios deinceps habent. Iij enim  
nihil Circæ profuerunt, quos veneficio mutauerat,  
neque ad ullam rem iis vfa est, cum in canes & as-  
nos

nos degenerassent: Vlyssem autem prudētem vitum, prudenterque secum versantem, omnino dilexit.

### Desidia. 80

*Defider) Cicero*, pinde in Verbinis dixit per Metaph. ignauis cōsentaneā: Quid sedes Verres? quid spectas? Eodē sensu Hesiod. ait spem nō bonā, virū indigētē tenere, sedens ē in taberna, cui viētus sufficiēs nō siu īnris dī iu àz, aθn nekronibꝝ a zōpꝝ a kōpīzēi, n̄p̄lōv c̄ λέχη, t̄p̄ m̄ p̄t̄os ἀp̄t̄os eīn.

Sed & Demosthen. 2. Olynth. Atheniēsib. succenset, eosq; sedere dicit, & Philippi potentia non attēderet. Sic enim: ἀλλ' οὐ μεγάλη μεταβολή, οὐδὲν ποιεῖται, &c.

### In facile à virtute desciscentes. 81

Commodissimum habes exemplum ad id illustrandum, in Critia & Alcibiade apud Xenoph. cōmētar. De Echeneidē verò Plutiac. 2. Symposiac. quæstione 7. & 2. problematon, quæst. 3. non enim cōmodē possimus citra tardiū omnia huc attexere.

### In sordidos. 82

De Ibide, lege quæ scribit Plutarch. cōmēt. Vtrum plus rationis insit in terrestrib. animatib. q; aquatilib.

### In auaros, vel quibus melior, &c. 83

Enalum etiam adolescentem in mari à Delphinis seruatum, eodem penē quo Ariona modo, retulit in Symposio septem sapientum Plutarch. itident narratur de Telemacho puerulo, qui cùm forte in mare decidisset, excipiensibus Delphinis, ab imoq; retrahētibus, euasit. ait idē Plutarch. ad finē disputationis qua inquirit, An sit aliquid in brutis rationis.

### In parasitos. 84

*Cūn vagus, &c.)* Miror cur Horatianum illud toties à me lectum, prætermiserim. id sic habet:

*Scurra*

*Scurravagus, non qui certum præsepe teneret;*  
*Impransus, non qui ciuem dignosceret hoste,*  
*Quelibet in quenam approbia fingere saudus.*

## Doctorum agnomina. 96

*Quam multa rebus, &c.)* At istæc licentia, & depravata consuetudo cohibenda fuerat. Siquidem conuicia quæ torqueri solent, ob ea quæ sunt in corpore vel in fortunis hominum vitiosa, proficiscuntur ab animis parùm sanis. Proinde Vlysses apud Homerū Thersitè non claudicationem, non gibbum aut caluiciem exprobrat, sed omnino gattiendi vitium. Sic Achilles non naturę vitia insectatur in Agamemnone, sed ea quæ animi maxima, quibus adhiberi modus, & quasi frænū imponi rectæ rationis potest.

## Ars naturam adiuuans. 97

Declaratur id uberrime à Plutarch. commentatio de Exilio. Sed è Græco fonte originem ascribere nō grauabor. Locum Galeni, vel Menodoti (vt aliis placet) ex oratione ἵπι τὰς τέχνας huc concessimus in gratiam philologorum: τὼν τύχης μοχθεῖσιν ἐμφανίσαι Βελτίστερες οἱ παλαιοὶ, γράφοντες καὶ πλάνοντες ἀντίον εἰς μένον τὸν εἶδει γυναικός ἡρκέδηταν· καί πινδήτης ἵγειρὸν λεῖψιοις σύμβολον· ἀλλὰ καὶ πιδάλιον ἔδεσαν τὸν χειροῦν ἔχειν αὐτὴν, καὶ τοῖν ποδῶν ἴστρεσσαν σφαιρίγξιν, ἐσέρποντας ὃν καὶ τοῖν ὄφθαλμοιν, συδεινούμενοι διὰ τάτων ἀπώλυτων τὸ τῆς τύχης ἄστοιν. ἀπερινόλογον δὲ τὸν χειραδολόγον σφαιρίγξιν, ὃς ὅπερι λόγεον εἴ τοις κύματα πανταχούντες βελτίστεροι εἰσί, μοχθεῖσος αὐτοῦ πρέπει τὸν παντάντα πιστεύειν τον τυφλον: καὶ τὸν αὐτὸν οἶνος τροπονικὸν τὸν βίον μετέχειν ταναγρίας οἵτινες πολλοὺς οἰκους γεγονοῦσιν, ἢ τοις τὰ σκέπαι τοῦ Θάλατταν, ἐκ ὄρθρας γεγονόποντος εἰσὶν, ὅπερι πεπεινέσσι ταναγράταις πραγμάτων τοφλῇ μετέμονται ἀντὶ βενζίων ιησουγιανίην ἐμπλακεῖσι τε γόνοις καὶ

αῖνεσθε τοστόν, ὃς πολλάκις τοὺς ἀξιωμάτους αἴρεται  
παρερχομένη, πλουτίζειν τοὺς αναξέτες, οἰδὲ τούτος βε-  
βίας, ἀλλ' οὐτι πάλιν ἔτος ἀφαιρεῖται τὰ δ. θεῖα.  
ταῦτη τῇ πείμανι πλῆθος αἰρετῶν ἀγαθῶν οὐκ ἐλίξει  
ἔπειτα, μικρὸν πολὺ ἐπὶ τῷ ἀυτῷ μηδέση σιὰ τὸ τέλος  
δύματακύλιστον τὸν τὸν τέλον ἡγείρει καὶ καὶ κρηπι-  
νῶν σίσιτε καὶ θεατήν τοῦτο συμπλοκῶν μηδὲν ἀλλά-  
λοις, ἐπόμην. οἱ πάτερες αὐτῷ μηδὲν διλαβεῖσθαι διεξ-  
έρχεται, μετατρέπεται ἐν οὐρανῷ, ἀντὶ τοῦ κατοικούσου  
αὐτοῦ τοῦτο, οὐτὶ δέδειν ὅτελος. τὰ μέρη δὲ τούτων ἔργα τοιαῦτα  
τὸ διέργοντο, ἀπελόγην μηδὲντα δέσποτα, ἔργα τοῦτο τέχ-  
νης ἀπόσπους, θεάσαι πάλιν ὅπως ἐξ ἀπομαρτίας τούτων  
κακοσμήσοις οἱ γράσσωντες τε καὶ πλάνην π. νεαρίσκος  
τούτων φύσεος, οὐκ εἰκόνητον δέδειν κομματικὸν ἔχει καλλος,  
ἀλλὰ διάτονος σύνειφταινεῖται τοῦτο τὸ χρῆστον διέ-  
δειντος εἰσὶ τοῦ φαντασίας μηδὲν τὰς φύσεις διέδειν, καὶ  
τὸ βάσιον τὸ πάτερον φυμάτων εἰδραιότατον τε καὶ ἀμετα-  
πλωτότατον ἔχει, τούτον δοθεῖται καὶ αὐτὸν τὸ διέδειν  
τόπον τῷ χρήστῳ κοσμεῖσθαι. id est διέδειν τοῦτο διαχοέτας  
αὖτις, φαντάσεις μηδὲν δύονται τῷ καθηκοντινῷ φύσει διέδειν, μεμο-  
ρμένες τὸ διέδειπον αὐτὸν, δέσποτε οἱ τοῦτο τούτων, οὐδὲ διπο-  
λειπομένες πότε, δέδειν χωρίζομένες, ἀλλὰ ἐπομένει τε  
καὶ διαπαντός δύονται τοῦτο τὸν περισσοτάτον αὖτις. id est,  
Cum veteres declarare vellent fortunę improbitatem,  
non satis habuerunt eā pingendo fingendoque spe-  
cie muliebri representare ( quod tamen erat magnū  
amentū signum ) sed & fecerūt, ut manibus clavum  
prehensum teneret, pedibus autem sedem globosam  
supposuerūt : adhuc eam priuarunt oculis : iisque  
omnibus fortunae instabilitatem designarunt. At  
verò quemadmodum, cum nauis admodū fluctuat,  
ita ut procellis vndeque agitata parū abest quin pe-  
nitentetur, improbe certe ille praeceps omnino fe-  
cerit, si cæco gubernatori clavum commiserit : ita  
cūm longe plura naufragia eaque grauiora multis  
in familiis quam in mari accidant, profecto amens  
ille

ille fuerit qui in eiusmodi casibus seipsum fortunæ, cæcæ Deæ commiserit. ea enim nullam habet firmatatem & constantiam. stolida nimirum & expers mentis est; quæ sæpenumero viros honore dignos, & quorum magna est habenda ratio, prætermittat: locupletet autem indignos: neque hoc quidem constanti aliquo modo, nam & quæ dederit, postea interdum adimit. Hanc autem Deam imperitorum hominum multitudo consecatur, nunquam in eodem manetem loco, eo quod basis cui insidet, sit maxime volubilis, quam ob causam fertur in loca quædam abrupta & præcipitia, interdum etiam in mare de truditur, in quo vna omnes obruuntur qui eam sequuti sunt: Ipsa verò damni expers elabitur, interaque securè ridet eos qui cōquerantur, & à quibus inuocatur: cùm tamen ea tanquā surda nihil auxilijs eis præstet. Et quidem fortunæ facta eiusmodi sunt. Nunc verò contemplate, quæ so, Mercurium sermonis dominum, omnisque disciplinæ opificem, quem contrario prouersus modo exornarunt pictores & statores. Iuuenis est & formosus, formam habens non accersitam neque fuso illitam; sed statim ubi apparet, ea quidem forma, virtus animi elucescit: hilatatem oculis præ se fert: acutè intuetur: eius autem sedes, cubus est, omnium figurarum maxime stabilis, permultumque à casu aliena. Hac etiam figura Deum hunc interdum ornant, ut possis intueri eos à quibus colitur, hilari esse vultu, sicuti & dux ipse Deus: cui nunquam succenseant, ut sunt qui fortunam accusant, cùm se relictos à tergo contemptosque sentiunt. Qui enim eum consequuntur, per omne vitæ tēpus eius prouidentia singulari perfruuntur.

In quatuor anni tempora. 190

Idipsum ait Seneca in Epistol. ad Lucill. Nullius

rei finis est, sed in orbem nexa sunt omnia, fugiunt atque sequuntur. Diem nox premit, dies in noctem: æstas in Autumnum desinit: Autumno hyems instat, quæ Vete compescitur: omnia transeunt ut reuergantur.

### Quæ supra nos, nihil ad nos. 102

Huc referenda disputatio nobilis Socratica ex Xenoph. 1. Comment. initio ferè, & quæ Laetant. in 2. cap. 9. diuin. institut. colligit.

### In Astrologos. 103

Ad finem penè 4. commentar. Xenophon. id sub persona Socratis eleganter & copiosè disputat: quo spectant Laetantiana ex cap. 3. lib. 3.

### Potentissimus affectus amor. 105

Plutarch. in Amatorio: ὅρῳ ἡμῶν ἀρπητὸς μὴ εἰς τὸν αἰδοπατέρων ἔλκοντες τὴν ἐργατικήν πόσην δι' εἰς τὸν γυναικούτων, οὐτε τρόφους, οὐ τελετῶν, αὐθόν, οὐ θεάνταρχον οὐτε τηλεκατέλιν διώνυσον ἐγενέτη, ληπτὸν τὸ φάντασμα, οὐτε λεπροῦν οὐτε λαύρεν αὐτῷ πανταχόθεν, καὶ νοσέσιν τὸν τούτον ἀνεξανθίζοντας στρυμωθεῖσιν. id est, Non sum ductus admiratione à quibusdam yestrūm in conclavia virorum, ab aliis in gynæcum trahi amorem, ingens ac diuinum bonum: quandoquidem tanta sit vis, & tantus honor amori exhibitus, ut à quibus omnino expelli debuerat, & opprimi, ab iisdem amplificetur & prædicetur.

### Avtēρως, amor virtutis, alium 110

Cupidinem superans.

*Ut quæ aliis fecit, patiatur)* Adducitur idem à Stuida: εἴτε πάθει τάκτη ἐψέξε, οὐκοῦ δὲ οὐδεία γένοντο. id est, Si quis patiatur quæ aliis fecerit, iusta pena fuerit. & apud Pindari scholiasten 4. Pyth. οἴα τ' ἀνηρ ἐψέξε,

τοῖον τέλος ἡντὸν ἵναρι. alicubi & apud Pausaniam:  
Iisdem artib. capietur ille, quibus usus est, ταῦς δὲ ἀν-  
τίστηχιστιν ἀλάστατη, αἵστερ οὐδὲν ἔπειρεν.

## Dulcia quandoque amara fieri.

Nescio quo casu prætermiserim statim initio  
ascribere Græcorum scriptorum Epigrammata, ex  
quibus hoc Alciati Emblema confitū esse constat.  
Sed Antipatri primum eiusmodi est,

τὸ βρέφος ἐρυθράκτη σιεχόσαδε μέλισσαι,  
(φῦ κύνες) ἐρπυτσιώ, κηρίστη μαίμυρον.  
πολλάμι σὶ εἴξιμέσων θετη μέρον ὠλέσσατ', αἴ τι,  
κέντρος οἱ σὶ ὁφίσων φωλεῖ μεμφόμεθα.  
πείθεο λυσιδίνη καὶ ἀσινγόρε, μηδὲ μελίσσας  
αἰνῶν κακείναις πικρὸν ἔρεστι μέλι.

Bianori vero sic:

καθεργη δόποπλανίσια θημάζιον ἐρυθράκτη,  
φῦ βρέφος οὐς ἀδίκως εἴλετε βαγχύνεες.  
ηγούοιστον οἱ δέλλαος εἰς ὑμέας οἷσι μελίσσας  
εἰδθῶν, αἴ τι εἴχεαν ἢ τε χερεύτεραι.  
ἀγτὶ δὲ οἱ δοίμις ἐσεμάζατε φοίνια κέντρα,  
ῳ πικραὶ γλυκερῆς αἰτίπαλαι χάρετος.

Nos vtcunque ita reddidimus:

Repentem per humum tenerum Hermonacta, legentem

Dulcia mella (nefas heu) pupugisti apes.

Reddidit enectum sic vester aculeus, ah ah,

Serpentes nequeant ut nocuisse magis.

I, age, Lysidica patri, Amyntori dicio matri:

Improbæ apes, melli cum sit amarities. Alterum sic:

Errantem in triuio, mollem Hermonacta puellum

In iustè nimium corripuitis apes.

Vipera quam sit atrox petores, venit ubi ad vos

Nescius, infelix esse putabat apes.

At pro melle graues stimulum pungendo cruentum

Liquisti: sic sic gratia dulcis abit.

In Amoris statuam. 113

Refer hoc ad illustrationē Eidyllion Theocriti 21.

## Sirenes. 115

De Sirenum fabula, vide quid sentiat post Platonem Plutarchus Sympos. 9. quæst. 14.

*Scilicet est doddū) Carmē Theocriti est ex Eidyllio 9.  
δύτ' ἔσθιας, γλυκὺ τερεψη, δύτε μελίσσαις  
αὐθέα, σασον ἐμὲν μῶσαι φίλαις οὓς γδ ἐριώπη,  
γαθεῖσιν, τὰς δὲ την ποτὴν δειλήσσατο κίρρω.*

## In occasionem. 121

Pindarus Pyth. 9.

— ὁ δὲ καὶ σφές, ὅμοίως  
παντὸς ἔχει καρυφάν.

Occasio similiter totius negotij perfectionem in se habet.

## Semper præsto esse infortunia. 129

Huc forte non incommodè transferes illud Demosth. *απειδαίων εἰν αὐτόπων, οἷας βελτίστη τῇ παράστη τὸ χρῆστον, τὸ τε πλεῖστον απειδαίων τῷ συνθρεπεῖν εχεῖν· οὐδὲν γδ δύτε φυλαποιησόμενος οὐτω δεῖνος ὡς ἡ φύλακη τοῦ διπλοῦ, ἀπειδαίων τον παθεῖν.* id est, Proborum hominum officium est, cum fortuna utuntur maximè prospera, tum summum habere modestię studium. Neque enim quicquam tam formidabile, quin vigilantia præcaueri, neque ullum malum est quin oscitantibus euenire possit.

Remedia in arduo, mala 130  
in prono esse.

Cornel. Tacitus in vita Iulij Agricolæ, socii suis Natura infirmitatis humanæ, inquit, tardiora sunt remedia, quam mala; & ut corpora lente augescunt,

citid

citò extinguntur: sic ingenia studiaque facilius oppresseris, quam reuocaueris.

### Ex arduis perpetuum nomen. 151

Pindar. Olymp. 5.

αἱ ἀμφ' ἀρεταῖς τόνος διατά -  
νατε περιπαταῖ, περὸς  
ἴργονται καὶ κελυμέθη. id est,  
circa virtutes labor sumptusque perpetuo implican-  
tur, ut opus difficultate obiectum assequare. Sed  
propius apud Plutarch. Bacchylides: περὶ γδὲ καθητε  
σχήματα.

### Imparilitas. 159

Sic de seipso Pindar. in Bacchylidem Olymp. 1.

— σοῦς ἐπολ-

λὲ εἰδῆς φυὲ.  
μαθίστες δὲ λάβετε  
παρθενῶν αὐτούσιν οὐκ  
ἀρεταῖ γαρ φύετον

διὸς περὸς ὄπις χαρτίον. id est,

Sapiens multarum rerum gnarus est natura: at dif-  
fentes procaces inepta loquacitate corui imperfecte  
admodum garriunt, aduersum diuinum Iouis alite.

### Albutij ad Alciatum, &c. 142

Fert folium lingue) Plutarch. commentatio de Iside  
& Oslride, perficam arborei Isidi consecratam fuisse  
scribit, quod lingua folium habeat fructum cordi  
similem. Eius haec verba sunt: οἵδι μὲν ἐν αἰγαλῷ  
οὐτοῦ μάλιστα τῇ θεῷ καθιερέψαται λέγουσι τῶι περσέωι,  
ὅτι καρδία μὲν ὁ καρδίας ἀντίς, γλώττῃ δὲ τὸ φύλλον ἔστι-  
κεν οὐδὲν γδὲ ὃν αἱ θρυσπος ἔχει πεφυκε, θειότερον λόγου,  
καὶ μάλιστα τῷ τοῖν, οὐδὲ μείζονα φοτίων ἔχει πεθε-  
δεις οὐδειναν. Μὴ τοῦ μέρη εἰς τὸ χειστέον εἰπαῦθε κα-  
πνον παρεργάματι, οὐτα φεγγεῖν, διῆχημε λέγειν. De

stirpibus Ægyptiis maximè consecratam Deæ aiunt perseam: quod eius fructus cordis, foliū linguę speciem referat. Nam eorum quæ in hominem cadere possunt, nihil diuinius est oratione, præcipue verò de Diis: neque illa res alia maius ad felicitatem affer momentum. Itaque hinc præcipitur ei qui sit oraculum additurus, ut sancte pieque sentiat, & modestè loquatur.

### Princeps subditorum incolumentem procurans. 147

Xenophon. 3. Λεπτομηνον. vbi facit Socratem disputationem cum Dionysiodoro: Quam ob causam, inquit, Homerus appellat Agamenonem ποιμένα λαῶν, nisi quod ut pastor suarū oviū curam habere debet, quo habeant quæ sunt ad victimum necessaria; sic etiam principem curare est necesse, quæ populo expediant? Non enim tātū laudatur Agamenon ut πρετερὸς αἰχματῆς, sed maximè ut βασιλεὺς ἀγαθὸς qui non se modò bene regeret, sed etiam suis felicitatis causa esset. καὶ γὰρ βασιλεὺς αἱρεῖται, τὸ χίτωνα τὸ κελῶν δημιουροῦ, ἀλλ᾽ ἵνα καὶ οὐκόμηρος διὰ τοτοῦ, διὰ πράτησι. Rex non eligitur ut sui curam habeat, sed ut per ipsum qui eum elegerunt, in felicitate viuant.

### Salus publica. 149

Æsculapius medicorū præses. Plutarch. Symp. 9. quæst. 10. Ne quid dissimulem, aut quenquam vel merita laude fraudari patiar, eruditè hoc emblema declarauit Constantius Landus, in Antiochi Sotetis numismate, cuius inscriptio erat S A L V S. id est θύεσα.

### De morte & amore. 154

Ioachimus Bellaius in suis Latinis poëmatis id figmen.

figmentum æmulatus est non illepidè, cuius epigramma non piget ascribere:

*Mutarunt arma inter se Mors atque Cupido;*

*Hic falcem gestat, gestat at illa facem.*

*Afficit hæc animum: corpus sed conficit ille:*

*Sic moritur iuuenis, sic moribundus amat.*

*Ut sicut hic iugulos, oculos excacat & illa:*

*Illa ut amare docet, sic iubet iste mort.*

*Disce hinc, humana quæ sint ludibria vita:*

*Mors thalamum sternit, sternit amor tumulum.*

*Tu quoque disci tuas, Natura, inuertere leges:*

*Si percunt iuuenes, depereuntque senes.*

### Terminus. 157

*Est immota dies, &c.)* Seneca epist. Vnus dies de omnibus fert sententiam. & Plin. hist. natur. 7. cap. 40. Ita est profectò, alius de alio iudicat dies, & tamen supremus de omnibus. Quid enim huc aggeram illud Pind. Olymp.

*ἀνέρεις οὐδὲ οὐδέλλογος*

*μάρτυρες σοφότατοι.*

dies posteriores, testes sapientissimi.

### Amicitia etiam post mortem durans. 159

Virgil. in obitum Mæcenatis:

*Et decet, & certè viuam tibi semper amicus,*

*Nec tibi qui moritur, desinit esse tuus.*

*Ipsè ego quicquid ero, cineres interque fauillas*

*Tunc quoque non potero non memor esse tui.*

*ἐχθρῶν αἰσθαπε δῶρα.* 167.

Plautus in Milite:

*In mala uxore, atque inimico, si quid sumas, sumptus est;*

*In bono hospite atque amico quartus est quod sumitur.*

## A minimis quoque timendum. 1678

Ἐχει δὲ μέτα σπλαντα, οὐδεὶς δέ μέρους χέλος, ut est  
in adagio, yetere. Sed & Pindar. Isth. 4.

Ἄγαρος γάρ διδοῦ τέλος,  
καὶ κρίσας εἰσελθεῖσα  
ἔσφατε, τέχνα τεταύρησε. id est,  
alia aliis fortuna impartit, & meliora interdum de-  
terioribus hominibus, fraude circunueniens.

## Obnoxia infirmitas. 1679

Huc refer historiam quae est in vita Hyperidis  
rhetoris apud Plutarch.

## Insani gladius. 175

Commodè hoc referes quæ de impatiētia & vin-  
dictæ appetitione docte Lactantius disputat in 6.  
cap. 18.

Doctos doctis obloqui  
nefas esse. 179

Permultūm illustrabit hoc Emblema quæstio. 7.  
Sympos. 8. Plutarchi, quæ est de nota seu symbolo  
Pythagorico, quo hirundinem hospitam recipi ve-  
tabat. Carnem depasci solet hirundo, inquit, vena-  
turque sacras illas Musis canoras cicadas: συρκασόρες  
γάρ δέντε χαλιδῶν, καὶ μάλιστα τοὺς τεττήγας ἵερες καὶ  
μουσικοὺς ἔντες δόπον λίννος ἢ σιτεῖται. vide reliqua.

Eloquentia fortitudine  
præstantior. 180

Seruius grammaticus in 6. Aeneid. ad id carmen:  
Tartarum ille manu custodem in vincula petuit,  
At Herculem à prudentioribus mente magis quam  
corpo

corpore fortē inductū , adeō vi duodecim eius  
labores ad aliquid referendi sint , &c.

## Antiquissima quæque 182 commentitia.

Pontici Heraclidis locum ex interpretatione Gefneri apponam , ne studiosos nostra paraphrasi remoremur. Narratur postea nultiformis , in quascunque res voluisse , Protei mutatio: quæ omnia poëticæ & monstruosæ fabulae videntur , nisi quis diuina Homeri mysteria , veluti sacra , mente cœlesti tractet . Etenim hac fabula primigeniam vniuersi originem constituit , qua omnes mundi partes confirmatae , illam , quam nunc videmus , speciem effecerunt . Erat enim olim mundus informis & cœnosus , nondum discretis terum notis integritatē suæ formæ adeptus . Nam neque dum tellus centrum suum pro fundamento rerum omnium stabilierat , neque cœli perpetuus motus certa sede voluebatur : sed omnia sine solis vsu immota , tristique silentio depresso languebant : aliud extabat nihil , quām informis diffusæ materiæ segnities , antequam principium illud , à quo producta & constituta sunt omnia , salubrem vitæ modum depromens , mundum mundo redderet , cœlumque à terra , & pelagus à continente distingueret : quo tempore primum elementa quatuor , ex quibus seu radice ac generis principio nihil non dignitur , ordinē suum & formam propriam acceperunt . Hæc igitur cum diuina prouidentia disposita sint , numen illud quod informem prius indiscretamque materiam certis formis obsignauit , ab Homeri Protei filia Eidothea nominatur , idque meritò , ut quæ eis se inquit dicitur , hoc est idea seu formæ cuiusvis inspectionem exhibuerit . Quocirca Proteus , qui una prius natura fuerat , in multas deinde species à prouidentia formatus diuiditur .

Princi-

*Principio est visus speciem subiisse leonis,  
Mox aper, inde draco fieri, fera pardalis inde.  
In latices etiam se vertit, & arbore formam  
Mutauit priscam ramis ac frondibus alta.*

Per leoneni animal igneum ætherem indicat: draco tellus est, utpote indigena & è terra natus. Arbor autem quævis cùm augeatur, & à terra semper in sublime natuuo motu feratur, symbolum aëris est. Aquam verò vt clariùs ænigmatis vim demonstraret, suo nomine manifestò vocat, inquiens,

*In latices etiam se vertit.*

proinde conuenit informem materiam Proteum appellari, Eidotheam verò prouidentiam, quæ singularis formam effigiemque suam addidit, & uniuersam molem ab utrisque discretam in continuas sibi, & perficientes mundum partes diuisam esse. Probabiliter verò & insulam, in qua hæc facta sunt, Pharum appellauit. Nam φέρω generare significat: & Callimachus sterilem terram, ἀφέροτος οἰνογυανή, id est, ceu mulier sterilis. Itaque naturaliter locum parentem rerum omnium, nuncupauit Pharum, per vocis etymologiam à fecunditate ductam, quid sibi vellet insinuans. Hęc Heraclid. Pontic.

## Musicam diis curæ esse. 184

Ad illustrationem huius Emblem. cōduxerit fortasse legere Plutarchi tractatum de animæ procreatione. Sed vide num huc conciliare possis Strabonis illud ex lib. 10. δέ μὴ γέ εἴρηται τὸ τέτοιο τοὺς ἀνδράτες μάλιστα μημεῖδες τοὺς θεοὺς ἔτειν διεργετασίν ἀμείνον δέν λέγοι τις, ὅταν διδαιμοῖσοι τοιότον δέ τὸ χαίρειν, καὶ τὸ εορτάζειν, καὶ τὸ φιλοσοφεῖν, καὶ μουσικῆς ἀπλετεῖν. Rectè quidem dictū est, mortales tum maximē Deos imitari, quando benefici sunt. rectius verò quis dixerit, cùm

cum beati fuerint, quod ipsum est gaudere, festos  
dies agere & philosophari.

### Litera occidit, spiritus viuiscat. 185

Allusit Plutarch. ad fabulam Cadmi, qua dicitur  
serpentis dentes proeminentes, initio disputationis.  
Cur oracula dare Pythia desierit.

### Dicta septem sapientum. 186

*Nescere se Chiloni*) Sententiam hanc tribuit Aesopo  
Plutarch. ad finem Symposij sept. sapientum.

*Ne præs esto*) Clemens Alexandrin. 6. Stromat.  
sponsonem esse noxæ filiam dicit, sponsonem vero  
multæ. οὐδὲ ἀτας Συνέπεια, οὐδὲ τοῦ ζωμίας.

### Submouendam ignorantiam. 187

Oraculum id γνῶσι σκυτὸν Plutarch. explicat  
commentario de discrimine adulatoris & amici:  
quo loco ait, Deum sequi, & seipsum nosse, salu-  
tis esse summam. At quia hic Sphinx adhibe-  
tur pro typo ignorationis, id certè primūm vi-  
detur esse tractum ex tabula Cebetis Thebani: cu-  
jus ipsissima verba hoc traduco ad maiorem fidem:  
ἴστη δὲ ἐγίνοται εὐκοία τῷ τοῖς σοφιστοῖς αντίμαχοι, οἱ δὲ οἱ  
ορθούσαλλοτοι τοῖς αἰδρόποιοι. εἰ μὴ δὲ οὐ τὸ σωμάτιον τοις  
ἐπάγετο εἰ δὲ μὴ σωμάτιον, δοτόντω τοῖς τοῖς σοφιστοῖς. ὁταν-  
ποτε δὲ καὶ διατί τοις ἐγίνοσσαν ταῦτα. οὐδὲ ἀφερούσιν τοῖς  
αἰδρόποιοι σοφοῖς οὐδὲν. αὐτοὶ δέ τοις τοῖς τοῖς σοφιστοῖς  
κακοῖ, τοῖς δὲ ἀγαθοῖς, τοῖς δὲ κακοῖς οὐδὲν. οὐδὲ τοῖς τοῖς τοῖς  
οὐδὲ τοῖς μὴ τοῖς σωμάτιον, δοτόντω τοῖς τοῖς τοῖς τοῖς  
ἀποτελεσθεντοῖς σοφιστοῖς καταβοσφόροις απειθησοντο, οὐδὲ  
κατεταχθεῖσιν τοῖς τοῖς τοῖς τοῖς τοῖς τοῖς τοῖς τοῖς τοῖς  
πικροῖς παρεστιθέμενοι. αὐτοὶ δέ τοις τοῖς τοῖς τοῖς  
ἀφερούσιν δοτόντω τοῖς τοῖς τοῖς τοῖς τοῖς τοῖς τοῖς τοῖς τοῖς  
ματαιώματοις τοῖς τοῖς

sitio eius ænigmatis, quod à Sphinge proponebatur hominibus: Qui enim illud intellexerat, salutē quidem consequebatur: qui verò minime, in exitium incidebat. Eo modo se habet ea explicatio. Sphinx enim est hominibus insipientia. Hæc autem proponit quid bonum; quid malum; quid neque bonum, quid neque malum sit in vita. Quæ si quis minus intellexerit, ab eo interimitur. neque id semel, sicut is qui depastus à Sphinge moriebatur, sed per omnē vitam paulatim absūmetur, ut qui perpetuis suppliis addicti sunt, contrà verò si quis agnouerit, occisa tandem insipientia, salutem ipse consequitur, & beatus & felix per totum vitę curriculum euadit. Hæc ille. Cæterū præter alios Xenophon sub Socratis persona sententiam Delphicam perbellè declarat 4. Commentar.

## Diues indoctus. 189

Eiusdem Xenophontis locus ex eo libro quem proximè cito, satis esse potest ad id explicandum: nempe ὅτι ἀρδεποι δέ οἱ δῆμοι, καὶ πλησίου. Porrò velleris aurei epimythion plurimi referunt ex Suida potissimum, explicantque, ut iam admonui de arte quam χρυσίας Græci appellant. Alij verò malunt hoc intelligi magnam auri vim, quæ apud Colchos esset, à principibus quibusdam virtus congregata. At verò Colchica regio propter vicinitatem Caucasi montis, auro abundabat, vel teste Strabone, qui scribit multos fontes, ex Caucaso manare scaturientes arena aurea, tam tenui, ut oculorum aciem effugiat, eamque colligi ab incolis, pellibus quibusdam lanosis in aquam iniectis. Hinc enim suspicari possumus locum esse fabulæ datum: pelles enim, subsidente in iis arena, speciem aurei velleris præferunt. Locum Scrabonis ex 10. lib. huc transferte

non

non pingeat. παρεπέντες ἐλίγεται καὶ χρυσὸν χρησταρέ-  
πει τοις ξειράσι, ταῦθενδι δὲ αὐτὸν τοὺς βαρύτερας  
φάτνιαν κατατετέμνουσι, καὶ μελλοτάταις διωργεῖς εἰς τὸν  
μεμυνθεόδι καὶ τὸ χρυσόνυχον δέρεις.

### Pietas filiorum in parentes. 194

Platonis non male quadrabit oraculum hoc loco:  
sic enim 11. leg. Cuius pater matrue, aut horum  
parentes senio confecti quasi thesaurus aliquis, do-  
mi iacent, is putet nunquam aliud sibi tale simula-  
chrum vel magis efficax domi affuturum, si recte,  
ut decet, ab eo colatur. Id est, πατὴρ οὐδὲ οὔτε καὶ μή-  
τηρ, ἡ τέτων πατέρες οὐκέτεπες, τὸ οἰκιακέστερον κειμένον,  
ἀπειπούσες γέρα μετεῖς διαροῦσάτω πολὺ ἀγαλμα  
ἀντὶ τούτου ἐφίστω ὅπουτε εὐεξία ἔχεις μᾶλλον κα-  
ρεοῦσται, εἰὰν δὲ καὶ πρόπτορα γε ὕπτιος αὐτῷ δεργαπέντε  
οἱ κενταύροις.

### Hedera. 204

Plutarchrum consule Sympos. 3. probl. 2.

### Malus medica. 205

De amore γλυκυστίκῃ, idem Plutarch. 5. Sym-  
pos. probl. 7.

## CHRISTOPH. PLANTINVS

CL. MINORI SVO.

QVOD Alciatus tuus, duntius quidem quam volebam, apud me tanquam captivus, serius vero quam sperabas, iam tandem ad te redeat: id tribus velim vanis occupationibus, que me hactenus grauiora molientem, ut mihi testes esse possint & qui retum assimilatores, adeo oppresserunt, ut id quod satis optabam, prestare minime possem. Non semel enim dolui tuas lucubrationes tandem, id est totum triennium, ex quo meae fidei illas commiseras, a me supprimi, non sine magno Reip. literariae incommodo ac meo, quippe qui ex iis & utilitatem, & voluptatem non exiguam, expectabam. Venerum facile mihi persuadore, quem ab humanitate minime esse alienum cognosco, quidquid tedi & molestiae ex illa mora ortum est, animo excusurū tuo, ubi ipsum Alciatum tuis doctissimis conmentationibus illustratū, alio colore, quam cum ad me veniret, excultū prodire perspiceris. in quo maxime conatus sum, ut illi quoddā immortalis glorie, quam tui labores optimo iure postulant, meis typis cōsignatum esset monumentū. Hac igitur, absoluto opusculo, tibi declarare volui, ut quam propensus sit erga omnes literatos, in quoruū numero non posteriores tenes, animus meus, intelligas; atque etiā, quod serius tibi satisfecerim, subueretur me in gratiam tuam reponas. quod si abs te, ut spero, impetravero, me ad te ruique simillimos, id est viros doctos & candidos, colendos alacriorē reddideris. Vale. Antwerpia Postriid. Iduum Septemb. M. D. LXXIIII.

# EMBLEMATVM INDEX

## IN LOCOS COMMUNES

ad studiorum commoditatem  
digestorum.

Numerus, Emblematum ordinem significat.

<b>I</b> nsignia ducatus Medio- lanensis.	1	P <small>ro</small> p <small>ri</small> a <i>l</i> ia; l <small>et</small> er <small>a</small> s, &c.	17
Mediolanum.	2	Prudentes.	18
Nunquā procastinādū.	3	Prudens magis quam lo- quax.	19
D <small>omi</small> n <small>ic</small> u <small>s</small> E <small>ius</small> siue R <small>eli</small> gio.		Maturandum.	20
In Deo lætandum.	4	In deprehensum.	21
Sapientia humana, stultitia est apud Deum.	5	Custodiendas virgines.	22
Ficta religio.	6	Vino prudētiā augeri.	23
Non tibi sed religioni.	7	Prudentes vino abstinent.	24
Quā Dij vocāt, eundum.	8	In statuam Bacchi.	25
<b>VIRTVTES.</b>		Gramen.	26
<b>FIDES.</b>		<b>IVSTITIA.</b>	
Fidei symbolum.	9	Nec verbo nec facto quen- quam lædendum.	27
Fœdera.	10	Tandem tādem iustitia ob- tinet.	28
Silentium.	11	Etiam ferocissimos doma- ri.	29
Non vulganda consilia.	12	Gratiā referendam.	30
Ne quāstionī quidem ce- dendum.	13	Abstinentia à muneribus capiundis.	31
<b>PRUDENTIA.</b>		Bonis à diuitiis nihil ti- mendum.	32
Consilio & virtute Chimē- ram superari, id est, for- tiores & deceptores.	14	<b>FORTITUDO.</b>	
Vigilantia & custodia.	15	Signa fortium.	33
N <small>on</small> p <small>ro</small> p <small>ri</small> a <i>l</i> ia, n <small>on</small> p <small>ro</small> p <small>ri</small> a <i>l</i> ia, &c.	16	ἀνέχεις καὶ ἀπέχεις.	34
		*	In

## INDEX.

<b>In adulari nescientem.</b>	35	Cuculi.	69
<b>Obdurandum aduersus vrgentia,</b>	36	Vespertilio.	61
<b>Omnia mea mecum porto.</b>	37	Aliud.	62
<b>C O N C O R D I A.</b>		Ira.	63
<b>Concordiae symbolum.</b>	38	In eum qui sibi ipsi damnū apparat.	64
<b>Concordia.</b>	39	Fatuitas.	65
<b>Cōcordia insuperabilis.</b>	40	Obliuio paupertatis pa-	
<b>Vnum nihil, duos plurimū posse.</b>	41	rens.	66
<b>Firmissima conuelli non posse.</b>	42	<b>S V P E R B I A.</b>	
<b>S P E S.</b>		Superbia.	67
<b>Spes proxima.</b>	43	Impudentia.	68
<b>In simulachrum Spei.</b>	44	οἰλαύνια.	69
<b>In dies meliora.</b>	45	Garrulitas.	70
<b>Illicitum non sperandū.</b>	46	Inuidia.	71
<b>Pudicitia.</b>	47	<b>L V X V R I A.</b>	
<b>V I T I A.</b>		Luxuria.	72
<b>P E R F I D I A.</b>		Luxuriosorum opes.	73
<b>In vistoriā dolo partam.</b>	48	Tumulus meretricis.	74
<b>In fraudulentos.</b>	49	In amatores meretricū.	75
<b>Dolus in suos.</b>	50	Cauendum à meretricibus.	
<b>Maledicentia.</b>	51	76	
<b>In receptatores sicutiorū.</b>	52	Amuletum Veneris.	77
<b>In adulatores.</b>	53	Inuiolabiles telo Cupidinis.	
<b>Ei qui semel sua prodegerit, aliena credi nō optere.</b>	54	78	
<b>S T V L T I T I A.</b>		Lasciuia.	79
<b>Temeritas.</b>	55	<b>D E S I D I A.</b>	
<b>In temetarios.</b>	56	Desidia.	80
<b>Furor &amp; rabies.</b>	57	Desidiam abiiciendam.	81
<b>In eos qui supra vites quicquam audent.</b>	58	In facile à virtute delcis cen-	
<b>Impossibile.</b>	59	-tes.	82
		Ignauia.	83
		<b>A V A R I T I A.</b>	
		Auaritia.	84
		In auaros.	85
		In aulicos.	86
		In	

I N D E X.

In sordidos.	87	aīlēgōc, id est, amor virtutis.	109		
In diuites publico malo.	88	aīrēgōc, amor virtutis aliū			
In auaros, vel quibus me-		Cupidinē superans.	110		
lior conditio ab extraneis		Dulcia quandoque amara			
offertur.	89	fieri.	111		
G V L A.					
Gula.	90	Ferè simile ex Theocrito.			
Ocni effigies.	91	112			
In parasitos.	92	In statuam Amoris.	113		
Paruam culinam duobus		In obliuionem patriæ.	114		
ganeonibus nō sufficere.		Sirenes.	115		
pag.	93	Senex puellam amans.	116		
Captiuus ob gulam.	94	In colores.	117		
In garrulū & gulosum.	95	F O R T V N A.			
Doctorum agnomina.	96	Virtuti fortuna comes.	118		
N A T V R A.					
Natura.	97	Fortuna virtutem superans			
Ars naturam adiuuans.	98	119			
In iuuentum.	99	Paupertatem summis ob-			
In quatuor anni tempora.	100	esse ingenii.	120		
A S T R O L O G I A.					
Scyphus Nestoris.	101	In occasionem.	121		
Quæ supra nos, nihil ad		In subitum terrorem.	122		
nos.	102	In illaudata laudantes.	123		
In astrologos.	103	In momentaneam felici-			
Qui alta contemplatur, ca-		tem.	124		
dere.	104	Ex damno alterius, alterius			
A M O R.					
Potentissimus affectus, a-		utilitas.	125		
mor.	105	Bonis auspiciis incipiendū,			
Potentia Amoris.	106	126			
Vis amoris.	107	Nihil reliqui.	127		
In studiosum captum amo-		Malè parta, male dilabun-			
re.	108	tur.	128		
R E M E D I A.					
Remedia in arduo, mala in		Semper prēsto esse infortu-			
prono.		nia.	129		
		Remedia in arduo, mala in			
		prono.	130		
		*	2		
		H O.			

## INDEX.

## HONOR.

- Ex arduis perpetuum nomen. 131  
 Ex litteratum studiis immortalitatē acquiri. 132  
 Tumulus Ioan. Galeacij. 133  
 Optimus ciuis. 134  
 Strenuorū immortale nomen. 135  
Nobiles & generosi. 136  
 Duodecim certamina Herculis. 137  
 In nothos. 138  
 Imparitas. 139  
 In desciscentes. 140  
 Æmulatio impar. 141  
 Albutij ad Alciatū, &c. 142

## PRINCEPS.

- Princeps subditorum incolumentatē procurans. 143  
 In senatum boni principis. 144  
 Consiliarij principum. 145  
 Opulentia tyranni, paupertas subiectorum. 146  
Quod non capit Christus, rapit fiscus. 147  
 Principis clementia. 148

## REPVBLICA.

- Salus publica. 149  
 Respublica liberata. 150

## VITA.

- In vitam humanam. 151  
Aere quandoque salutē redimendam. 152

## MORS.

- Cū laruis nō luctandū. 153  
 De morte & amore. 154  
 In formosam fato præceptā. 155

- In mortem præproperam. 156

- Terminus. 157  
 Opulentī hæreditas. 158

## AMICITIA.

- Amicitia etiam post mortem durans. 159

- Mutuum auxilium. 160  
 Auxilium nunquam deficiens. 161

- Gratiæ. 162

## HOSTILITAS.

- In detractores. 163  
 Inanis impetus. 164

- Aliquid mali propter vicenum malum. 165

- In eum qui truculentia suorum perierit. 166

- ἰχθύες ἀσθεάτες. 167  
 A minimis quoque timendum. 168

- Obnoxia infirmitas. 169  
 Vel post mortem formidolosi. 170

## VINDICTA.

- Iusta vindicta. 171  
 Iusta vltio. 172

- Parem delinquentis & suoris culpam esse. 173

- Alius peccat, alius plectitur. 174

Infansi

## INDEX.

<b>Insani gladius.</b>	175	Reuerentiā in matrimonio requiri.	191
<b>P A X.</b>			
<b>Pax.</b>	176	In fœcunditatem sibi ipsi damnosam	192
<b>Ex bello pax.</b>	177		
<b>Ex pace vberitas.</b>	178	Amor filiorum.	193
		Pietas filiorum in parentes.	
<b>S C I E N T I A.</b>			
<b>Dostos doctis obloqui ne- fas.</b>	179		194
<b>Eloquentia fortitudine pre- stantior.</b>	180	Mulieris famam , non for- mam vulgatā esse oport- tere.	195
<b>Facundia difficultis.</b>	181	In pudoris statuam.	196
<b>Antiquissima quæque com- mentitia.</b>	182	Nupta contagioso.	197
<b>I N S I G N I A</b>			
<b>Insignia poëtarum.</b>	183	<b>A R B O R E S.</b>	
<b>Musīcā Diis curæ esse.</b>	184	Cupressus.	198
<b>Littera occidit, spiritus viui- ficat.</b>	185	Quercus.	199
<b>Dicta septem Sapientum.</b>	186	Salix.	200
		Abies.	201
		Picea.	202
<b>I G N O R A N T I A.</b>		Cotonea.	203
<b>Submouendam ignorantia.</b>	187	Hedera.	204
		Iléx.	205
<b>Mentem, non formam plus pollere.</b>	188	Malus medica.	206
<b>Diues indoctus.</b>	189	Buxus.	207
		Amygdalus.	208
<b>M A T R I M O N I V M.</b>		Morus.	209
<b>In fidem vxoriam.</b>	190	Laurus.	210
		Populus alba.	211

INDEX RERVM ET  
VERBORVM LOCV-  
pletissimus in hæc Commen-  
taria Minois.

- A** Bdomen. 255 A fronte & à tergo. 87  
Abies apta fretis. 510 Agaménō ambitiosus. 176  
Abitemius. 99 Eius clypei symbolū. 179  
Abſtentia à muneribus  
capiundis. 121. 136 Æſculapius sub forma ſer-  
pentis cultus. 389  
Abſtentia officia. 129 Æſchylus bibax. 97  
Achillis ſcutum ad sepul-  
chrū Aiacis delatum. 113 Æthiopē dealbare. 181. 182  
De Achillis armis conten-  
tio. 113 Agentes & cōſentientes pa-  
ri pœna puniendi. 437  
Achillis arma male Vlyſſi  
adiudicata. 160. 4. 1 Agesilai cordatum confi-  
lium. 69. 70  
Achilles ut tractavit Hecto-  
ris cadaver. 396 Albutius jurisconsultus. 337  
Achillis ſepulchrum. 361 Alaudæ nidus. 109  
Æteon in ceruum muta-  
tus. 167 Albutij ad Alciatūm. 351  
Adonis ab apro interem-  
ptus. 214 Albus color. 172  
Adonis lactucæ folijs oc-  
cultatus. 224 Alcea, cauda leonis. 189  
Adore; quid. 497 Alce, fera septentrionalis. 44  
Adulatorum mores. 170. ALCIATI symbolū. 325  
540. 541 Epigramma in detrac-  
rem. 371  
Ægyptiorū ἵερογλυφικὰ. 29 in paedotribas. 316  
Æluri fœminæ falacitas. 229 Alciati laus in aliena pa-  
tria. 378  
Æneæ pietas. 496 eius Emblemata philolo-  
gis omnibus probata. 17  
Ænigmatum lex. 31. 54 Alciatæ gentis insignia. 44  
Affectus moderandi. 174 Alciat⁹ ius ciuile professus  
in Gallia. 42  
Alcibiades affentator. 171  
Al-

## INDEX.

- Alcimenes anceps. 279  
 Aiacis & Vlyssis conten-  
     tio. 114  
 Aiacis tumulus. 160  
 Ajax se interfecit. 441  
 Aleuadæ Thessalæ. 138  
**ALEXANDRÆ MAGNO**  
 acceptum emblema. 38  
 pellæus iuuenis. 38  
 eius mater Olympias. 39  
 filius Louis Ammonis 39  
 eius Apophthegma. 44  
 summa celeritas in bellis.  
     45  
 piratæ ad Alex. respon-  
     sum. 138  
 infatiabilis. 176  
 iræ deditus. 190  
 Alius peccat, alius plecti-  
     tur. 439  
 Amasis dis.  
 Amaltheæ cornu. 322  
 Amaranthus. 362  
 Amator, vt aries stolidum  
     animal. 216  
 amates buxo similes. 515  
 amates cur paleant. 515  
 Amatores metetricum. 216  
 Ambages. 118. 336.  
 Amor, affectus potentissi-  
     mus. 281. 348  
 Amor in géma sculpt⁹. 282  
 Amor, Ieonū domitor. Ibid.  
 Amoris potentia. 284  
 Amor, rosa similis. Ibid.  
 Amor, nudus, ridens, nullis
- atmis instructus. 185  
 Amori fax tributa. 285  
 Amoris vis. 286  
 Amor παρδαμάτης. Ibid.  
 Amor ignis. 287  
 Amore capt⁹ studiosus. 288  
 Amor sine arcu & telis. 292  
 Amores duo. Ibid.  
 Amoris honesti agalma.  
     292  
 Amoris fax. 293  
 Amoris cœlestis effecta. Ibid.  
 Amor turpis vt pellatur.  
     294  
 Amoris natura. 296  
 Amor γλυκύπικρος. 297  
 Amoris statua. 300. 301  
 Amor cur nudus. 303  
     puer. 304  
 inconstans. 304. phare-  
     tratus & sagittifer, alatus,  
     pennatus. 304  
     cæcus. 305 τύφλος κοχύ-  
     φλοποῦς, igneus. 306  
 Amoris scutum & symbo-  
     lum. 307  
 Amorem tribus rebus in-  
     duci. 312  
 Amoris antidotum. 314  
 Amor castus. 64  
 Amor laqueos vndique té-  
     dit. 93  
 Amor sui pessimus. 199.  
     200  
     in amando delectus &  
     consilium. 219

in Amorem turpe, amuletum.	226	Apollo & Bacchus cur ijsdem aris iuncti.	268
Amor ut inhiberi & sopiri possit.	227	Apum natura.	388
Amphisbænæ serpentes.	39	Aquilæ cognomen habuit Pyrrhus.	517
ārī ã̄n̄ps.	196	Aquila, aquum regina & Iouis ministra	50
Anas prodit anates.	164	fortitudinis nota.	116
Anchora delphino iūcta.	91	insigne Romanorū.	128
ārīχs καὶ ἀνίχs.	128. 37	Arbustum vnum non alit duos erythacos.	257
Angerona silentij Dea.	72	Ardeliones	237
Angli diuinatoris somniū.		Ardeola stellata.	239
Angustus Tauri -	277	Ariadne à Theseo relicta,	2
Anni quatuor tempora.	269. 547.	Baccho rapta.	103
ān̄p̄á̄n̄ḡ.	75	Aries, vir gregis.	218
ān̄p̄á̄p̄ȳia	119	Aripon citharædus.	249
Anguillas captare.	247	Aristides iustus.	178
in aqua turbida piscari.		Aristippus, aulicus philosphus.	144
	247	Aristotelis φιλοσοφία	205
Amygdalus.	516	ingratus in Platone.	191
Animi contéplatio quæ.	49	Ars naturam adiuuās.	266.
Animi amor Dijs grar⁹.	49	&	141
Animi puritas Deo grauissima	51	Ars sua cuiq; pro viat.	266
Animus non pendeat à fortuitis.	135	Aristomenes Meseniūs.	
Animus ut auriga.	174	folio	126. 127
Animi sedes	264	Archilochus poëta maledicu-	
M. Antonij facinus.	116	cus.	161
	118. 535	Afinus portas mystetia	19
pestis suæ patriæ.	535	Afinus quid in Hieroglyp-	
ār̄t̄ēḡos, amor virtutis.	291	60 62	
	293. 294. 548	Astrologi iudiciarij.	279
Antiochi Soteris strategema.	334	in Astrologos.	176
Apitius gulosus.	252	Astrologorum error & ex-	
		citas.	180
		Aua-	

I N D E X.

- |  |          |  |          |
|--|----------|--|----------|
| Auaritia.  | 240      | Bacchus cur iuuenis, tympanatus, cornutus, rubeus, igneus. | 103. 104 |
| Auarus, Tantalus.                                  | Ibid.    |  |          |
| Auari hominis inopia.                              |          |  |          |
| in Auaros.   | 242. 249 | Bacchi nuda simulachra cur.                                | 105      |
| Auaritia crudelis.                                 | 256      |  |          |
| Audentes quid supra vires.                         |          | Bacchus insitus femori patris quid.                        | 105      |
| folio.   | 179      |  |          |
| Aulicorum seruitus miseria.                        | 244      | Bacchus Nymphis coniungendus quid                          | 105      |
| & Dei hominū vituperatio.                          |          | Bacchi nutrices Nymphæ.                                    |          |
| folio.   | 54       | folio  | 105      |
| Athenæ doctæ.                                      | 55       | Bacchi mater Semele.                                       | 105.     |
| Athenæ sub Mineruæ tutela                          | 89       | &  | 106      |
| Atheniensium insigne, cicada                       | 263      | Bacchus Lyæus.   | 136      |
| Athenienses & utrōq; doves.                        | 363      | Bacchus & Apollo cōiuncti cur.                             | 268. 388 |
| &  | 463      | Bacchylides lyticus.                                       | 372      |
| Augustinus Niphus, senex philosophus amore captus. | 289      | Bacchus κατοδοσίας.  | 511      |
| Augusti Cæsaris dictū.                             | 1        | Bartholomæus Anulus, vir eruditus, Pictæ poeseos author.   | 22       |
| Arium industria naturalis                          | 109      | Battuades Callimach⁹.                                      | 246      |
| Aurata piscis.                                     | 429      | Bellerophon.   | 76       |
| Auxilium mutuum                                    | 108      | Belli comes festinatio.                                    | 45       |
| Auxilium nunquam deficiens.                        | 410      | Bella principum Christianorum quā peruersa.                | 340      |
|  | B        | Belli Trojani auguriū.                                     | 353      |
| Bacchus & Pallas eodem in altari.                  | 6. 98    | Bellorum suasores.   | 438      |
| Bacchus pater unde dictus.                         | 98. 133  | Ex bello pax.  | 445      |
| Bacchus Bromius dictus.                            | 101      | Bellum non facile suscipiendum.                            | 446      |
| Bacchi statua.                                     | 101. 102 | Bella quomodo suscipienda.                                 | 449      |
|  |          | Benevolentia ciuium firmissima custodia.                   | 69       |
|  |          | Bilis duplex.  | 190      |

## I N D E X.

- Biturigū insigne veruex. 41  
 In Biturigū Academia pro-  
 fessus est Alciatus. 42  
 Biturix Galliæ ciuitas. 42  
 Boni euētus simulachrum.  
     154  
 Bonis auspicijs incipiendū.  
     340  
 Bottus. 101.  
 Bromius Bacchus. 101  
 Βακχος καὶ δικαγος Bacchus  
     104  
 Boues Lucae.  
 Brutus & Cassius. 326  
Brutus seipsum occidit.  
     Ibid.  
 Buxus. 515
- C
- Cachinnus. 393  
 Cadmus dentes draconis,  
     vt seminarit. 472  
 Cæsar's interfectores. 226.  
     391  
 Cæsar occisus à Bruto 391  
 Cæsar imitatus Alexan-  
     drum. 45  
 Cæsar occisus in senatu. 117  
 Cæsar's Borgiaæ insolentia.  
     157  
 Ceuere verbū obscenū. 239  
 Calais & Zethes Argonau-  
     tæ. 124  
 Calchas augur præstantif-  
     simus. 353  
 Callimachus poeta. 245  
 Cancri fluuiales. 255
- Canis ad lunā allatras. 418  
 Capra lupi catulum lactas.  
     191  
 Capra refert scortum. 219  
 Capra Scyria. 373  
 Captatores capiuntur. 436  
 Carpere quam imitari faci-  
     lius. 418  
 Caput egregium, sed cere-  
     brum non habens. 484  
 Caroli Burgundie Ducis  
     factum. 176  
 Carolus Magnus ut factus  
     Augustus. 138  
 Carolo Quinto Imp. eius  
     symbolum, Ulterius. 156  
 Castor & Pollux. 149  
 Castor siue Fiber sibi testes  
     abscindit. 394  
 καιρος recaluator. 331  
 Cecrops Idololatriæ inuen-  
     tor. 53  
 Cecrops θεοντε cur dictus.  
     53.55  
 Cecrops Rex Atticæ. 54  
 Chærephō appellatus Ves-  
     pertilio & Noctua, cur. 184  
 Chamæleontis natura. 172.  
     541  
 Chimæra victa à Bellero-  
     phonte. 77  
 Chimæra quale monstру &  
     quid. 77  
 Choenici nō insidentū. 243  
 CHORADVS Peutinger  
     Augustan⁹, eiusq; laus. 33  
     Chi-

## INDEX.

<b>Chiton centaurus Achillis institutor.</b>	384	<b>Color viridis.</b>	191
<b>Cicada Athen. insigne.</b>	363	<b>albus.</b>	172
<b>Cicada garrula.</b>	417	<b>In colores.</b>	318
<b>Cicero philosophiæ &amp; amori simul operā se dare non posse dixit.</b>	289	<b>Color niger, albus, viridis, flavius, rubeus, purpureus, cæruleus, &amp;c.</b>	320
<b>Cicero sua emendare veritus non est.</b>	27	<b>Commentaria in Alciati emblemata scribendi, quod fuerit institutum &amp; consilium Minoi.</b>	13.14.&c.
<b>Cicero si qui dies ad rusticatum darentur, ad eotum numerū accommodabat quæ scribebat</b>	31.	<b>Concordiæ vis.</b>	68
<b>Cicero à M. Antonio interfectus</b>	116.117	<b>Concordia per lyram designabatur.</b>	69
<b>Princeps eloquentiæ.</b>	118	<b>Concordiam ut suasit Heraclitus.</b>	83
<b>Cicero φιλοσοφίας.</b>	205	<b>Concordiæ symbolū.</b>	137
<b>κόκκυζ.</b>	183	<b>Concordiam ciuium principes curare debet.</b>	Ibid.
<b>Ciconiæ nidus.</b>	119	<b>Concordia inuitata.</b>	142
<b>eius pietas.</b>	Ibid.	<b>Conscientiæ malæ tormenta.</b>	274
<b>Circe venefica.</b>	220	<b>Consilia non vulganda.</b>	72.
<b>Ciscas seu Zisca Boemus.</b>	430.432.	<b>526</b>	
<b>eius fabulæ quid signif.</b>	221	<b>Consilia cur occultanda in bellis.</b>	73
<b>Glauū clavo pellere.</b>	295	<b>Consilij sui conscientium nobebat esse aliquem Metellus.</b>	73
<b>Clitorij moribus homines.</b>	509	<b>Consilio &amp; virtute superari fortiores &amp; deceptores.</b>	76.527
<b>Clitorius fons.</b>	Ibid.	<b>Consilium cum viribus coniunctum.</b>	144
<b>Clypeus Myrrili.</b>	411	<b>Consultor res sacra.</b>	73
<b>Clytum interfecit Alexander iratus.</b>	190	<b>Corona ciuica.</b>	360
<b>Columba signum timidorum.</b>	128		
<b>Cæcus claudum humeris gestat.</b>	408		

Cor-

## IN D E X:

<b>Cornua</b> audaciam signifi-		Dei oraculum nemo fallit.
cant.	104	121
<b>Cor</b> ne edito.	211	Dei arcana non opus est
<b>Córnicum</b> concordia.	137	scrutari.
<b>Cornicis</b> vox cras, cras.	154	275
<b>Cornix</b> inauspicata.	215	In Deo lxtandum.
<b>Cornua</b> Amalhæx.	322	46. 123
<b>Coruus</b> à scorpione ictus.	435	Dij quā vocant, eundum.
<b>Corinthij</b> κοινωνίας.	234	folio
		62. 124
<b>Cotonea</b> iussa comedìa So-		Deus omnia, vel rectissima
lone, nouis nuptis.	510.	nouit.
	511	112
<b>Credulitas</b> fugienda.	81	Delphinus remoræ adiun-
<b>Cuculi.</b>	183	ctus quid.
<b>Cuculi</b> nomen quibus tri-		91
buendum.	183. 184	Delphinus hominum ama-
<b>Cucurbita</b> audacior ad pini		sius.
ramos.	337. 377	285. 280. 01
<b>Culina</b> parua duobus ga-		Delphinus anchoræ alliga-
neonibus nō sufficit.	216	tus.
<b>Culpa</b> reiecta in infantes.		380
	446	Delphinus marinis flucti-
<b>Cupido.</b> vide <b>Amor.</b>		bus obrutus 422. 426
<b>Cupressus</b> symbolum fu-		Demarati sapiens respon-
nerum.	106	sum.
eius symbolum.	Ibid.	71
<b>Cycnus</b> Phœbo sacer.	466	Democritus risor humanæ
	D	stultitiae.
<b>Damnum</b> præferendū tur-		392
pi lucro.	235	Deprehēsus interceptus est.
<b>Ex</b> damno alterius, alterius		
vrititas.	281. 287	Desidere in modio.
<b>Dædalus</b> , faber ingeniosissi-		233
simus.	73	Desidiam abijciendā.
		233
		Desidere.
		544
		Deucalion seruatus gruum
		beneficio.
		85
		Dextram coniungere, fidei
		symbolum.
		67. 140
		Dextram iungere
		140
		Dicta septē sapientū
		474
		Diligētia omnia perfici.
		45
		Diomedes & Vlysses con-
		iuncti quid.
		144
		Dione Veneris mater.
		67
		Diony-

Dionysius nepos & gulosus.	252	Emblematō Alciati laus. 17
Dipsas serpens.	281	Emblematō dignitas 18.
Discordia Dea.	139	23.24
Diuites publico malo.	146	Emblematum quorundam
Diues indoctus.	486.558	primi interpretes. 20.21
Diues aut iniquus, aut ini-		Emblemata qui scrip-
qui hæres.	346	rint. 24
Doctos doctis obloqui ne-		Emblemata cur inuēta. 30
fas.	514	Emblema quid differat à
Doctorum virorum dissi-		gnome, parabola & æni-
dia.	493	gmate. 30
Doctorum agnominata.	545	īus nūg potest esse æteror.
certamen.	472	folio 30
Dolus an virtus, quis in ho-		In Emblematis quid requi-
ste requirat.	335	ratur 31
Dolus malus quid.	162	Emblema quid. 31
Dolus in suos	163	Emblemata quanquam va-
Dona hostiū nō dona.	424	ria, tamen ad tres ordi-
Draco cur appositus Mi-		nnes reuocari possunt. 32
neruæ statuæ.	93	Epicharmus poëta & phi-
Draco peruigil.	95	losophus. 81
Dulcia quandoque amara		Epicteti doctrina. 128
fieri.	296	Lucerna. 130
Δύσκολα τὰ κελά.	354	Epicurei, vitæ futuræ con-
E		temptores. 54
Echeneis.	236	Episcopi duo munera &
eis iñp, id eis aíp.	145	officia. 79
Elephati, Lucæ boues dicti.		Equitandi artem princeps
	336	discat. 132
Elephant ad usum bello-		Equus nescit adulari. 132
rum.	443	Eruca 213. 113
Elephas pictus in trophæo		Erasmus in Caruialū Fran-
ab Antiocho.	335	ciscanum. 402
Eloquentia fortitudine præ-		Erythacus avis 257
stantior.	451. & 555	Essæ Iudæi. 232
		Eunomi Locrensis & Ari-
		stonis

<b>stonis certamen.</b>	469	Formosa fato præcepta.
<b>Eurynome mater Gratia-</b>		400
rum.	415	Fortium symbolum. 126
<b>εχθρὸν ἀλωγεῖ δῶρον.</b>	424.	Fortunæ rota. 177
553		Fortunæ descriptio. 166
<b>F</b>		Fortuna comes virtuti. 322
<b>Fab. Quintil.</b> sua ipse cor-		Fortuna virtutem supetās.
rexit errata.	27	325
<b>Fab. Max.</b> corona ciuica		Fortuna momentanea. 338
donatus.	108	Fraudulenti. 160
<b>Cūctator appellatus.</b>	109	Fruendum præsentib. 195
<b>Facundia difficilis.</b>	460	Fulica piscis. 430
Fatiscere.	149	Furor & rabies. 177
Fatuitas.	193	
<b>Ferocissimos etiam doma-</b>		<b>G</b>
ri.	117	Galatæ vt victi ab Antipa-
<b>Fiducia.</b>	257	tro. 334
<b>Fidendum quatenus</b> , vel		Galea in ysum aluearis.
diffidendum.	529	445
<b>Fides vxoria.</b>	487	Galeatij tumulus & gesta.
<b>Fidei symbolum.</b>	64.524	357
<b>Fides in dextris.</b>	67	Gallica scabies. 565
<b>Fides quid.</b>	65	Gallica lingua, vetus. 43
<b>Fidei ancipitis homin.</b>	187	Gallus vigilantiæ symbo-
<b>Fidei fallacis homines</b> vt		lum. 78.79
retinendi.	92	Gallus sacris turribus affin-
<b>Fidius, Deus.</b>	65	gitur. 79
<b>Fidij simulachrum.</b>	66	In Garrulum & gulosum.
<b>Firmissima conuelli non</b>		260
posse.	146	γάνδη μῆσην quid. 51
<b>Fiscus.</b>	186	Ganymedis ēπυμὸν. 49.51
<b>Fiscus raptit</b> quod Christus		Ganymedes cur raptus à
non capit.	387.	Ioue. 50
<b>Fœdera.</b>	525	Ganeones & decoctores.
<b>Fœlicitas momentanea.</b>	337	168.169
<b>Fœmina incis animal.</b>	154	Garrire. 165
		Garrulitas. 207
		Gar-

Garruli odiosi.	208	Gruum sagacitas.	130
γασερπτάνη.	256	Gruum beneficio Deucalio-	
γασέιγγης.	260	seruatus.	85
Germaniae septem prima-		Gula.	251
tes seu electores.	138	Gulosi insigniores.	252
γερμανία.	307	ob Gulam capti.	258
γέρυος Tricorpor cur.	142	Gula in servitutem pertra-	
γέρυος vnde dictus.	143	hit.	Ibid.
Gigantes qui, & vnde dicti.		H	
γιγάντες.	15	Hadriani Iunij Emblema-	
Gloria cum labore coniun-	261	ta.	97
cta	354	Hæreditas opulentii.	14404
γλυκύπερος, amor.	297.	Halieutica lyræ forma.	69
307.514		Halcyones ut nidificat.	450
Glaucus, Deus, factus co-		Hannibal.	109
melo gramine.	108	Harmonia in Rep.	69
γλυκύπερο.	88	Harmonia quid.	70
γλώττα seu γύνη Ariadne.		Harpocrates silentij Deus.	
103		72.516	
γνάθη οὐνή.	441	Harpa.	375
Gorgoneum Medusæ ca-		Harpagare.	324
pst.	402	Harpyiat.	124
Gratiæ, carumque descri-		quid significant.	Ibid.
ptio.	412	nomina Harpyiatū quæ	
Gratia referenda.	119	sensum habeant.	125
Gramen salutis symbolum.		Hedera Baccho sacra.	511.
108.514		513	
Gramineis ramis nidū con-		Hedui & Augustodunen-	
ficit lauda.	Ibid.	ses, olim Romanorū fra-	
Graminea corona.	Ibid.	tres appellati.	43
Gramæ cur Saturno & Mar-		Hector ab Achille cæsus.	
tis sacrum.	110	396	
Grex simus.	219	Hectoris & Achillis dœges	
Grus cum lupillo depictus		κακόδωρε.	419
prudentiæ symbolū.	84	Hercules ut vicit Gorgonē.	
		143	

## INDEX.

<b>Henricus septimus Angliae rex.</b>	277	sodi.	462
<b>Herculem Pygmæi adorantur.</b>	179	Hostia succedanea.	442
<b>Herculis labores.</b>	366	Homerus Mæonius cur.	51
<b>Hercules maximus animo &amp; corpore.</b>	180	taciturnos prudentes facit.	71
<b>Hercules nothus.</b>	370	Homo, Dei imago.	14
<b>Herculis Olympij statua folio</b>	455	Hominis descriptio.	163
<b>Hercules quis Deus olim Gallis.</b>	Ibid.	&	264
<b>Heraclitus defleuit hominum stultitiam.</b>	392	Hominis partes duæ. Ibid.	
<b>Heraclitus concordiam ut suasit.</b>	83.529	Honoris imago.	64
<b>Hermæ Mercurij figuræ folio</b>	62	Honor, Deus.	66
<b>Hesiodus Ascræus.</b>	154	<b>Ex honoris &amp; reuerentia coniugio maiestas nata. folio</b>	66
<b>Hieroglyphica Ægyptiorum.</b>	29	Horatij scholiaſtæ, Acton & Porphyrio.	16
<b>Hieronymus Paduanus vir eruditus amore captus.</b>		Hugo Capetus.	138
<b>folio</b>	26	Hunni Scythici descriptio.	
<b>Hippocrates sua emendare non erubuit.</b>	27	Hamum quatere.	300
<b>Hippocomon.</b>	132	Hydra sophistica.	367
<b>Hircus libidinis symbolū.</b>			
<b>folio</b>	165	<b>I</b>	
<b>Hirundo cicadā corripiens.</b>		Ibis avis.	245
<b>folio</b>	451	Ianus biceps, & cur.	86.531
<b>Hirundo nidificans ad statuam Medæz.</b>	173	Ianus idem qui sol.	87
<b>Hirundinem sub eodē te&amp;to non habeas.</b>	208	Iason Pagasæus.	228
<b>Historiarū scriptores rap-</b>		Icari fabula.	277
		iχνα Nemesis.	113
		ιεγγλυφικὴ Ægyptiorū.	29
		ιεγγλυφικὴ Pierij Valeria-	
		ni.	30
		Ignauī & ociosi ē ciuitati-	
		bus electi,	234
		Ignauī.	237
		Ignorātia ducimur agnoscere.	
		folio	203
		Ignor-	

## INDEX.

- Ignorantia submouenda. Iudicis æquissimi symbo-  
 folio 478. 157 lum. 121  
 Ignoratiæ causæ primariæ. Officium. Ibid.  
 folio 479 Iudices abstineant à mune-  
 Ilex quid. 19. 913 tribus. 382  
 Improbi nō flectuntur ob- Iutis periti veteres artē suam  
 lequiis. 192 vulgarē esse noluerūt. 47  
 Impudentia. 198 Ius dicere. 122  
 Impossibile. 181 Iusti viri. 215  
 Incestus. 159 Iustitia tandem obtinet. 113  
 Infortunia semper præsto. Iustitia premitur, non op-  
 folio 348. 550 primitur. 114  
 Infirmitas obnoxia pericu- Iustitia nomine quid Pla-  
 lis. 429 to intelligat. 215  
 Ingeniorū dissimilitud. 171 Iynx, qui & motacilla. 226  
 Ingratitudo summum vi- L  
 tium. 192 Labyrinthus Minotauri. 73  
 Ingratus. 192 ad Laborē adhortatio. 233  
 Innocentia mentis Deo gra- Lactucæ folia. 229  
 tissima. 51 Cum larvis non luſtādum.  
 Insigne Biturigū veruex. 41 folio 396  
 Insigne Heduorum sus. 41 Lactucarum vsus. Ibid.  
 Insigne Mediolani. 41 Laidis meretricis sepulchrū  
 Insignia ducatus Mediolā. folio 216  
 folio 37. 38 Lapides insulæ Cycladicæ  
 Insignia gentilitia. 38 integri natant. 142  
 Inuidia 210. 543 Lapis in Hieroglyphicis  
 eius effecta & adiūcta. 210 quid. 197 229  
 Ira. 189 Lasciuia. 229 297  
 Ira cohibenda, Ibid.  
 Irati descriptio. 1 Latrones magni à laqueo  
 Isis Dea. 61 immunes. 247  
 Isocratis in compositione Latex. 58  
 nimia diligentia impro- Lauris & hedera poetis tri-  
 bata. 13 buendæ. 512  
 Iustitiae imago. 382 Laurus vaticinijs apta. 517  
 Laurus victoriae signū. 518

\*\* Lex-

Læzæ meretricis patientia in tormentis.	74	Lusorum tria genera.	34
Læzæ meretricem signifi- cat.	216	Lupata.	131
Legum inuentio ad Deos relata.	206	Luxuria.	212
Lembus.	69	Luxuriosorum opes.	215
Lentigo.	162	Lydius infans amor.	293
Leodegarius Agathochro- nius vir pius & doctus.	17	Lydi luxu perditæ.	Ibid.
Leones amore furere.	283	Lyra quid Hieroglyphicis.	
Leo custodit symbolū.	79	69	
& vigilantia.	Ibid.		
Leonis imago ad sacra clau- stra cur.	80	Lysippus statuarius.	330
Leo flagellans cauda catu- los quid.	189	M	
Leonis irati signa.	Ibid.	Maiestas ex honoris & re- uerentiæ coniugio.	66
Libidinis symbola.	212	Maledicentia.	165. 540
Libellio.	290	Malignitatis notæ quibus- dam animalibus.	161
Liberorum amor.	493	Malluum.	122
Lingua effrenata stultitiae symbolum.	71	Malè parta, malè dilabun- tur.	145
Litæ Homericæ.	351	Mala vel inuocata veniunt.	
Litera occidit, spiritus viui- ficat.	471	348	
Ex literatū studijs immor- talitas.	355	Mala in equis accedere, pe- dibus verò & lento gra- du recedere.	351
Locustæ in Insubriam la- psæ.	343	Malus medica.	514
Loquaciores qui.	208	Manus oculata quid.	82
Lotus, & Lotophagi.	309	Manuum abluendarum ge- stus quid olim.	22
Lucro turpi damnum præ- ferendum.	335	Matij factio dextras con- iungebat.	140
Lupi ceruarij obliuio.	194	Mare amarum & implaca- bile.	423
Luscinia.	209	Matrimonio reuerentia re- quiritur.	489
		Matres implacabiles, & in- terfectrices liberotū.	493
		Maturandum & maturi-	
		ta	

## INDEX.

- tas quæ virtus. 80. 551  
 Medea Colchica. 173  
**M**ediolanensis ducatus in-  
 signia. 37. 521. 522  
 Mediolanū vt extructum,  
 & à quibus. 41. 42  
 Melanthij poëtæ votū. 252  
 Menclai breuiloquentia. 71  
 Mentagra. 505  
 Mente non formam plus  
 pollere. 484  
 Mercurij caduceus. 322  
 Mercurius interpres deorū,  
 sermonis Deus. 62  
     Viatorum numen. Ibid.  
 Mercurij figuræ. Ibid.  
 Mercurij in manibus quid  
     lyra statueretur. 69  
 Mercurij in uentū lyra. 69  
 Mercurij gemini simula-  
     chrom. 145  
 Mercurij descriptio. 266  
 Meretricis tumulus. 215  
 Mereticum amatores. 218  
 à Meretricibus cauendum.  
     220. 43  
 Mergus piscis. 430  
 Messalina libidinosissima.  
     folio. 229  
 Metelli Macedonici sapiens  
     dictum. 73  
 Mezentius crudeliss. 503  
 μεντεν ἀγαθον, celebrata senten-  
     tia. 13  
 μεντεν ἀράτη, αλόγονος. 44  
 Miluus. 375  
 Mineruæ deæ sacra. 98  
 Minerua è capite Iouis, &  
     cur. 40  
 Mineruę rami implicati vi-  
     ti. 100  
 Palladis arbor oliua. Ibid.  
 Minerua & Pallas vnde di-  
     cuntur. 40  
 Minerua inuita nil susci-  
     piendum. 63  
 Mineruæ cur sacra noctua.  
     88. 89  
 Minerua armifera. 89  
 Mineruæ statuæ draco cur  
     appositus. 93  
 Minerua virgo. 94  
 Mineruæ Panoplia. 94  
 Minoides sorores. 186  
 Minois consilium in his  
     commentarijs. 14  
 Minotaure effigies in vexil-  
     lis. 75  
 Moly herba data Mercu-  
     rio. 468  
 Monachorū segnities. 231  
 Monstri descriptio prodi-  
     giosa. 53  
 Mors nemini parcit. 217  
 Mors & Amor mutant te-  
     la. 398  
 In mortem præproperam.  
     401  
 Post mortem formidolo-  
     sus. 430  
 Morus. 517  
 Motacilla à Venere Iasoni  
     data. 2

## I N D E X.

<b>data.</b>	216	<b>Nihil procrastinandum.</b>
<b>ex Motacilla fieri amule-</b>	<b>folio</b>	44.41
<b>tum ad Venerē inhiben-</b>	<b>Nihil reliqui.</b>	342
<b>dam.</b> Ibid. & 228	<b>Niobe.</b> 196 466. 542	
<b>Mundus mulieris.</b> 254	<b>Eius metamorphosis &amp; se-</b>	
<b>Mulieris famam non for-</b>	<b>pulchrum.</b> 197	
<b>mam vulgatam esse de-</b>	<b>νῆφος, τριῶν μέμποντας άπειρον.</b> 817	
<b>bere.</b> 498	<b>Nobilitatis armorum iasta-</b>	
<b>Mulieres suffitu vtētes.</b> 230	<b>tor Otho.</b> 193	
<b>Mulieres superbæ.</b> 196	<b>Noctua prudentiæ symbo-</b>	
<b>Mulierū mollities in cultu.</b>	<b>lum.</b> 88	
<b>folio</b> 229	<b>Mineruæ curæ sacra.</b> Ibid. &	
<b>Munera opportunè perso-</b>	<b>folio</b> 89	
<b>nis vt mittenda.</b> 36	<b>Nō es Deus aselle, sed Deū</b>	
<b>Muris falacitas.</b> 229	<b>fers.</b> 59.60	
<b>Musæ sirenas explumant.</b>	<b>Nossæ scipsum.</b> 483	
<b>folio</b> 313	<b>Nothi &amp; sputij quidam ce-</b>	
<b>Musicam diis curæ esse.</b>	<b>lebres.</b> 170	
<b>folio</b> 468. 556	<b>De numine bene sentien-</b>	
<b>Mustelæ occursus.</b> 342	<b>dum.</b> 190	
<b>Mysteria vnde appellata.</b>	<b>Nupta contagioso.</b> 503	
<b>Mythologiæ utilitas.</b> 47	<b>Noxia.</b> 440	

**N**

<b>Naiades aquarum deæ.</b> 306
<b>Narcissi metamorphosis.</b>
<b>folio</b> 199
<b>Naturam ducem optimam</b>
<b>sequendam.</b> 63
<b>Natura.</b> 263
<b>Nemesis seu Rhænusia dea</b>
<b>vltionis.</b> 111
<b>Eius imago.</b> Ibid.
<b>Nestoris oratio qualis.</b> 271
<b>Eius sapientia.</b> 273
<b>Nestoris poculum.</b> 273

**O**

<b>Obstruere luminibus.</b> 123
<b>Obliuio paupertatis patēs.</b>
<b>Occasio quantum momen-</b>
<b>ti habeat.</b> 329. 336
<b>Ocium fugiendum virgini-</b>
<b>bus.</b> 94
<b>Ocni effigies.</b> 252
<b>Ocni funiculum torquere.</b>
<b>folio</b> 253
<b>ὤκος οὐγγὶς οὐρανός quid.</b> 253
<b>Oculi ad amotē concilian-</b>
<b>dum illices.</b> 312
<b>Oculo vti lippo.</b> 376
<b>Ocu-</b>

Oculus in Hieroglyph.	quid	Passeris pullos diglutiit ser-
folio	383	pens ante bellum Troia-
Oliua Mineruæ sacra	. 98.	num. 354
	100	Patientia quorundam in tor-
Ollæ amicitia.	169	mentis. 74.75
Omnia mea mecum porto.		Patientia quid doceat. 129.
folio	134	folio 134
Onocrotalus.	251	Patriæ obliuio. 308
τὸν ἄγαν μυστήρια.	59.61	Patria est ubiqueque est be-
Oscen.	154	ne. Ibid.
πλούτος.	193	Patroclus occisus, eiusque
Otis avis.	193.194	exuixæ. 404
Otus satuus.	193	Pauli Iouij dialogus de sym-
Ouidius in Ibin.	245	bolis armorum & amo-
P		ratis. 35
Ex Pace vbertas.	449	Paupertas ubiq; tuta. 155
Pegasæus Iason.	228	Paupertate obesse ingenio-
Paleutrio	164	sis. 328
Palpum obtrudere.	132	Paupertas grauissimū onus.
παλέοντει	Ibid.	folio 329
Palla.	152	Pausanias insolens rebus
Pallas, vide Minerua.		secundis. 338
Palladis cum Marte diffi-		Pax 445
dium.	47	Pegasus equus alatus. 77
Palma.	133	Pegasus quid allegoricæ. 78
victoriæ signum.	134	Phaëthō decidēs c' plaustro
Pan seu Faunus terrores		patetno. 175
inmittens.	332	φαντασία. 207
Panicus terror.	Ibid.	Phalanx. 74
Pandore pixis.	153	Phidiæ statua. 93
Pan Deus pastorū. 263.364		φιλαρτία. 199
in Parasitos.	254.544	Et quāta inde pernities. 200
Parma quid.	35	Philosophia vetus qualis.
in Parentes iniuria libero-		folio. 48.49
rum, &c.	491	Philosophorum cum poë-
τηνίδια vnde.	532	tis comparatio. 49

F Pan, 263.

Philosophi veteres quæ mó	cogam.
stra. 53	Piscari in aqua turbida. 247
corum nugacitas. Ibid.	Piscis molliitem & volu-
Philippi Maced. scrinū. 171	ptatem signat. 312
Philippi Macedonis mode-	πίσιος καὶ πίσιος Iupiter. 66
stia. 338	πην παρέβλεψι δ' ἐπέξα, &c.
Philomela ut mutata in a-	folio 83
uem. 209	Poësis tota ænigmatum ple-
φιλομείης Venus. 300	na. 46
Phineus ab Harpyiis infe-	Poëtica figmenta tribus ex-
titatus. 123	plicari modis. 46
Philoxenus gulosus. 251	Poëticæ laus & vis. 48
Phryxi aureum vellus. 486	Poëtarū figmenta ad quid.
Pellex. 162	47
πελλέα, bellaria. 134	Poëtas qui spernunt, impe-
Penelope sequi Vlyssēm	riti. 47
maluit quā patrem. 501	Poëta philosophis non in-
Penicul, vel penicillus. 152	feriores. 48
Penus. 259	Poëtarum insignia. 469
Persicum pomū in Perside	Polybides vnde dict⁹ Glau-
virulentum. 377	cus. 534
Petasus quid. 35	Popilius Lenas Ciceronis
Picea nullos stolones emitt-	occisor. 117
tit. 510	Popularis rebellio vnde sæ-
Picea. 150	pe. 131
Picus in auē mutatus. 222	Populus lenitate retinen-
Pierij Valeriani opus i& 29-	dus. 132
γλυφικά. 30	Popularis consensus, regum
Pignora charissima, liberi.	stabilitas. 137
121	Populi consensu reges pri-
Pietas in parentes. 119. 559	mi. 138
Pietas ciconiæ. Ibid.	Populus alba, arbor. 519
Pilatus index iniquiss. 122	symbolum téporis. Ibid.
Pileus libertatis insigne.	Polyphemus ab Vlysse ex-
Pindari laus. 372	cæcatus. 433
Pipinus ut creatus rex Frá-	Porci natura. 156
	Por-

## INDEX.

Porphyronis auis natura mira.	158	Prudēs pauciloquus. Ibid.
Præpes auis.	276	Prudētes vino abstinent. 99
Praxiteles.	103	Pulegium sobrietatis nota. 81
Principis incolumentis subditorū procuratio.	380. 512	Purpurea vestis, nota verecundia. 58
Principis boni senatus.	381. 382	Purpura vnde. 66
Principum consiliarij quales.	383	Pudoris statua.
Principis boni signū.	386	Pufio. 283
Principis clementia.	388	Pygmæi Hercule adoruntur. 179
Principis optimi officium.	449	Pygmæi qui. 180
Princeps ignarus iniquo equifoni cōparatus.	131	Pythagoræ adhortatio. 24.
Principem decet clemētia.	133	529
Princeps iustus ex philosophia.	138	Pythagoras author sectæ Italicæ. 85
Principes fatui & temeratiij.	175	Pyrrhus cōparatus inepti lusori. 195
Principia rerum qualia esse debent.	341	 <b>Q</b>
Proditorum mores.	163	Quædam nullā arte corrigi poslunt. 181
Proditores ancipitis fidei.	187	Quæ supra nos, nihil ad nos. 273
Prognæ fabula.	107	Quercus annosa ventis non excutitur. 148
Prometheus.	273	Quercus quid in Hieroglyphicis. Ibid.
Prometheus multiformis.	462	Quercus grata Ioui. 508
Protagonis nimium studium.	13	Vetus veterum cibus. Ibid.
Prudentiar nota	86	Quæstioni ne quidem ceddendum. 127
Prudens magis quam loquax.	88	Qui alta cōtemplantur, cader. 279
		 <b>R</b>
		Rabula. 260
		*** 4 Rapio

## INDEX.

Rapto & fraude viientes.	calceis.	364
folio	Roma vt excisa.	448
Regum in sceptris ciconiæ	Romulus vino semper usus	
effigies, & cur.	parcissimo.	100
Reges primi philosophorum	S	
consensu.	Sabini præfigurarūt sacro-	
Regna magna, magis latrocinia.	sanctam tristam.	65
Reip. Romanæ concordia.	Salix frugiperda.	509
folio	Salus publica.	389. 552
Resp. Christiana cum na-	Salus ære redimenda.	394
ui comparatur.	Sanctus Fidius & Semipa-	
Religionis expertes philo-	ter.	65
sophi.	Sanna.	87
in Religione summū ho-	Sapiēs an amaturus sit.	289
minis bonum.	Sapiens ditescere potest, si	
Religionem cum sapientia	velit.	322
coniungendam.	Sapientum septem Græcia	
Religio ficta.	authoritas.	475
Religioni debetur hon.	Sapientia humana stultitia	
Rhamnusia vindex.	est apud Deum.	52. 523
Remora seu Echeneis.	Sarda, piscis.	430
Remedia in arduo, mala in	Sargus, piscis.	375
prono.	Sargus piscis ut decipiatur.	
Rex seu princeps iustus ex	folio	218
consensu populi.	Sargus capraram amasius.	
Aut regem aut fatuū nasci.	folio	219
folio	Sartaginum pernicies, pata-	
Roma suis ipsa viribus ruit.	siti.	256
folio	Satyrus seu Faunus.	213
Roma terra Martia. Ibid.	Scarabæus aquilam querit.	
Roma, vrbs per excellen-	folio	427
tiam.	Sceptrum regni Hierogly-	
Romā semper duraturam	phicum.	139
credebant veteres.	Scylurus vt suaserit libertis	
Romanorum lunulæ in	concordiam.	142
	Scyllæ metamorphosis.	198
	Scyl-	

## INDEX.

- Scylla quid. Ibid.  
 Scyllæ duæ. 199  
 Scylla biformis. 222  
 Sedere maiestatis & hono-  
     ris signum. 58  
 Sedere in dolio, vel modio. Ibid.  
     folio 153. 133  
 Semidei, qui. 127  
 Senenses bello Italico, &c.  
     folio 187  
 Senex puellâ amans. 316  
 Senes, bis pueri. Ibid.  
 Senex Acheronticus. 399  
 Serapidis simulachro præ-  
     positus Harpoocrates 72  
 Serpens seu draco in saxum  
     mutatus. 354  
 Serpens cultus olim quid.  
     folio 390  
 Serpentes quosdam ore pa-  
     rere. 38. 39  
 Serpens quid signet in Hi-  
     eroglyphicis. 39  
 Seruius Grammaticus non  
     omnibus satisfecit suis in  
     Virgiliū commētarijs. 26  
 Sicariorum receptatores.  
     folio 167. 140  
 A Signatis cauendum pro-  
     uerb. 162  
 Silentium, eius vis, &c. 70. 71  
     commendatissimum.  
     folio 188. 525  
 Simonidis dictum. 414  
 Sirenes, & quid ijs signifi-  
     cetur. 303
- Ibid. Sirenas Musæ explumant.  
     folio 313  
 Sirenum triū nomina Ibid.  
     *conūdē Cœgdiāc, Augusti Cœ*  
     *saris dictum.* 91  
 Sistrum Isidis sacrâ adhi-  
     bitum. 104  
 è Stellionibus malum me-  
     dicamentum fieri. 161  
 Stellionatus crimen. Ibid.  
 Stemma quid. 38  
 Sobrietatis præceptum. 81  
 Socrates sapiētissimus. 187  
     eius modestia. 103  
 Solis equi. 177  
 Solimanus Turcus. 147  
 Solonis lex de non admit-  
     tendis neutrīs in seditiō-  
     ne. 187  
 Sophocles, senex amasius.  
     folio 316 - 320  
 Speculū Veneri dicare. 217  
 Spei simulachrum. 150  
 Spei effecta & descriptio.  
     folio 151. 539  
 Spes vigilatium somnium.  
     folio 154  
 Spes & Nemesis eodem in  
     altari. 156  
 Sphinx ignorantiae typus.  
     folio 480  
 Spuere in signum. 195  
 Splen quid. 393  
 Splen seu lien ubi augetur,  
     tabida alia membra fa-  
     cit. 385

## INDEX.

- Studiosus amore captus. Thecla D. Pauli discipula. 188  
 Studiosos amore non capi. à Thebanis quomodo iustitia representata. 43  
 Styx. 500  
 Superbia. 196  
 Succedanea hostia. 442  
 οὐαβελος, ἵερος χρῖσις. 73  
 ούντε δύ ερχομένω. 145  
 De Symbolis & notis, earumque usu. 29  
 Symbola ἀφωνα. 529  
 Symbola scutorum & armorum. 35
- T
- Tænia. 306  
 Tantalus, auari imago. 240  
 Taurus patientissimum & abstinentissimum animal. 113  
 Telum velocitatis nota. 91  
 Temeritas. 174  
 In temerarios. 175  
 Tempestuia. 279  
 Temperatiæ symbolū. 113  
 Terminus Deus. 402. 553  
 Terminus Erasmi symbolum. 402  
 Terror subitus. 332  
 Testamētorum captatores, Vultures dicti. 405  
 Testudo ἐρεόκονδυλος, domiporta. 500  
 Thales irrisus ab ancilla. folio 180
- à Therites Homericus. 162  
 Therites oratio qualis. 71  
 Thrasybuli factum prudēs. 319  
 Thomæ Moti Angli mortis. 117  
 Thrasilaus insanus ut ad se redierit. 205  
 Timendum à minimis. 428  
 Torulus quid. 35  
 Tritogenia dicta Pallas. 94  
 Troiani bellum augurium. 333  
 Triton Neptuni tubicē. 355  
 Tritoninij imagines. 356  
 Tumulus meretricis. 215  
 Turdus. 181  
 Turcarū exercitus ad Vienem Austrasiæ fusus. 147  
 Turpia verba decent rem turpem. 11  
 Tympanū, luxuriæ instrumentum. 104  
 Tyrannus quis. 133  
 Tyranni Thrysi clades, & mors insignis. 138  
 Tyranni opulentia, pauperitas subditorum. 385
- V
- Vafri qui. 16  
 Vellus aureum. 487  
 Veneri pomacōfērata. 488  
 Venet

## IN DEX.

Veneres dux.	192	eius vires.	96
Venus vulgaris.	293	Vinum acuit ingenium.	97
Venus cur amori iuncta.	297	Vino prudentes abstinent.	
Venus amica risus.		folio	99. 133
Venus nata mari.	370	Vino sapientia obumbrari.	
Venus Phidiae testudinem premens.	498	folio	99
Venandi studium multos opibus spolhauit.	168	Vini temperans Romulus.	
Veneris amuletum.	224	folio	100
Vento viuere, proverb.	172	Vinum attingere Romanis	
Veneficia & incantationes nihil possunt.	227	matronis capitale.	100
Veritas, mater fidei.	65	Vino vni apud Locros, nisi	
Veritatis imago ex Philo- strato.	66	medico iubente, morte affecti.	Ibid.
Veritas emergit.	115	Vini incōmoda.	101. 102.
Veritatis magna vis.	115	134	
Vespæ Archilochi tumulo. folio	165	Vini modicè sumpti utili- tas.	104
Vespertilio.	184	Vinum insanire facit sanos.	
Vespertilio qui vocatus.	184	folio	103. 134
Vespertilionis nomen in quos quadret.	188	Vini diluendi prima insti- tutio.	105
Vespertilionis descript.	188	Vinū cur ὄνος Græcē.	134
Viatorum numen Mercu- rius.	62	Viperæ cum murena con- gressus.	490
Viatores homines hac in vita.	64	Virago, ἀρτιάρεια.	75
Vicus malus.	420. 537	Viri boni indignè tractati suis.	433
Vicini boni & mali.	Ibid.	Virgines custodiendas.	93.
Victoria dolo parta.	159	132	
Victus ratio moderata.	225	Viridis color spei nota.	152
Vindicta iusta.	433	Virtus ad Aiacis tumulum deflens.	159. 140
Vino prudentia augetur. folio	96. 133	à Virtute facile desciscere.	
		folio	235
		Virtus circa difficilia ver- tur.	154
		Vir-	

I N D E X.

Virtutis efficacia.	327. 335	pit à Mercurio.	461
Virtuti fortuna comes.	322	Vlysses cum Aiace conten-	
Virtus solis prouida verbis.		dit de armis Achillis.	113
folio	326. 327	Vlysses restitit poculis Cir-	
Virtutes quatuor amoris		cæ.	221
honesti obiecta.	292	Vnus homo, nullus homo.	
Visu causatur amor.	312	folio	138
Vita humana peregrinatio.		in Vpupam Tereus trans-	
folio	64	formatus.	209
Vitæ humanæ lapsus, in tri-		Vrceolus & malluuum in	
bus.	84	tumulo iudicis, quid.	111
Vita humana miserrima.		Vrsa maior & minor.	275
folio	392	Vngaria occupata à Tur-	
Vita humana aleæ compa-		cis.	147
rata.	340	Vnus vir, nullus vir.	145
Vitia potius quam virtu-		Vxoria fides.	487
tes obseruari.	262		
Vitis ulmo adiuncta.	406	Z	
Vlyssis oratio quæ.	71	Zethes & Calais Argonau-	
Vlysses & Diomedes iun-		tæ.	124. 137
eti quid.	144	Zelotypus.	162
Vlysses Polyphemum Cy-		Zibellus.	230
clopé ut excæcarit.	433	Zifca, seu Cifcas Boëmus.	
Vlysses moly herbam acce-		folio	430. 432

F I N I S.

ANIMADVERSA ERRATA, ET  
PRAETERMISSA QVAE-  
dam post excusum librum, ita  
corrigere & repone.


Prior numerus paginam alter lineam significat.

Pagina 14. linea 13. lege, Costallij. 35. lin. 1. dele, dum est iactus. 49.  
17. aniam ridendi. 63. 20. Dauidicum repetendum. 76. 15. attingere  
non possimus, & assequi. 95. 19. παρθένος. 97. 19. dele, opera, & repone,  
scripta. lin. 20. Viniferum. 98. 27. vireat. 100. 20. Zaleuci. 23. dele, exosi  
fuerint, repone, odio fuerint habiti. 105. 6. quod arcana reuelet. 107. 13.  
δικτίεις. 109. 27. Zoroastre. 110. 30. durè vojubiles. 112. 1. δικούεται.  
120. 5. sibiipsis. 122. 18. polubrum. 124. 21. Zethes. 125. 17. lege, tuterque  
me, ut olim Phineus Zethe. 143. 7. Ebusin. 146. 15. amiuatus est, 153. 6.  
cūm à quibusdam admoneretur. vel lege: cūm quidam hortarentur.  
157. 5. curarat. 150. 4. decretis angi. plerisque enim nomen aresti non  
satis placet, quod tamen viris eruditis non omnino displiceret. 161. 27.  
πηγαδίφες. 184. 20. putantes vitem. quanquam nomen vinez non se-  
mel apud Plinium repertus loco proximè citato. 192. 12. vindicari pos-  
sit, ide oque ad vleionem, &c. 195. 1. πρόμαχον καίων. 7. meditabatur.  
198. 33. comes esse soleat. 199. 14. Ciri. 200. 11. Tales sunt. 201. 23. ap-  
plicando parti malè affecte cogitant, &c. 202. 5. ἀθλοτετον. 207. 3.  
clades, ruina, adde, exitium & depravatio. 219. 18. ut pote ea est etas  
quæ ab imperitiam. 229. 12. plerisque scriptoribus tradita. 230. 15. lu-  
nus. Saty. sexta. 2. 20. nō modò superuacaneū, sed & intēpefium,  
quandoquidem, &c. 242. 11. multum vini. 245. 7. eructantes aperiunt  
euigantique. 252. 11. frumenti sortitus vocabulum. 260. 7. nasum habe-  
re instar. 264. 14. πάρθη. 266. 29. diligentī conseſtandas esse. 289. 15.  
committendum vt incidamus in rem, &c. 290. 10. epigramma hoc Al-  
eati speciatim, &c. 321. 20. melinum. 326. 25. Anglebermxi. 336. 5. vel  
aperta vel dolo suscepta constitutur. 338. 11. Pierius lib. 58. Hierogl. 354.  
δύοκολα. 355. 17. circulo continetur. 360. De Thrasybulo Aemilius  
Probus, vel, Corn. Nepos, &c. dele, Plutarc. 372. 1. quod certè rescrēdum  
est ad debiliora quæque. Eiusd. fol. lin. 4. quām possint, cū n, ut imperi-  
ti pīctores, nihil sciant. 379. 5. quorum liberal. 16. notam. 23. iri spera-  
bant. 389. 12. anchorm quasi humano. 388. 6. apumque. 399. 4. senes.  
400. 1. ab eo mortifero. 406. 17. idem à Gorrzo medico. 419. 8. rumpi  
videantur. 419. 23. gratiam inituri: sic enim. 431. exempla in concordia  
vel discordia multorum. 439. 12. adiuvantes vel per se. 440. 4. fordes  
eluere. 449. 12. foveat & tutetur. 19. sinatque venios. 459. 31. armis in-  
struimus. 510. lib. vi. παράγγελμα. 511. 17. οὐσία φόρος Bacchum,  
id est. 513. 6. ego nec studium. 523. 2. καὶ ἐπιχειρόπος. dele ἐπιχειρόπος.  
535. 25. huius explanandum. 26. plerisque doctis. Cetera a quis Le-  
ctor suo arbitratu corriget, & imbecillitatis humanae memor, candido  
omnia interpretabitur.



Regi in quoda, manuscripto ad Persym  
commentario, folio. 2. ex Varrone

Marmoreo frumento Licinus iacob, ac Calo parvo,  
Popini nulla: credimus ybc Deos !



Affins Persicis :  
Nulla vngnam humilitas ingenio Informat bonum

Trin genit. { osculus } officiorum  
genera { bafing } quod { publicorum officiorum } Deinceps  
seminis { libidinis & amoris } semper filii

Cic. Euromi: Ois peregrinatio,  
quod ego ab adolescentia uidebam  
obscura & jordida est ijs, quoniam  
industria Romae potest esse illius.

Plin. iunior: Prima vix ipsi, media patris,  
extrema nobis debemus impetrare, ut ipse lego  
memore, quae maiorem annis sexaginta cum reddidit

Querela de "relectio Justitia, potest Envy. Iustitia  
ad Argulus. Rcadg. sol. 30. 49.

Digitized by *sigmato* (See 141-12-142-13.)

*Monarchia apata & plata eis gubernatio*nem.  
M. 226. 23.

Ex Conciu. Dolio ad Seneca longum.

de vita operante  
de Nostro reatu } foliis  
de pa. - Stagni sec. lps. } 7.829.

Proloco in myologia Danney lib. fol. 366.367.  
ad aliud ex Grandi.

Immodicata peccare, cum perfid. Tiber.  
Vide quae Dolio agit 584.

Narramus videtur esse, ut pudicitiam ab his regat,  
quae ipsi non exhibunt. Virg. l. 2. d. adult. l.  
Si vero s. Iulius d. ad l. ful. d. adult. Senec. epist. 95.  
vnde Dolio d. tunc. Reg. 319. fol. 172. A.  
Hoc autem boni sunt iuris lib. 322.323.

Non natus homo a Coevo appellatur lib. 324.  
facere non quod habet, sed quod dicit. Dolio  
st. 55. lib. 357.

Dolosus haec est in via ad beneficium  
Dolos lib. 358.

Vnde somnia. ex potissimum dolosus lib. 305.

de olaria expectada lib. 10.

Orphoi. de neopomus Malologia 12.17. & de appello

Lunaria et Pachys quod differunt. 78

Micromonius quod non concinuit. 20

de Myg. Ch. 27

Quod differtur inde { pustular } 31.

20 ministrant pustulas in pectora 30.

Sicut pustulas dulces 33.

intervenit licet, non sicut legimus in Octavo lib. 51.  
Utrumque autem, responderemus quodquid licet lib. 50  
Quod licet impetrare est quod non licet accersire  
Est nonne quod lib. 58

Nobis per nos est prout. Ita:

Si ad. Mosay pater pater quoq; mox mortuus fuit.

Omnis dies d. p. p. fatus 100. Octavo lib. 73.

In coniecturam Octavum fatus 130. in datus -

Fatigato manu ex delicto 133. in 303

Ergo fata et paupertas nescio 133.

Mosay fatus, qd' mundus periretus est

Ex parte vero quib: pater - sonus 153.

De bursa de Silvia. Mag. multo locis 147

Ex predicta primaria in casu 209.

De fato 214.

Ex mundo quidem 215.

De Nobilitate qui supererat 229.

Mixta uero etiam fata. discepta 234.

Ex predictis 10. hoc 11. magis' patitur 233 236

Casus. una ex 226. Dominij remissio quid 246.

Multa bala ruris 239.

Fortuna bala. Corvus 733.

Pelopon. domino. Et Pelopon. p. fatio et impio 241

poni fato e presenti. Ex aliis 2 multa } 243.

Nothing mortuus. Ex aliis 2 multa 257.

Hoc pot. Amore cuiusvis negotiis. Quod propositum <sup>ad hoc</sup>  
modicis exordiis do sumus. 248  
compositionis oboe Regis ad quodlibet lib.

Item pomerat uenatio sua primis 288. lager multa  
Uina et panes quoque inter alios 275. prologus contra-  
Mundum mortale 262m. 284  
Qui non debet perire ad possit, ubi 162  
Uerbi nunc suorum mandat ad populares 285.  
Religiosa iure sequeatur = 59.  
Alethia, penas loco. Qui mecum, quibus 305 & 73



